# DE ENVNCIATIVIS VERBIS TRACTATVS

Nouus, & Locupletiſsimus.

NICOLAO GENOVA PATAVINO

*I.C. CELEBERR. ATQVE PRAECLARISS. AVTHORE.*

Cum duobus Indicibus, altero Quæſtionum, altero Rerum, & Verborum Notabilium exuberatiſſimi.

*Omnibus Iuris vtriuſque profeſſoribus admodum vtilis, ac neceſſarius.*

Ab eodem Auctore SECVNDA EDITIONE ſumma diligentia recognitus, compluribuſque additamentis, & integris capitibus recenter adauctus, & illuſtratus.

*Acceſsit TERTIAE huic EDITIONI nouiſsimæ ſat amplum, & nouum etiam eiuſdem Authoris Poſthumum (vt vocant) Auctarium, quod priorum (quæ iampridem in vulgus emanarunt) edictionum facta collatione ſtudioſus Lector facilè, vt reor, obſeruabit.*




VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. LXVIII.

*SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.*

1240 93488

# INDEX
# RERVM, ET VERBORVM,
## Quæ in his Libris de Enunciatiuis Verbis continentur.


*A*

*ACtio de conſtituta pecunia quid ſit,q.3.n.25.& 24.lib.3.*

*Actio non datur ex conditione, niſi extet conditio,q.6.n.22. lib.3.*

*Actio ſtatim datur ex modo, oblata idonea cautione,de ipſo modo implendo, qu.6. num. 24.lib.3.*

*Aditio hæreditatis,vel etiam repudiatio an ex verbis enunciatiuis inducatur, qu.29. num.1. lib.2.vide remiſſiuè num.2.3. & 8.*

*Aſſinitas probatur per verba enunciatiua, q.34.n.4. lib.2.Limita primo,ibid.n.5.Limita ſecundo ibidem n.6.*

*Alexandri limitatio in dubium reuocatur,q.5.n.19.lib.3.*

*Alienatio bonorum eccleſiaſticorum facta cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis non oritur per verba enunciatiua q.39. num.2. lib.3.*

*Antiquum tempus quod dicatur,q.1.num.41.lib.2. diuerſorum opiniones,ibid.num.42. Quæ ſit communis ſententia ibid.n. 43.Auctoris opinio,ibid.n.44.Eius confirmatio, 45.46.47. 48.49.& 50.*

*Antiquum tempus quod dicatur, cum agitur de materia filiationis docet Actor,q.33.n.16.& 17.lib.2.*

*Antefactum probetur per verba enunciatiua,queſ.32.num.14, lib.2.*

*Antefactum quid ſit ex Papponio,q.32.n.15.lib.2.Fundamentum,ibid.n.16.17.& 18.*

*Aſſertioni Papæ non ſtatur, quando conſtat de contrario eius, quod ipſe fuit atteſtatus, vel quando principaliter de eo dubitatur,q.2.n.31. lib.2.*

*Aſſertioni Papæ non ſtatur, quando de facto alieno atteſtatur, q.2.n.22. lib.2.*

*Aſſertioni principis ſtatur etiam in facto recenti,quando Princeps verba enunciatiua protulit motu proprio,quæſt.4. num. 22. lib.2.*

*Aſſertioni Principis ſtatur factæ tamen verbis enunciatiuis contra ſubditos ſuos dumtaxat,q.4.num.14.lib.2. Ratio adducitur, ibid.n.15.*

*Aſſertio Papæ probat etiam contra Laicum non ſubditum, q.2. n.16.lib.2.Intellige in beneficialibus,n.17. non in prophanis num.18.Contrarium tenetur a multis num.19. Reſolutio ex Gabr.& Port.ibid.*

*Aſſertioni Principis non ſtatur quando agitur de præiudicio tertij,vel quis iure ſuo priuatur,q.4.n.24. lib.2.*

*Aſſertioni Principis non ſtatur,quando clare conſtat de contrario eius,quod expreſſit,q.4.n.29.lib.2. Item quando atteſtatur de facto alieno ibi n.30.limitatur multis num.31.32.cum ſeqq.vſque ad 40.*

*Aſſertioni Principis de facto proprio adeo ſtatur, vt in contrarium probatio non admittatur, q.4.n.41. Ratio adducitur,n. 42.limita ac reſtringe,n.43. lib.2.*

*Auctoris intellectus veriſſimus ad verſ.& non ſufficit, l.mora, ff.de vſur.quæſt.19.num.34.35.& 36. cum ſeq. vſque in finem.*

*B*

*BArtoli opinio communiter recepta, qu.45.n.15.lib.2.& n. 17.Sed tamen contraria eſt verior,ibid.n.26.*

*Benemerita an probentur per verba enunciatiua remiſſiuè, qu. 47.n.2.lib.2.*

*C*

*CAſus l.fin.ff.de interrog.act.q.1.num.15. lib.6.explicatur ibid.num.21.*

*Citatio probatur ex verbis enunciatiuis, ſi in eo actu, in quo enunciatur, potuit de ſui natura quis in eodem temporis momento citari,quæſt.15.num.6.exemplum ponitur ibid. num. 7.lib.2.*

*Citatio non probatur per verba enunciatiua in aliquo actu poſita,q.14.n.1.lib.2.Declaratur,num.2.*

*Clauſula motus proprij non præſumitur,quando non eſt expreſsè litteris inſerta,q.2.n.35. lib.2.*

*Codicillorum verba enunciatiua diſponunt in ipſis,q.23.num.1. lib.2.pag.68. Ratio diuerſitatis inter teſtamentum, & codicillos,q.23.num.2.lib.1.& num.3.4.5.ibid.*

*Concilij Tridentini decreta circa matrimonia clandeſtina,queſt. 31.num.31.lib.2. Vide remiſſiuè de hac materia DD. ibidem num.3.*

*Conditio deſcribitur,q.6.n.9.lib.3.*

*Conditio nulla in tempus præteritum, vel præſens conſeruatur q.6.n.10.lib.3.*

*Conditio ſemper impleri debet ante emolumenti aſſecurationem,q.6.n.11.lib.3.*

*Conditio impleri debet per modum excluſionis,q.6. num.33.lib. 3.Differentias alias inter modum, & conditionem vide remiſſiuè per Doct.n.34. ibid.*

*Conditio prius verificanda eſt,antequam agi poſſit,quæſt.6.num. 23.lib.3.*

*Conditionis per modum verba enunciatiua propter aliud non diſponant,& præcipuè in vltimis voluntatibus, q.5.n.20.& n.21.Declaratur iſte enunciatio n. 22.ibid.*

*Conditionis per modum verba enunciatiua propter aliud, bene diſponunt quotieſcumque aduenit conditio,quæſt.5. num.23. lib.3.Ratio num.24. Item quando concurrunt aliæ coniecturæ, quæ magis apertam voluntatem enunciantis oſtendunt, num.25.ibid.*

*Conditio nil ponit in eſſe antequam impleatur, & implemento deficiente non ſortitur effectum,q.6. n.20. lib.3.*

*Conditionis implementum dicitur procedere non modo habitu, ſed actu,& facto conſumato,q.6.n.13.lib.3.*

*Conditio pro ſui natura ſemper ſuſpendit diſpoſitionem, & diſpoſitionis effectum in ipſius conditionis euentum,qu.6. num. 19. lib.3.*

*Conditionis per modum verba enunciatiua prolata propter aliud non diſponunt,q.5.lib.3.Ratio n.2. ibid. Ampliatur etiam ſi ſint iurata,Ratio ex Soc.n.3.ibid. Ampliatur pariter etiamſi conditio non ſit expreſſa, ſed tacitè veniat per verba futuri temporis,n.4. ibid.*

*Limitatur ſecundum Alex.in aliquo antecedenti,vel conſequē-*

ti, quod ſit neceſſario implendum ad illud, quod in conditione deductum eſt, num. 5. ibidem. Et eſt communis limitatio, num. 9.

Comprobatur n. 6. 7. 8. cum ſeq. vſque ad 14. Opinio quædam addentium ad Bart. affertur, num. 14. ibidem. Reprobatur, num. 15. ibid. Explicatur Regula in l. Paulus, ff. de vſufr. num. 16. ibid.

Confeſſio geminata facta eodem inſtanti habetur pro vna, q. 3. n. 32. lib. 1.

Confeſſio facta abſente parte nihil probat, q. 45. n. 16. lib. 2. Declaratur n. 27. 28. & 29.

Confeſſio facta abſente parte non præiudicat confitenti, q. 1. nu. 16. lib. 2. Declaratur iſta regula, n. 22. 23. 24. 25. 26.

Confinia bene probantur per inſtrumenta de antiquo, q. 1. n. 74. lib. 2. Ratio adducitur ibid. n. 75. Contrarium a multis tenetur ibid. nu. 76. Communis opinio retinetur, ibid. n. 26. Ampliatur, n. 77. 78. & 79.

Conteſtatio litis an probetur præceſſiſſe per verba enunciatiua, q. 12. n. 1. lib. 2.

Contentis in ſententia verbis enunciatiuis prolatis ſtatur in antiquis, q. 9. n. 3. lib. 2. Item quando eſt lata inter præſentes, & nemo contradicit, ibid. n. 4. Item quando ſi pars fuiſſet abſens, fuiſſet illi intimata, & non eſſet appellatum, & enunciatio feciſſet tranſitum in rem iudicatam, ibid. n. 5.

Coniectura, & interpretatio ſemper ſumatur aliquam donationis, quando poteſt ſumi, q. 35. n. 5. lib. 2.

Contractus ſub conditione celebratus reſolutus dicitur in ipſo initio non interueniente in ipſa conditione, quæſt. 6. num. 31. lib. 3.

Corraſij ſenſus ad verſ. & non ſufficit, l. mora, de vſur. q. 19. nu. 12. lib. 2. Refellitur, n. 13. 14. 15. & 16.

Cronicarum, & Hiſtoriarum exempla an fidem faciant, qu. 47. per totum lib. 2.

Cuiacij ſenſus affertur ad verſ. & non ſufficit l. mora de vſur. q. 19. n. 20. lib. 2. Reprobatur, n. 21. 22. & 23.

D

DEbitum repetere nihil aliud eſt quam voce interpellare, q. 19. num. 24. lib. 1. Menoch. interpretatio ad verſ. & non ſufficit l. mora de vſur. num. 25. Refellitur num. 26. 27. 28. & 29. Andreæ Kobl. interpretatio ad verſ. & non ſufficit l. mora, ff. de vſur. quæſt. 19. num. 30. lib. 2. Damnatur, num. 31. 32. & 33.

Deſcriptio verborum enunciatiuorum data ab Auctore, l. 1. q. 1. num. 13.

Dictio, (ita vt) modum importat, q. 6. n. 4. lib. 3.

Dictiones (ſi) & (quoad) conditionem importat, q. 5. n. 17. lib. 3. l. penult. ff. de coll. dot. declaratur, q. 5. n. 18. lib. 3.

Diffinitio verborum enunciatiuorum data a Bald. improbatur, l. 1. q. 1. n. 3.

Diffinitio verborum enunciatiuorum ſecundum Socc. lib. 1. q. 1. num. 4.

Diffinitio verborum enunciatiuorum ex mente Craſſ. lib. 1. qu. 1. num. 5.

Diffinitio Craſſi explicatur, l. 1. q. 1. n. 7. & 8.

Diffinitio verborum enunciatiuorum Schard. reprehenditur, lib. 1. q. 1. n. 8. 9. & 10.

Diffinitio verborum enunciatiuorum Illuſtr. Card. Mantic. lib. 1. q. 1. n. 11.

Diffinitio verborum enunciatiuorum data à Socc. approbatur, lib. 1. q. 1. n. 12.

Dignitas non probatur per verba enunciatiua in priuilegio, vel litteris Apoſtolicis inſerta, q. 41. n. 1. lib. 2. Et quando probetur ibidem.

Diſponere verbum refertur ſemper ad vltimas voluntates, q. 20. n. 4. Opponit idem Auctor, num. 6. & 7. lib. 2. ſoluit, n. 8. 9. & 10.

Diſpoſitio teſtatoris in dubio potius præſumitur modalis, quam conditionalis, q. 6. num. 18. lib. 3. An diſpoſitio aliqua in materia teſtamentaria reſultare poſſit ex verbis enunciatiuis, ſi tamen non ſint expreſſa, ſed dumtaxat tacita puta, ſubintellecta in virtute dictionis taxatiuæ dubitatur, q. 22. num. 1. lib. 2. Exemplum pro iunioribus, num. 2. ibidem. In huiuſmodi difficultate non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia, num. 3. ibid. Bart. ſentit pro negatiua motus per text. in l. rationes, in fine, C. de probat. num. 4. ibid. Et eius opinio eſt communis, num. 5. ibid. Auctor tuetur contrariam, n. 6. ibid. Eius fundamento, & n. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. & 15. Reſpondetur ad text. in d. l. rationes, n. 16. Limitatur iſta concluſio, n. 17. Ampliatur, n. 18.

Diſpoſitiua verba fideicommiſſum inducunt, ſiue teſtator cum grauato loquatur, ſiue cum honorato, q. 27. n. 28. lib. 2.

Diuiſio quælibet debet eſſe bimembris q. 2. n. 1. lib. 1.

Dominium, & poſſeſſio in antiquiſſimis per verba enunciatiua probatur, q. 1. n. 89. lib. 2. Hieronymum de Monte aliter ſentientem decipi, n. 60. Ratio adducitur, n. 91. & 92. lib. 2.

Dominium regulariter non probatur per inſtrumentum qu. 1. n. 30. lib. 2.

Dominium non probatur per inſtrumentum locationis q. 1. n. 31. lib. 2.

Dominium non probatur regulariter per verba enunciatiua cum non diſponant, nec probent, q. 49. n. 1. lib. 2.

Dominium non probatur per inſtrumentum, quæſt. 49. nu. 2. lib. 2. & præcipuè contra tertium ibid. Exemplum ponitur, n. 3. ibid.

Dominium probatur per verba enunciatiua in antiquis, q. 49. n. 4. lib. 2. Item per inſtrumentum in antiquis, n. 5. ibid.

Dominium probatur in fauorem illius, cuius enunciatur rem illam eſſe per verba enunciatiua quod aliqualem præſumptionem, quæ quidem operatur, donec probetur contrarium, q. 48. n. 6. lib. 2.

Dominium non transfertur, nec amittitur voluntate Domini ſola, q. 36. n. 8. lib. 2.

Donatio inter viuos eſt odioſa, q. 36. n. 10. lib. 2.

Donans quando poteſt libere donare ſtatur verbis enunciatiuis ſuper maritis nec admittitur probatio in contrarium, q. 65. n. 35. n. 11. lib. 2.

Donatio facta filio a patre, quæ regulariter non valet, valet tamen appoſitio iuramento, q. 3. n. 28. lib. 1.

Donatio inter viuos inducatur per verba enunciatiua, q. 36. nu. 1. lib. 2. Exemplum ibid. n. 2.

Donatio inter viuos non probatur per verba enunciatiua ſecundum Authorem, q. 36. n. 3.

Donatio cauſa mortis verbis enunciatiuis inducitur, q. 26. nu. 1. lib. 2. l. ex hac ſcriptura, ff. de donat. perpenditur, q. 26. num. 2. lib. 2.

Donatio cauſa mortis aſſimilatur legato, q. 26. n. 3. lib. 2. Legatum inducitur per verba enunciatiua, q. 26. n. 4. lib. 2.

Donatio cauſa mortis, vt plurimum illo ſolet fieri qui eſt conſtitutus in articulo mortis, q. 26. n. 7. lib. 3. Idque probatur, n. 8. 9. & 10.

Donatio nunquam præſumitur, q. 35. n. 4. lib. 2.

Dos non probatur per verba enunciatiua quando præcipitanter, & ex abrupto fuerunt prolata, q. 32. num. 19. lib. 2. Intellige quando agitur de fauore alterius quam mulieris, ibid. n. 20. Similiter quoties contingeret principaliter diſputari de ipſo enunciato ibid. num. 21. Item quoties prolata eſſent ab alio, quam ab eo, qui tenebatur ad dotem, vel ab alio, eo tamen abſente, ibid. n. 22.

Dos probatur plene enunciatiua verba probata inter alios, & confeſſione factam abſente parte in fauorem mulieris abſentis, q. 45. n. 18. lib. 2. & vide n. 32.

Dotis fauore verba enunciatiua probare, q. 1. n. 103. lib. 2. Geminata ſi ſint verba enunciatiua probare, q. 1. n. 104. lib. 2.

Dotis fauore probant verba enunciatiua propter aliud, q. 2. nu. 38. lib. 2.

Dotis fauore verba enunciatiua probant dumtaxat, quo ad dotis

tis promiſſionem, non tamen quoad ipſius ſolutionem excommunt,q.32.n.23.lib.2.Fundamentum, n.24.25.& 26. ibid. Auctoris opinio,n.28.29.& 30. quam tenuit quoque Maſc. ibid.

Dotis fauore verba enunciatiua probant ex communi, qu.32.n 1.& 2.& 11.lib.2.Fundamentum huius opinionis, ibid.n.3. 4.5.6.Contrarium Angelus ibid. n.7.

Dotis fauore probant verba enunciatiua etiam ſi eſſet inter alias perſonas,& propter aliud prolata q.32.n.11.lib.2.Contrarium ibid.12.

Dubitatio pulchra proponitur,q.23.n.33.lib.2. pag.54. Opinio Auctoris,n.34.ibid. Fundamenta huius opinionis, nu.35.& 36.vſque ad 40.

E

EMphyteuſis non probatur per verba enunciatiua,q.45.n.1. lib.2.

Exemplum ibid.

Ratio ibid.Declaratur n.2.& 3.ibid.Limitatur, num.45.& 46. ibid.

Enunciatiua verba per modum modi diſponunt, q.6.n.3.lib.3.

Ratio n.5.ibid.Ratio rationis,n.6.& 7.ibid.

Enunciatiua verba propter ſe probant etiam in factis recentibus,q.1.n.40. lib.3.

Et præcipuè inter ipſos contrahentes ibid. n.41.

Enunciatiua verba probant inter partes, & maximè in antiquis,& inter præſentes,q.4.n.91. lib.1.

Enunciatiua verba non ſolum probant inter ipſos contrahentes, ſed etiam inter eorum hæredes, & ſucceſſores qu.4. num.92. lib.1.

Enunciatiua verba in his,quæ ab animo enunciantis dependent probent, quæſt.4. num.40. Ampliatur numerò 41. & 42. lib.1.

Enunciatiua verba plenè probant cum verſamur in antiquis,q. 4.n.44.Ratio redditur,n.45.

Et præcipuè ſi illud factum excedat memoriam hominum, in 46.lib.1.

Et quando vertitur quæſtio in eoſdem contrahentes, n.47.

Enunciatiua verba probant inter partes,etiamſi enuncietur id, quod eo tempore confecti actus non potuit veriſimiliter interuenire,q.4.n.94. lib.1.

Enunciatiua verba non probant inter partes, vbi diſpoſitio facta eſſet per verba futuri temporis q.4. n.95. Item non probant quoties ſumus in his quæ ſunt Iuris,n.96. exemplum affertur ibid.& n.97. lib.1.

Enunciatiua verba non probant, quoties agitur de aliqua re, quæ ſit prohibita,& non niſi certo caſu permiſſa,q.4. nu.98. lib.1.

Enunciatiua verba non probant, quotieſcunque contrahentes ſunt perſonæ prohibitæ,& ſuſpectæ,q.4.n.99. lib.1.

Enunciatiua verba Papæ probant quando Summus Pontifex concedit aliquid motu proprio, & huic aſſertioni innititur eius intentio,q.2.n.34. lib.2.

Enunciatiuæ defunctorum voluntates obſeruantur, ſi tamen aliter probentur,q.20. n.14. lib.2.

Enunciatiua verba propter aliud minimè probant, quando de ſocietate probanda tractatur,q.3.n.12.lib.3.pag.95.

Exemplum,ibid. n.13.

Enunciatiua verba propter aliud probant fauore piæ cauſæ, quæſt.3.num.37.lib.3. pag.95. Item fauorem dotis, ibidem num.38.

Enunciatiua verba inſtrumenti probant contra partem aduerſam patientem huiuſmodi verba inſeri in inſtrumento, q.1.n. 35.lib.2.ponitur exemplum,ibid. n.36. Sic eſſet contra producentem probant,n.37.

Enunciatiua verba propter aliud bene probant in vltimis voluntatibus,q.8.n.6.lib.3.Contrarium Vitalius, n.7.ibid.Item probant contra proferentem, n.8.ibid.

Exemplum,n.9.ibid.& maximè in antiquis, n.10.

Enunciatiua verba propter ſe minimè diſponunt in actibus inter viuos ex communi,q.1.num.50.lib.3. Contrarium ſentit Auctor, ibid.n.51. Ratio ibid.

Enunciatiua verba propter aliud diſponunt, quando in contrarium adeſſet veriſimilis mens diſponentium, q.3. nu.4. lib.3. Ratio n.5.& 6.ibid.Roman.conſ.65.affertur,n.7.ibid.

Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ diſponunt, quoties ſunt prolata ab illis, qui poterant tunc actum inducere,q.7.n.40.lib.3.Alias ſecus,& exemplum,ibid.n.41.Intellige tamen quoad ipſos enunciantes non quoad alios ibid. n.42.

Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ tunc diſponunt quando ab ipſa cauſa dependet,q.7.n.44.lib.3.& n.45. Item quando cauſa ipſa eſſet finalis,ibid.n.46.Secus ſi impulſiua,& exemplum,ibid.n.47.

Enunciatiua verba per modum cauſæ diſponunt, quando ſuper his verbis fundatur intentio diſponentis,q.7. n.43. lib.3.

Enunciatiua verba non probant quotieſcunque fuerunt prolata ab eo,qui veriſimiliter enunciatum ignorant,quæſt.4.n.100. lib.1.

Enunciatiua verba probant contra enunciantem, q.4. nu.191 Ratio adducitur n.102.& 103. Contrarium ſentit Beltr. & alij,n.104.Diſtingue n.105.& 106.lib.1.Oppoſitio facta contra illud axioma, quod verba enunciatiua probent contra enunciantem,q.4.n.107.& n.108.Solutio num.109.& 110. lib.1.

Enunciatiua verba non ſolum contra enunciantem probant, ſed etiam contra eius ſingularem ſucceſſorem ab ipſomet tamen cauſam habentem,q.4.n.111. lib.1.

Enunciatiua verba non ſolum contra enunciantem probant, ſed etiam contra ipſius hæredes, q.4.n.112. Ratio adducitur,nu. 113.lib.1.

Enunciatiua verba contra enunciantem probant, maximè quando agitur de facto proprio ipſius enunciantis,q.4.n.114. lib.1.

Enunciatiua verba per modum cauſæ,nec inter ipſos enunciantes probant, quoties contingit principaliter de ipſo enunciato diſputari q.8.n.4.lib.3.

Exemplum ibid.n.5.

Enunciatiua verba probant,quoties ſunt prolata ab homine receptæ auctoritatis in rebus modici preiudicij,q.4.n.117.Quid in rebus magni momenti, n.118. lib.1.

Enunciatiua verba probant, quando ſunt prolata cum ratione expreſſa,& finali,q.4.n.119. lib.1.

Enunciatiua verba probant, quando ſunt prolata pluribus horis,ſeu(quod idem eſt) pluries repetita,q.4.n.120. lib.1.

Enunciatiua verba probant in his, quæ per conſenſum inducuntur,q.4.n.121.ponitur exemplum,n.122.lib.1.

Enunciatiua verba probant, quando hæc verba ex titulis conualidantur,q.4.n.123. lib.1.

Enunciatiua verba probant, quando huiuſmodi verba prolata ſunt per modum confeſſionis, quæ confeſſio redacta ſit in ſcriptis poſtea,quæſt.4.n.124. exemplum affertur ex Dec. ibid. lib.1.

Enunciatiua verba probant, quando ſunt iuncta cum aliquibus coniecturis,q.4.n.125.lib.1.

Enunciatiua verba probant, ſi huiuſmodi verba prolata ſint de eo,quod potuit tunc eſſe,vel fieri,q.4.n.126.lib.1.

Enunciatiua verba probant,quando ſunt prolata præſente eo ad quem diriguntur ponitur exemplum,q.4.n.127. lib.1.

Enunciatiua verba probant,cum agitur de modico præiudicio,q. 4.n.128.lib.1.

Enunciatiua verba geminata idem operantur,ac ſi eſſent diſpoſitiua ex ſententia Giganti,q.3.n.33. lib.1.

Enunciatiua verba propter ſe qua ſint,q.2.n.3.declaratur, n.4. lib.1.

Enunciatiua verba propter aliud quæ ſit exponitur,q.2.num.5. lib.1.

*Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ an diſponant quoad actionem realem : digladiantur doctores, q.7.n.19.lib.3. Negatiuam tenet Bart. ibidem num.20. & eſt communis num.25.& 37.ibid. Fundamenta ibid.num.21.22.23.& 24. Contrarium Auctor.ibid. n.25. Media quibus mouetur, ibid.n.26.27.28.29.& 30. Reſolutiones contrariorum, ibid.n.31.32. vſque ad 37. De materia huius quæſtionis vide DD.remiſſiuè, n.38.*

*Enunciatiua verba geminata diſponunt, q.3.n.31. declaratur per Ceph.ibid.lib.1.*

*Enunciatiua verba teſtatoris non diſponunt in præiudicium tutoris, q.3.n.7.lib.1.*

*Enunciatiua verba non probant, vbi principaliter contingit de ipſo enunciato diſputari, etiam quoad ipſos contrahentes, qu.4.n.7. Dantur exempla, n.8.& 9.lib.1.*

*Enunciatiua verba minimè diſponunt, quando relatiuè prolata ſunt, q.3.n.9. Declaratur, n.10.lib.1.*

*Enunciatiua verba non probant, maximè quando fuerunt prolata ſuper aliquo facto non conuenienti ipſi enunciationi, & confeſſioni, q.4.n.25. ponitur exemplum, n.26. lib.1.*

*Enunciatiua verba diſponunnt, quando prolata ſunt ad liberandum, q.3.n.48. Amplia n.41. lib.1.*

*Enunciatiua verba diſponunt, quando ſunt prolata a perſonis, quæ habent liberam auctoritatem diſponendi, q.3.nu.42.& 43. Amplia n.44. limita, n.45.46.& 47.lib.1.*

*Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ diſponunt etiam in materia odioſa q.7.n.13. lib.3.*

*Enunciatiua verba propter aliud prolata bene probant in antiquis q.4.n.16.lib.3. Ratio n.17. ibid.*

*Enunciatiua verba propter aliud probant, quando ſunt enunciatiua eius, quod tempore aſſertionis eſſe poteſt. q.4.nu.39. lib.3. Exemplum ponitur ex Maſc.ibi.*

*Enunciatiua verba propter aliud prolata minimè probant, q.4.n.1.lib.3. Amplia vt nec inter eaſdem perſonas, & partes, n.2.ibid.*

*Enunciatiua verba propter aliud non probant etiam ſolemnitatem requiſitam in actu interueniſſe, q.4.n.14.lib.3.*

*Exemplum, n.15. ibid.*

*Enunciatiua verba propter aliud diſponunt, quando ſunt geminata, q.3.n.10.lib.3. Ratio, n.11.ibid. Ampliatur ex ſententia Sfortiæ Odd.num.12.ibid. Item diſponunt in rebus modici præiudicij, n.13.ibid. Item in fauore militis, n.14.& 16. ibid. Quid iuris de Pagano, n.15. vide remiſſiuè ibid. Item fauore piæ cauſæ, n.17.ibid. Contrarium multi, n.18.ibid.*

*Enunciatiua verba propter aliud diſponunt accedente iuramento, q.3 n.19.lib.3.*

*Enunciatiua verba propter aliud diſponunt in his, quæ a ſolo conſenſu dependent, q.3.n.20.lib.3. Item in fauorabilibus, n.21.ibid. Item ex ſententia Crau. quando probare non poſſunt, n.22.ibid. Ratio, n.23. ibid. Limitationes alias vide remiſſiuè per Odd.n.26.ibid.*

*Enunciatiua verba propter ſe diſponunt præcipuè in vltimis voluntatibus, q.1.n.3.& 4.lib.3.*

*Procedit autem hoc quoad diſpoſitionem inducendam, non autem quoad probationem, ibid.n.5.& 6. Ratio, n.7.ibid.*

*Enunciatiua verba propter aliud nec etiam præſumptionem inducunt, quando contingit principaliter de enunciato diſputari, q.4.n.5.lib.3. Contra Crauetta Scot.& alij, n.6.ibid. Limita vt per Pancirolum, & Socc. n.7.*

*Enunciatiua verba propter alius non probant etiam in vltimis voluntatibus, q.4. n.8. lib.3.*

*Exemplum n.19. ibid.*

*Enunciatiua verba propter aliud inſerta etiam inſtrumento non probant, q.4.n.10.lib.3.*

*Exemplum, n.11.ibid.*

*Enunciatiua verba prolata in epiſtola probant contra ſcribentem, q.24.num.10.& 18.lib.2. Contrarium Marcab. ab Anguil. Fundamentum eius ſtat in l.epiſtola, ff. de pactis, numer.11.ibid. Opinio iſta Marcabr. reprobatur per Auctorem, numer.12. l.epiſtola ſupracitata enucleatur, num.13.14.15.16.& 17.*

*Enunciatiua verba prolata in epiſtola probant contra ſcribentem, & ſi ipſa epiſtola careat die, ac conſule, neque ab ipſo mittente ſubſcripta, vel ſigillata ſit, q.24.n.19.lib.2.*

*Enunciatiua verba propter ſe diſponunt etiamſi de enunciato contingat principaliter diſputari, dummodo tamen ſimus inter præſentes, q.1.n.39. lib.3.*

*Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ diſponunt quoad actionem perſonalem, q.7.n.18.lib.3. Reliqua vide infra in verſ. verba enunciatiua.*

*Epiſtola eſt duplex, q.25.n.1. lib.2.*

*Epiſtola quid ſit quæ inter ſpecies vltimarum voluntatum refertur, q.25.n.2.lib.2.*

*Error potius, quam donatio ſolet allegari etiam ſi in facto proprio eſſet, q.36. n.7.lib.2.*

*Excommunicationis ſententia lata a ſummo Pontifice verbis enunciatiuis valet, q.48.n.1.lib.2. Quod declara, vt ibid. Ratio, ibid.n.2.*

*Excommunicationis ſententia quibus verbis a ſummo Pontifice feratur, quando homines ferit, q.38.num.3.lib.2. Remiſſiuè videndi ſunt.*

*Exempla ad cognoſcendum cauſas, vtilitas, ac neceſſitatis, quibus mouetur Princeps ad præiudicandum iuri tertij poſita a Petra, q.4.n.69.lib.2.*

F

*Fatuitas potius, quam donatio præſumitur, quæſt.36. num.6. lib.2.*

*Fideicommiſſum inducitur per verba enunciatiua maximè quando agitur de conſeruanda agnatione, q.27. nu.17. lib.2. Amplia duobus alijs modis, n.18.& 19.*

*Fideicommiſſum non inducitur per verba enunciatiua, quando in futurum euentum inſpiciunt ex communi, q.27.n.20.lib.2. Ratio affertur ibid.n.21. Auctor contra num.22. Communis opinio retinetur, ibid.n.23.*

*Fideicommiſſum inducitur per verba enunciatiua futuri euentus, quando ſunt directa ad filios, aut ad nepotes quicquid dixerit Cl.Peregr.q.27.n.24.lib.2.*

*Fideicommiſſum non inducitur per verba enunciatiua quando directa ſunt ad honoratum, q.27.n.25.lib.2. Auctor contra ibid.n.26.*

*Fideicommiſſum an inducatur ex verbis diſpoſitiuis, vel enunciatiuis nil refert, q.27.n.27. lib.2.*

*Fideicommiſſum abſolutum non inducitur per verba enunciatiua in ratione prohibitionis ex Burſato, q.27.n.29.lib.2.*

*Fideicommiſſum abſolutum, ac ſimplex an inducatur per verba enunciatiua propter aliud per modum cauſæ, an vero in caſu alienationis dumtaxat, vide DD.remiſſiuè quæſt.7. num.17. lib.3.*

*Fideicommiſſum inducitur per verba enunciatiua propter aliud per modum cauſæ, q.7. n.14. lib.3.*

*Fideicommiſſum regulariter eſt odioſum, q.7.n.15. lib.3.*

*Exempla verborum enunciatiuorum propter aliud per modum cauſæ prolatorum in materia fideicommiſſi, q.7.nu.16.lib.3.*

*Fideicommiſſum inducitur per verba enunciatiua, q.27. num.1. lib.2. Quicquid dixerint Antonius Faber, & Polid. Ripa, ibid.n.2. Fundamenta huius opinionis ibid.num.3.4.5.6.7.8.& 14.*

*Fideicommiſſum an inducatur ex verbis diſpoſitiuis, vel enunciatiuis nil refert, q.27.n.27. lib.2.*

*Filiatio minimè probatur per verba enunciatiua, qu.33.n.1.lib.2. Et eſt veriſſima concluſio ibid.n.2. Ratio affertur ibid.num.3.& 4. Amplia, num.5.6.7.& 8. Limita primo in Antiquis, n.9. Ratio, n.10.11.& 12. Amplia, num.13.14.& 15. Limitatur ſecundo contra proferentem, contra enim ipſum per verba enunciatiua filiatio probatur n.18. Ratio, n.19.& 20. Declara, n.21.& 22. Amplia, vt magis procedat contra pa-*

trem,

trem,num.23.Ratio,n.24.& 25. Coarctatur tertio quoad inducendum ipſum, filius nominatus eſt,in quaſi poſſeſſione filiationis,donec de contrario fuerit edoctum,n.26.Intellige,ac declara,prout ibid.num.27.Ratio declarationis,n.28. Limitatur quarto, quando nominatio facta de filio eſſet facta in actu,qui magis filio, quam extraneo conueniret : nam tunc probatio induceretur quoad ipſam filiationem per dicta verba enunciatiua,& n.29.30.& 31. ratio ibid.Fallit quinto, quando nominatio ipſa facta de filio per dicta verba eſſet geminata,num.32.Ratio,num.33.Contrarium Maſc.& Petra, n.34.Et hæc opinio magis placet Auctori, vbi etiam quando contraria opinio poſſet procedere ſubnectit,num.35. Limitatur ſexto,concurrentibus alijs adminiculis,num.36. Coarctatur ſeptimo, quando dicta verba proferuntur filio nominatio præſente,n.37.Ratio,n.38. Contrarium nonnulli,n.39.Conſilia,n.40.& 41.& Pulchra q.num.42.Reſoluitur, num.43. In omnibus illis caſibus, in quibus filiatio inducitur, ac per dicta verba probatur, ſemper auditur quis volens contrarium probare, n.44. De hac materia videndi plures DD. remiſſiuè,n.45.

Filiatio,fraternitas,& ſororitas paternizant,qu.33.nu.1.lib.2. par.74.

Filiationis quaſi poſseſſio probatur per verba enunciatiua prolata per modum modi,q.6.n.35.lib.3.

Filium alicuius ſe aſſerens an probare debeat plenè hanc qualitatem filiationis,q.19.n.8.lib.3. vide remiſſiuè.

Fraternitas, & ſorroritas minimè probatur per verba enunciatiua,q.33.n.2.& 4.lib.2. pag.74. Ratio num.3. Limita primo, quando cum verbis ipſis enunciatiuis concurrerent alias adminicula,n.5. Secundo quoad aliqualem præſumptionem, quæ quidem transferat onus probandi in aſſerentem contrarium,num.6.Exemplificatur in terminis ſororitatis, n.7.Et in terminis conſanguinitatis,n.8 Item in terminis parentelæ, quæ quidem exemplificatio limitatur in duobus caſibus, de quibus n.9.10.& 11.An per verba enunciatiua alicuius inſtrumenti poſſit conſanguinitas ipſa ſeu parẽtela probari quęritur,n.12.Regula ſit affirmatiua,n.13.Amplia, vt id præcipuè procedat in antiquis,n.14.Ratio,n.15.& 16.Subamplia, vt id etiam locum habeat in præiudicium tertij,n.17.Declara n.18.& 19.De materia conſanguinitatis videndi plures DD.remiſſiuè,n.20.In dubio quis præſumitur ſcire, quempiã eſſe fratrem ſuum,cum ſic eum nominat, nu.21.

G

Geminata ſint ſi verba enunciatiua propter aliud probant, qu.4.nu.25.lib.3.

Amplia etiam quoad tertium,numer.26.ibi. Et eo magis ſi ſint iurata nu.27.ibid. Contra Verall.deciſ.ſua 337.part.3.ibid. n.28.Reprobatur,n.29.ib.Rationes,n.30.31.32.33.& 34.

Geminat verba oſtendunt magis exploratam mentem proferentis,q.3.num.34.lib.1.

Guidi Papæ deciſio, quod verba enunciatiua inſtrumenti probent contra tertium abſentem, q.1.nu.27.lib.2.

H

Hereditas an videatur repudiata, ſi quis dixerit credo,hæreditatem eſſe reſpuendam,& mihi non expedire, qu.29. num.4.l.2.Auctor cum D.Fachin.concludit pro negatiua, ibid.num.5.

Hæreditas an cenſeatur adita,ſi quis dixerit ; Ego Titius hęres Sempronij precor Caio ſalutem,q.29.num.6.lib.2.Craſſus latè, ibi.num.7.

I

INſtitutus,vel ſubſtitutis ſub conditione nunquam poteſt hęreditatẽ conſequi niſi prius conditionẽ adimpleat, q.6.n.12.

Inſtrumenta plura requiri ad probandos confines, q.1.num.80. Ratio adducitur,& num.81.lib.2. Amplia num.82.declara num.83.84.& 85.Limita,nu.86.87.

Inſtrumenta plura verborum enunciatiuorum, an requirantur ad probandos confines diſputatur,q.1.num.79.lib 2.

Inſtrumenta plura antiqua in quibus aliquid enunciatur ſi varia ſint inter ſe quid agendum,q.1.num.93.lib 2.

Inſtrumentum inter alios factum an proſit mihi, & an probetur, fundum eſſe emphyteuticum ex inſtrumento inter alios celebrato,q.45.num.7.lib.2 Auctor cum Mandell.ſentit pro affirmatiua num.8.& 25.ibid.Ponderatur text. in l.Deſiderium, C.depoſ.

Inſtrumento publicum dicitur probatio probata, & veritas apparens,q.45.num.10.lib.2.

Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, q.45.num.11.lib.2.

Inſtrumentum pro ſe habens dicitur habere intentionem fundatam,q.45.num.12.lib.2.

Inſtrumentum facit rem notoriam ſicut ſententia, qu.45.num.13.lib.2.

Inſtrumento apparens dicitur certum,& manifeſtum,q.45.nu.14.lib.2.

Intellectus antiquorum quorundam ſuper q.19.d.19 n.7.lib.2. Damnatur,num.8.9.& 10.

Interpellatio vnica extraiudicialis, an ſufficiat ad conſtituendum debitorem in mora,q.19.num.1.lib.2.

Interpellatus verbis enunciatiuis ad ſoluendum ſi non ſoluat an conſtituatur in mora,q.8.num.1.lib.2.Exemplum ibidem nu. 2.Bart.opinio reijcitur num.3. Negant infiniti num.4. Fundamenta adducuntur num.5.6.7.8.& 9.cum ſeqq. vſque ad num.19.ibid.Affirmant alij multi nu.19. Media quibus hæc opinio firmatur,num.20.& 21.22.23.cum ſeq.vſque ad 33. Negatiua opinio eſt verior,& receptio,numer.33.Diſtinctio Auctoris num.34.& 35.Confirmatur num.36. & 37. Et eſt communiter recepta num.38. ibid.

Intruſio in materia attentatorum non probatur per verba nunciatiua quod aliquis ſit in poſſeſſione,q.46.num.1.lib.2.

Iudicio verba enunciatiua prolata ante cõteſtationem non probant,poſt autem ſic,q.6.num.1.2.3.& 4.lib.2.

Iudicio prolata, verba enunciatiua aliquando ponuntur in libellis,aliquando in poſitionibus, aliquando in ſententijs, qu. 6.num.5. lib.2.

Iuramentum dicitur habet vim geminationis,q.3.nu.23.lib.1.

Iuramentum quoties poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis ęternæ ſemper ſeruandum eſt,q.3.num.24.lib.1.

Iuramentum validat renunciationem Velleianam, quæ de per ſe non valet,q.3.num.26.lib.1.

Iuramentum de ſui natura ad plus non extenditur, quam extendatur virtus promiſſionis, q.3.num.19.lib.1.

Iuramentum ſemper ſortitur Naturam actus ſuper quo interponitur,q.3.num.19.Declaratur,& num.25.& per Marcabrunum, num.20.lib.1.

Inſtrumenti vis hæc eſt, vt actum valere eo meliori modo quo poteſt,q.3.num.21.libr.1.

Iuramentis vis hæc eſt, vt actum confirmet, & tale robur illi adiiciat,& reſcindi minimè poſſit, q.3.n.22.lib.1.

Ius ſpeciale in vno caſu arguit ius commune in contrarium, qu. 45.num.19.libr.2.

L

LAudi verba enunciatiua minimè probant,q.10.nu.1.lib.2. Amplia quando contingit principaliter de ipſo enunciato diſputare, ibid.nu.2.

Limitatur præiudicare ſaltem partibus, quæ expreſsè non contradixerunt ibid.d.nu.3.

Legata diſponuntur per verba enunciatiua, quæ probant in eis poſita q.28.num.1.lib.3.

Legis verba enunciatiua non inducunt ius in eo,quod narratur, vel enunciatur,q.5.n.1.& 2.lib.2. Amplia hoc procedere in

verbis

verbis enunciatiuis conſtitutionis, vel ſtatuti, ibid.num.3.

Legis verba enunciatiua inducunt ius ſi ſuper illis verbis fundetur intentio legislatoris, q.5.nu.4.lib.2. & ſi verba geminentur ibid.n.5. Item, quando ex mente legislatoris cōtraria appareret, ibid.n.6. Item quando legislator ipſe factum proprium narrat, ibid.nu.7. limita alias, nu.9.

L.in teſtamēto, ff.de fideicom.libert.expenditur, & optimè enucleatur, q.30.n.15.& nu.19.20.21. & 22.lib.2.

L.finalis, ff.de reb.eorum declaratur, q.30.num.18.libr.2.

L.mora, ver.& non ſufficit de vſur.verba afferuntur, q.19.n.4. lib.2. Salic.intellectus ad hunc verſ.ibi.n.5. Reprobatur, n.6. Intellectus quorundem antiquorum adducitur, q.19.num.7. lib.2. Damnatur & nu.8.9.& 10.

Ludou.Charond.interpretat.num.17.ibid. Reijcitur, num.18.& 19.ibid.

L.ex hac ſcriptura, ff.de donat.primus intellectus eſt aliquorum aſſerentium per verba dictæ legis donationem cauſa mortis induci, q.2.nu.2.lib.2. Eorum fundamentum, nu.3.& 4. Reprobatur per Auctorem, num.5. Idque multis medijs, de quibus, nu.6.7.8.9.10.& 11.

Soluitur contrarium multipliciter, num.12.13.14.15.& 16. Secundus eſt ſenſus aliorum opinantium, quod verba illius ſcripturæ, de qua in d.l.inducant legatum, vel fideicommiſſum, num.17. Et eſt communis, nu.18. Fundamentum huiuſce opinionis, nu.19.& 20. Damnatur per Auctorem; n.21. Media, num.22.23.24.25.& 26. Soluitur contrarium, n.27.28.29.30.& 31. Tertius eſt intellectus aliquorum aſſerentium diſpoſitionem, d.legis intelligendam eſſe generaliter, & prout ibi.num.32. Sed reprobatur ratio ibid.num.33. Quartus eſt ſenſus aliorum aſſerentium dominium de quo in ipſa lege, ad libertos illos iure donationis inter viuos pertinere, num.34. Et hic per Auctorem approbatur, num.35. Corroboraturque triplici iuris fundamento, de quibus, num.36.37.38 cum ſeq. vſque ad 56. incluſiuè. Duo opponuntur per Bart. contra hunc intellectum, de quibus, n.57.58.59.60.& 61. Auctor autem ab eo minimè recedendum dijudicat, numer.62. Et contraria reſoluit, num.63.64.65.& 66.

L.Titia cum teſtament.§. Titia cum nuberet de leg.2. declaratur, q.17.nu.9.lib.2.

L.ſi non deſignata, C.de falſ.cauſ.adiect.leg.perpenditur, q.32. num.8.lib.2. Diſtinctio Bart.Nouelli ibid. Improbatur, num.10.ibid.

Liber Mercatorum an & quando probet q.44.numer.ſecundo, lib.ſecundo.

Liber Cronicarum deſcriptus per verba enunciatiua non facit fidem, q.46.num.1 lib.2.

Libertatis fauore verba enunciatiua minimè diſpoſitionem inducunt, quando ſunt per errorem emiſsa, qu.30.num.7.lib.2. & num.23.ibid. Contra text. Paulus reſpondit in 1.verſic.ff. de fideiuſſ.libert.q.30.num.8.lib.2. ſoluitur num.9. & n.13. & 16.ibid.

Libertatis fauore verba enunciatiua diſpoſitionem inducunt, q.30.num.1.lib.2. Probatur hęc enunciatio, num.2.3.& 4. Opponitur lex Iulianus, §.ex his verbis, ff.de leg.3.ibid.num.5. Soluitur ibid.num.6.

Litteræ, in quibus Papa atteſtatur aliquem eſſe ſuum Cappellanum, vel cubicullarium ſeu familiarem, bene probant eum eſſe talem, q.2.num.11.lib.2. Contrarium multi, nu.12. Reſolutio eſt Lap.num.13.

M

MAſcard.opinio quoad probationem verborum enunciatiuorum contra tertium abſentem, q.1.n.28.lib.2.

Interpretatio opinionis Maſcard. & Guid.Pap.qu.1.num.29. lib.ſecundo.

Matrimonij probatio, quæ fit per confeſſionem coniugum diſcutitur, q.10.num.9.10.& 11.libr.3.

Matrimonium qualiter probetur, vide Maſcard. remiſſiuè, qu.10.num.12.lib.3.

Matrimonium an cenſeatur contractum his verbis. (Queſta è mia mogliera.) q.31.num.27.lib.2.
  Auctoris opinio ibid.num.28.

Matrimonium vtrum præſumatur ex ipſa nominatione, videlicet, ſi aliqua nominetur vxor.q.31.num.29.lib.2.
  Auctoris opinio, ibid.nu.30.

Matrimonij fauore verba enunciatiua probant, qu.31.num.1. lib.2. Fallit iſta enunciatio, quando principaliter contingere diſputari de ipſo matrimonio, ibid.nu.2. Item contra tertium num.3. ibid. Item quando tractaretur de præiudicio alterius matrimonij ibid.num.4.

Matrimonium vel ſponſalia an inducatur ex hac verborum formula. Non habebo aliam vxorem, quam te, q.31.num.5. lib.2 Quod matrimonium cenſeatur cōtractum tenuere multi, ibid.num.6. Fundamenta iſtorum, ibid.num.7.8.9.10.& 11. Contraria opinio verior, & ab Auctore amplexa, ibid.num.12.

Media, quibus hæc opinio, & ſententia probatur, ibid.num.13.14.15.16. cum ſeqq. vſque ad 20. Solutiones fundamentorum contrariæ partis, ibid.num.20.21.& 22.

Matrimonium, vel ſponſalia an cenſeant contracta ex his verbis (Habebo te in vxorem) q.31.num.23.lib.2. Opinio Auctoris ibid.num.24.

Matrimonium an contractum cenſeatur hoc modo, videlicet: Puella iuueni ſe increpanti reſponderat; Nolo me cognoſcas, niſi honeſte, atque ita ſe facturum iuuenis promiſerat, vituperatque, quæritur iuris dum honeſte attingi mulier ſine matrimonio nequeat, qu.31.num.25.lib.2. Remiſſiue, vide DD. ibid.num.26.

Mercatorum in libris verba enunciatiua poſita aliqualem præſumptionē facere, & inducere, q.44.n.1.lib.2. Militis fauore verba enunciatiua propter aliud probant, q.4.num.35.lib.2. Quid iuris in pagano? ibid.num.36. Maſcar.ibid.

Modus importatur per dictionem (ita vt) q.6.nu.4.lib.3.

Modus diffinitur, q.6.num.8.libr.3.

Modus impleri debet per modum compulſionis, q.6.n.32.lib.3.

Modus adimpletur poſt emolumentum conſecutum, q.6.nu.14. & 15.libr.3.

Modus non ſuſpendit, ſed reſoluit conditionem in caſum modi non impleti, q.6.num.22.lib.3.

Modus multipliciter accipi ſolet, q.6.numer.1.libr.3. Quomodo accipiatur in hoc caſu, num.2.ibid.

Monitio eſt neceſſaria, vt quis priuetur quomodo relicti, ob modum non impletum, q.6.n.25.libr.3. Conſultationes infraſcriptæ adducuntur Menoch.in ſuo conſ.131.in 1.num.26.ibidem, Decian.conſ.132.inter illa, Menoch.n.27.ibid. Crauet.in 59. in 1.num.28.ibid. In conditione ſecus eſt, num.29.ibid. Ratio, num.30.ibid.

Mora contrahitur ſolo temporis curſu, & diei aduentu, qu.19. num.11.lib.2.

Mortis in articulo conſtituti verba enunciatiua diſponunt qu.26.nu.5.lib.2.

Mortis in articulo conſtituti creduntur facere quæ faciunt animo deliberato, q.26.nu.6.lib.2.

N

NOtari verba enunciatiua minimè probant, q.11.nu.1.lib.2. Amplia n.2.& 3. fallit, n.4.5.6.7.& 8.

Notarius debet eſſe rogatus ad hoc vt inſtrumentum ab ipſo factum in fauore producentis probet, q.45.num.20.& 21.& 22. Adducitur quædam doctrina Grammatici, ibid.n.23.& perpenditur, num.32.33.34.& 35.

Notoria multa dicuntur, & non ſunt q.2.num.27.libr.2.

O

ORdo ſeruatus ab auctore in qu.19. de interpellatione debitoris, q.19.num.2.lib.2.

P

PActum nudum accedente iuramento diſponit, & actionem producit de iure ciuili,q.3.num.27.lib.7.

Papæ aſſertioni ſtandum eſt,q.2.n.1.lib.2.

Papæ actus non poteſt eſſe niſi circa veritatem, q.2.nu.2.lib.2. & cur.ibid.

Papæ aſſertioni adeo ſtatur, vt non poſſit probari contrarium q. 2.num.3.libr.2.Ratio adducitur nu.4.& 5.

Papæ aliquid de iure aſſerenti pleniſſime creditur, niſi manifeſtum falſitatem aſſereret,q.2.nu.6.lib.2.& ibid.n.8.

Papa præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui,q.7. lib.2.

Papæ creditur non admiſſa in contrarium probatione, quando atteſtatur de facto proprio, non de alieno q.2.num.9.lib.2.& maximè quando ſuper eo ſe fundat, ibid.num.10.

Papæ aſſertioni ſtandum eſt ſuper facto proprio,etiamſi atteſtetur de eo,quod fecit,vel vidit,dum eſſet Cardinalis, q.2.n.14. libr.4.Amplia hoc procedere in quacunque diſpoſitione ſiue pura, ſiue conditionali, ſiue modali,num.15.ibid.

Papæ in narratis de facto alieno nō creditur, donec contrarium probetur,& eſt communis opinio,q.2.num.33.libr.2.

Papæ aſſertioni traditur etiam de facto alieno,quando aſſereret ſe de tali facto bene fuiſſe certiorem factum,q,2.nu.36.lib.2. Item quando ſumus in antiquis,nu.37 amplia nu.38.

Papæ aſſertioni ſtatur de delicto alicuius quando diſponit non eſſet recipiendam contrariam probationem,q.2.n.28.lib.2.

Papæ aſſertioni ſtatur de delicto alicuius maximè ſi concurrant alia adminicula vltra aſſertionem Papæ,q.2 nu.29.lib.2.

Papæ aſſertioni de facto ſibi à patre narrato non ſtatur niſi de facto proprio ipſius Papæ tractetur, q.2.n.30.lib.2.

Papæ aſſertioni creditur de facto alieno coram ſe geſto, q.2.nu. 39.lib.2.& ratio adducitur ibid.Item quando non verſamur in præiudicialibus ibi. n.40. ſimiliter fide facto ſui progenitoris atteſtetur,ibid.nu.41.Item quoad inducendam aliqualem præſumptionem,ibid.num.42.lib.2.

Patronatus ius per verba enunciatiua inſtrumentis in antiquis probatur,q.41.num.95.lib.2.

Peritorum verbis enunciatiuis atteſtantium electionem de ipſorum perſonis factam non ſtatur, q.39.n.1.lib.2.

Peritis in arte ſua quando credendum, q.39.n.2.lib.2.

Pijs in cauſis verba enunciatiua diſpoſitionem inducunt ex cōmuni DD.ſententia q.23.n.1.l.2.pag.54.Fundamenta huius opinionis adducuntur n.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.& 12.Contrarium per Bal.ibid.num.13.Media, ibid.numer.14.& 15. Auctoris opinio, nu.16.17.18.19.& 20 In hoc expenduntur Corn.conſ.149.in vol.2.ibi.num.21. Caſtr.137. volu.2.ibid. num.22.Decij conſ.159.in 1.ibid.23. Bertr.conſ.340.nu.10. num.1.ibid.n.24 Soc.ſen conſ.179.in 2.ibid.num.25. Deciſ. D.Angeli Epiſcopi Racanatenſis improbatur ibid. num.26. Alexandri Raud.deciſ.49.enucleatur ibid.numer.27.& 28. Matt.Brun.conſ.67.num.33.damnatur ibid.n.29. D.Sfortiæ Oddi conſ.64.& Bal.Reſp.129.num.4.perpenduntur ibi.nu. 30.& 31.Modeſtini Piſtoris, q.146.part.4. proponitur ibid. num.32.

Poſitionum verba enunciatiua an fidem faciant, q.8.numer.1. remiſſiuè, lib.2.

Poſſeſſio ſpoliati non probatur per verba enunciatiua inſtrumenti inter alios, q.41.num.1.lib.2.

Præſumptio inducitur per verba enuntiatiua propter aliud cui ſtatur, donec probetur contrarium,q.4.num.3.lib 3.

Principis verba enunciatiua fidem faciunt maximè quando sūt iterata,q.4.num.17.lib.ſecundo.Item quando proferuntur de eo,quod pendet à mero arbitrio ipſius principis,q.4.num.18. & lib. ſecundo.

Principis verba enunciatiua fidem faciunt, etiam de his, quæ ante principatum vidit,q.4.num.19.lib.2.

Principis verba enunciatiua probant maximè quando ſumus in antiquis, q.4.num.20.& 21.libr 2.

Principis verba enunciatiua fidem non faciunt,quando lederēt honorem ſubditi,q.4.num.44.lib.2. Item quando ad inſtantiam partis reſcriberet ibid. num.45. Item quando de ipſiuſmet principis tractaretur intereſſe,num.46. Ratio adducitur ibi.nu.47.& 48.vſque ad 62.

Principis præſumitur Iuſtitiam plenus, & non præſumitur falſum dicere,q.4.nu.4. lib.2.

Principis ſolo verbo credendum eſt, q.4.nu.5.libr.2.

Principem non dicere mendax labium,q.4.num.6.lib.2.

Principis aſſertioni adeo creditur,vt in contrarium non admittatur probatio,q.4.num.7.libr.2.limita in multis caſibus, vt per Maſcar.q.4.num.8.lib.2.

Principis verba enunciatiua fidem faciunt,quando eſt bene informatus,q.4.nu.10.lib.2.amplia etiam contra tertium, ibi. numer.11. Informatus dicitur, princeps quando facit aliquid motu proprio,& ſine vlla ſupplicatione præuia,q.4.num.12. lib.ſecundo. Quid ſi princeps volens alteri præiudicare, afferat cauſam, qua moueatur,an eius aſſertioni ſit ſtandum,qu. 4.nu.62. libr.2.

Procurator vel ad lites, vel ad negotia per verba enunciatiua conſtitui poteſt,q.15.nu.1.lib.2.Ratio,num.2.& 3.ibid.Et de hoc nulla eſt dubitatio,num.4.ibid.

Procurator ſi per verba enunciatiua fuerit conſtitutus illa eadem verba probant q.15.nu.5 lib.2.limita cum agitur de fauore ipſiuſmet conſtituentis ibid.nu.6. & probant, ſi de eius odio agatur,& ad fauorem illius,qui ſe procuratorem conſtitutum affirmaret,nu.7.ibi.limita ſecundo ſi agatur de præiudicio tertij,nu.8.Item ſi poſtea principaliter de enunciato diſputari contingat,n.9.Ratio,n.10.amplia,n.11.& 12.

R

REſcripti verbis enunciatiuis an & quando ſtetur, qu.43. num.1.lib.2.

Res inter alios geſta minimè probat quoad eos,qui non interuenerunt,q.44.num.24.lib.2.Declaratur,nu.37.38.39.& 40.

S

SCriptura priuata plene probat in antiquis,q.1.nu.56.lib.2.

Scriptura priuata non probat in factis recentibus,q.4.n.18. lib.3.ſecus in antiquis,num.19.ibid.

Scriptum quicquid in inſtrumento reperitur,præſumitur appoſitum à Notario de voluntate,& mandato ipſarum partium q.45.num.31.lib.2.

Signa inſpecto iure poli ſufficiunt etiam per interpellationem, q.18.num.39.lib.2.

Solemnitas,quæ non potuit adeſſe tempore actus, non præſumitur interueniſſe per narrationem,q.14.num.3.lib.2.

Contrarium multi,num.4.Prior opinio vti communior retinetur,num.5.

Sum,es, eſt,verbum eſt merè diſpoſitiuum,q.27.num.10. lib.2. fallit quando eſt futuri temporis ex Bald.Peregr. improbatur ibid,num 11. Alciat.diſp.19.lib.4.affertur,qu.27.nu.12. lib.2.Reſoluitur,num.13.ibid.

T

TErtius dicitur ille,qui non habet cauſam cum contrahente, vel enunciante,q.4.num.24.lib.3.

Teſtator ſi voluit impleri id, quod per dictiones modum importantes expreſſit, antea quam emolumentum acquiratur, di-

ſpoſitio

ſpoſitio erit conditionalis, & non modalis, q.6.num.16.lib.3. & num.17.

Teſtis deponens de credulitate regulariter non probat, q.4.nu. 20.lib.3.Fallit in antiquis, num.11.ibid.

Teſtes quinque in epiſtola ſpecie vltimæ voluntatis requiruntur, q.25.n.3.lib.2.& ipſorum teſtium ſubſcriptio requiritur in epiſtola ibid. num.4.

Teſtium verba enunciatiua non probare, q.16.nu.1.lib.1, Ratio ibidem num.2.

Tractatus omnis à diffinitione initium ſumit, libro primo, qu.1. num.1.

Tractatus de alienatione rei eccleſiaſticæ per verba enunciatiua non probatur, q.40.n.2.lib.1.

V

Verba enunciatiua probant in contractibus, qu.17.num.8. lib.2. Amplia, num.9. Declara nu.10.& 11.& 12. limita num.13.

Verba enunciatiua diſponunt in contractibus, quando ſunt geminata, q.17.nu.14.lib.2.

Verba enunciatiua probare etiam contra tertium abſentem, q. 1.n.17.lib.2. Fundamenta huius opinionis, num.18.19.& 20. Guid.Pap.deciſio adducitur nu.27. altera Maſcard.num.28. vtraque interpretatur, num.29.

Verba enunciatiua poſita in inſtrumento non probant etiam inter eaſdem perſonas, quando principaliter de ipſo enunciatio contingit diſputare, q.1.num.32.lib.ſecundo. Contrarium tenet Soc.ibid.n.33.

Verba enunciatiua poſita in inſtrumento non probant etiam inter eaſdem perſonas, quando perſonæ in eo nominatæ eſſent, q.1.num.34.lib.2.

Verba enunciatiua in antiquis probant etiam contra tertium, q.4.nu.63.contrarium tenent multi, nu.64.conciliantur opiniones, nu.65.& 66.libr.1.

Verba enunciatiua in antiquis ſemiplene probant contra tertiũ etiam quando agitur de graui præiudicio, q.4.num.67. Immo plenè probant, ſi cum antiqu: .ate concurrant alia adminicula, q.4.n.68. Crauet.opinio affertur, n.69.& improbatur nu. 70.& 71.lib.1.

Verba enunciatiua in antiquis probant etiam ad fauorem tertij, q.4.num.72.lib.1.

Verba enunciatiua probant inter eaſdem perſonas, & contrahentes, qu.4.num.73. Quinimò cenſentur veluti diſpoſitiua, num.74.lib.1.

Verba enunciatiua extra contrahentes, non probant, q.4.n.75. amplia, num.76. limita, num.77. declara, num.78.79.80.81. 82.83.84.85.lib.1.

Verba enunciatiua probant inter partes tantum, non tamen in præiudicium tertij, q.4.n.86. Ratio adducitur, n.87.lib.1.

Verba enunciatiua probant ſaltem ſemiplene contra tertium, q. 4.nu.88.libr.1.

Verba enunciatiua probationem inducunt dumtaxat inter partes, non autem obligationem, q.4.num.89. fallit quando ſunt geminata ſed dubitat Auctor, nu.90.libr.1.

Verbis enũciatiuis propter diuturnitatem temporis ſtatur etiãſi enuncient actum, qui interuenire non potuit, tempore confecti inſtrumenti, q.4.num.48. De quo tamen dubitat Auctor, num.49.lib.1.

Verba enunciatiua in antiquis probant mandatum, licet regulariter illud non probent, q.4.n.50. Declara vt n.51. amplia, num.52.lib.1.

Verba enunciatiua in antiquis dominium probant, q.4 num.53. Ratio redditur, n.54.lib.1.

Verba enunciatiua in antiquis conſuetudinem probant, q.4.nu. 55.libr.1. Confines ad territorium probantur in antiquis per verba enunciatiua, q.4.numer.56. Ratio redditur, numer.57. 58.lib.1.

Verba enunciatiua probant in priuilegijs, ac reſcriptis antiquis q.4.n.59. & præſertim inter eaſdem perſonas, n.60.lib.1.

Verba enunciatiua probant in antiquis pro ad feuda, q.4.num. 61.lib.1.

Verba enunciatiua probant in antiquis etiamſi de iſto enũciato principaliter diſputari contingat q.4.nu.61.lib.1.

Verba enunciatiua in teſtemento minimè diſponunt, q.11.nu.3. lib.2. Ratio ibid.n.4. Amplia, ibid.nu.5.6.& 7. Limita, nu.8. 9.10.11.& 12.

Verba enunciatiua aliquorum actorum in inſtrumento poſita an probent illa acta interueniſſe, q.4.num.10.libr.2. Exemplum ponitur, ibid. diſtinguitur, num.110.& 111.

Verba enunciatiua in vltimis voluntatibus propter ſe diſponũt dumtaxat, quando ſunt relata ad oneratum, qu.1.nu.8.lib.3. Secus ſi ad Honoratum ibid.n.9. Ratio diuerſitatis n.10 ibid. Et iſta eſt communis theorica, ibid.n.11.& n.33. Confirmatur ibid.nu.12.& 13. Contra quod etiam diſponant, quando ſunt relata ad honoratum n.14.ibid. Fundamenta huius opinionis n.15.& 16.17.18.19. cum ſeq. vſque ad 24. Et ita concludit Auctor, nu.25.ibid. Reſpondetur contrarijs, ibid.nu.26.27. 28. vſque ad 33.

Verba enunciatiua propter ſe prolata in vltimis voluntatibus diſponunt, quando iuramentum intercedit, & ſic relata ad honoratum q.1.n.33.libr.3. Quod procedit quatenus natura, & vis ipſorum verborum patitur num.34.ibid. quod quidem ſubdeclara, ibid. Enunciatiua verba propter ſe præcipuè diſponũt, quando ſunt geminata, ac temporibus ſeparatis ſepius repetita q.1.num.35.lib.3.

Verba enunciatiua propter ſe prolata plenè probant etiam inter abſentes, q.1.num.36.lib.3. Quod præcipuè procedit quando ſunt geminata, num.37.ibid. Scotus tenet verba enunciatiua propter ſe prolata dumtaxat ſemiplenam probationem inducere, q.1.nu.38.lib.3.

Verba enunciatiua propter ſe prolata diſponunt, ac probant, qu. 1.numero primo, libr.3. Quinimò dicuntur verè diſpoſitiuo, ibid.num.2.

Verba enunciatiua iuramento vallata etiam parte abſente probant, q.4.nu.34. Ratio adducitur, ibid.lib.1.

Verba enunciatiua iurata probant, nedum ſi iuramentum tunc interponatur, ſed etiam ſi aſſeratur, quod fuerit interpoſitum q.4.num.35. limita quando agitur de præiudicio tertij, num. 36.lib.1.

Verba enunciatiua quoad validitatem actus, cui apponuntur probant, q.4.n.37. Exempla afferuntur, n.38.& 39.lib.1.

Verba enunciatiua probant, cum actus confeſſionis, ſeu enunciationis non poſſit ſubſiſtere tanquam factæ ſine cauſa, q.4.nu. 43.lib.1.

Verba enunciatiua probant quando vertitur quæſtio inter eaſdem contrahentes, q.4.num.57.libr.1.

Verba enunciatiua probare contra producentem, qu.1.numero 37.lib.2.

Verba enunciatiua inſtrumenti probant in antiquis, q.1.nu.38. lib.2. Rationes adducuntur ibid.num.39.& 40.

Verba enunciatiua propter ſe non diſponunt, quando agitur de præiudicio tertij, q.1.num.42.lib.3. Item quando ſunt prolata circa ea, quæ per defunctum non ſunt diſponibilia ibid.n.43. Exemplum ex Bero.ibid.num.44. Item quando in his verbis eſſet incertitudo reſpectu perſonarum, vel reſpectu quantitatis, vel ſpeciei ibid.num.45. Ratio, num.46. Declara, num.47. Limita, nu.48.

Verba enunciatiua non inducunt plenam probationem in vltimis voluntatibus ex ſententia Auctoris, quæſt.20.numer.11. lib.2. Ratio ibidem, num.12. limita quoad ſemiplenam, ibid. num.13.

Verba enunciatiua poſita in inſtrumento ſolemnitates enunciante probant in antiquis ipſa ſolemnitates, quæſt.1.num. 88.lib.2.

Verba enunciatiua in reſcriptis, & in priuilegijs antiquis probant, q.1.num.49.lib.2.

Verba enunciatiua probare plene, vel ſemiplene, vel præſumptiuè

ptiuè ſiue in antiquis, ſiue in facto recẽti quomodo hoc ipſum accipiatur, q.1.num.101.libr.2.

Verba enunciatiua in libellis poſita an probent, q.7.n.1.libr.2.

Verba enunciatiua in libellis poſita ſi non plenam, ſaltem ſemiplenam inducere probationem, q.7.nu.3.lib.2.

Verba enunciatiua transfertur onus probandi in aduerſarium, q.4.n.130. Ita vt ipſi ſtetur donec probetur contrarium ibid. num.131. Quo probato hæc verba tanquam per errorem, & inconſultè prolata nil probant etiamſi geminata, ibid.n.132. Ratio redditur, num.133.lib.1.

Verba enunciatiua in illis caſibus, in quibus nec diſponunt, nec probant præſumptionem faciunt etiam ad fauorem tertij, qu.4.nu.134.lib.1.

Verba enunciatiua probant in delictis, & præcipuè cum agitur de probando mandato, q.4.num.142.libr.1.

Verba enunciatiua inſtrumenti minimè probant, q.1.nu.1.lib.2. Amplia n.2.& 3.4.5.& 6.limita, num.7.& 8.Declaratur, n.9.10.11.12.& 13.lib.2.

Verba enunciatiua inſtrumenti inter eaſdem perſonas non probant quoad tertium abſentem, q.1.n.14.libr.2.

Verba enunciatiua per modum modi prolata cur diſponant, ſecus, ſit autem per modum conditionis, patet ex ſupradictis in q.5.vide q.6.nu.34.lib.3.

Verba enuntiatiua propter aliud per modum cauſæ diſponunt, q.7.nu.1.lib.3.Et hæc eſt communis opinio, ibid.n.2. Amplia hoc procedere in vltimis voluntatibus ibid. num.3.& 4. Et potiſſimum ad pias cauſas ibid.num.5. Ampliatur ſecundo, etiam in contractibus ex communi ibidem, num.62. Quam ſequitur Auctor quoque ibid. num.12. Contra Ruin.n.7.ibid. Fundamenta eius, num.8.ibid.& num.9.Soluitur, n.10.Magonius etiam dubitat de opinione Ruin.ibid.nu.11.

Verba enunciatiua nunquam diſpoſitionem inducunt vltra id, quod eorum ſignificatio importat, q.3.n.48.lib.1.

Verba enunciatiua appoſita in inſtrumento probant, quando in calce ipſius inſtrumenti eſt appoſitum iuramentum, q.1.num.96.lib.2.Declara, n.97.& 98.

Verba enunciatiua inſtrumenti non probant in antiquis, quando concurrerent plura ſpecialia, num.99.

Verba enunciatiua inſtrumenti probant fauore piæ cauſæ, nu.100.idem probant quoad vtilitatem, nu.101.Exemplum ibid. & num.102.

Verba enunciatiua ad hoc vt in caſibus ſupra enarratis probẽt debent clarè, & ſpecifice interuenire. Ratio, ibid.numer.105. Exempla, num.106. 107.& 108.

Verba enunciatiua à principe prolata fidem faciunt, qu.4.nu.1.lib.2.Expenditur text.in clementina vnica de probation.nu.2.Aſſertioni principis ſtatur præſumptione iuris, & de iure quod verum dicat, &c.num.3.Papæ atteſtanti non creditur, quando agitur de alterius graui præiudicio, & eſt communis, quæſt.2.num.20.& 24.lib.2.Exemplum, num.2.& 22.Ratio, nu.23.

Verba enunciatiua propter ſe non diſponunt, quando ironicè ſeu adulatoriè, ſeu prolata, q.1.num.49.libr.3.

Verba enunciatiua propter aliud minimè probant etiam in antiquis, quando agitur de magno tertij præiudicio, q.3.nu.23.lib.3.pag.95.

Verba enunciatiua propter aliud probant in priuilegijs, quando tamen agitur de facto antiquiſſimo, q.3.nu.40.lib.3.pag.96. Declara, nu.41.

Verba enunciatiua propter aliud ſunt quadruplicis generis vide remiſſiuè, q.2.num.6.lib.1.

Verba enunciatiua generaliter ſumpta minimè diſponunt, qu.3.num.1.lib.1.

Verba enunciatiua quoties ſunt prolata circa ea, de quibus diſponentes non poterant diſponere, nec præſumptionem inducunt, q.3 nu.2.lib.1.

Verba enunciatiua non diſponunt quando voluntas enunciantis non terminatur tunc exemplum, q.3.num.3.lib.1.

Verba enunciatiua probant contra enunciantem quando illud, quod principaliter fuit enunciatum in dubium poſtea reuocatur, q.4.num.15.lib.1.

Verba enunciatiua non probant contraipſummet enunciantem, quando verſamur circa ea, quæ non dependet à partium poteſtate exemplum adducitur ex Alex.q.4.n.116.lib.1.

Verba enunciatiua propter aliud diſponunt quando ſunt prolata ſcienter ſuper eo ſuper quo partes ipſæ poſſunt ſibi præiudicare, q.3.num.8.lib.3.Exemplum, num.9.ibid.

Verba enunciatiua non probant, quando verſamur in odioſis, q.4.num.28.lib.1.

Verba enunciatiua non probant quando nimis generaliter, & in confuſo prolata ſunt, q.4.n.27.exemplum ibid.libr.1.

Verba enunciatiua non probant contra tertium, qu.4 num.29.libr.1.

Verba enunciatiua probant, quando ſunt geminata, q.4.nu.30. Ratio redditur ibid.& num.31.libr.1.

Verba enunciatiua iuramento vallata probant, qu.4. num.32. Ratio ex Maſcardo ibid.Contrarium tenere Rotam Rom.nu.33.lib.1.

Verba enunciatiua inducunt ſaltem aliqualem præſumptionem cui ſtatur non oſtenſo contrario, qu.4.numer.19.20.21.22.& 23.lib.1.

Verba enunciatiua non probant, & præcipuè quando prolata ſunt ſuper illis, quibus partes inter ſe contrahentes renũciare non poſſunt, q.4.n.24. ponitur exemplo ibid.lib.1.

Verba enunciatiua teſtatoris nõ diſponunt in præiudicium creditorum, q.3.num.8.libr.1.

Verba enunciatiua propter ſe non diſponunt in actu obligatorio, probant tamen id quod important, q.1.num.52.libr.3. Alias limitationes vide remiſſiuè per Pariſ. ibid.nu.53.

Verba enunciatiua propter aliud minimè diſponunt, q.3.num.1.lib.3.Et præcipuè in materia pœnali, & odioſa ibid.n.2. Item quando proferuntur inter diuerſas perſonas, ibid.nu.3.

Verba enunciatiua minimè diſponunt in odioſis, q.3.n.4.libr.1.

Verba enunciatiua etiam geminata in odioſis non diſponunt, q.3.num.5.libr.1.

Verba enunciatiua non diſponunt, cum agitur de præiudicio alterius, q.3 nu.6.libr.1.

Verba enunciatiua, & præcipuè ad obligandum non diſponunt in contractibus, q.17.num.1. & num.2.fallit hæc enunciatio, quoad liberandum ibid.num.3.Ratio, num.4 Declara, nu.5.6.& 7.lib.2.

Verba enunciatiua in omnibus illis caſibus, in quibus nec diſponunt, nec probant aliqualem ſaltem præſumptionem inducunt, q.4.n.129 lib.1.

Verba enunciatiua an probent ſi de odio conſtituentis agatur, & ad fauorem illius, qui ſe procuratorem conſtitutum affirmaret, q.15.num.7.libr.2.

Verba enunciatiua conſtituentia procuratorem probare inter ipſos enunciantes, q.15 nu.13.lib.2.

Verba enunciatiua non probare quando de enunciato contingit principaliter diſputari eſſe veriſſimam ſententiam, q.4.n.10. contrarium tamẽ tenere Soc. & alios, n.11.communis opinio retinetur, n.12.Amplia n.13.lib.1.

Verba enunciatiua probant inter partes ſi de enunciato principaliter diſputari contingat, quando iuramentum interuenit, q.4.num.14.lib.1.

Verba enunciatiua probant etiamſi de enunciato principaliter diſputari contingat, quando ſunt prolata ab inſtructo, et ſciẽte, q.4.n.15.ponitur exemplum nu.16.lib.1.

Verba enunciatiua probant quando prolata fuerunt ſuper eo, ſuper quo partes ſibi præiudicare poſſunt, q.4.n.17 Item quãdo fuerunt prolata partibus præſentibus, q.4.n.18.lib.1.

Verba enunciatiua minimè diſponunt vbicunque effectus vnius cauſa prolata contrarium producerent, ac operarentur, qu.3.num.11.lib.1.

Verba enunciatiua propter aliud per modum demonſtrationis bene probant contra proferentem, q.10.nu.13.lib.3.

Verba enunciatiua quæ dicantur ex ſententia Bald.libr.1.n.2.

Verba

*Verba enunciatiua minimè diſponunt, quando agitur de obumbranda veritate,q.3.num.12.lib.1.*

*Verba enunciatiua iurata diſponunt,q.3.n.16.lib.1.*

*Verba enunciatiua iurata ſecundum Decium non diſponunt,qu.3.num.17.lib.primo.Decij opinio reprobatur,q.3.numer.17.lib.1.*

*Verba enunciatiua non probant, q.4.n.1.& 2.lib.1.*

*Verba enunciatiua præcipuè non probant vbi principaliter cōtingit diſputari de enunciato, q.4.n.3.lib.1.*

*Verba enunciatiua probant, ſi aliqua adminicula concurrant cum his verbis, q.4.n.4.lib.1.*

*Verba enunciatiua probant ſi ſunt iurata,qu.4.nu.quinto,datur exemplum, n.6.lib.1.*

*Verba enunciatiua diſponunt, quando conſtat de mente proferentis, q.3.num.36.lib.1.*

*Verba enunciatiua diſponunt, quando conſtat de voluntate ipſius enunciantis,q.3.n.37.libr.1.*

*Verba enunciatiua diſponunt, quando ſunt inter eoſdem contrahentes prolata,q.3.n.38.Declaratur,n.39.libr.1.*

*Verba enunciatiua inter priuatas perſonas licet ſimul in antiquis non probant,q.1.num.51.lib.2.Contrarium verius ibid. num.52. L.inſtrumenta domeſtica, C.de probat.perpenditur, q.1.n.53.libr.2.*

*Verba in dubio ſunt in potiori ſignificatu capienda, qu.1.num.54.lib.2.*

*Verba enunciatiua inſtrumenti ſimpliciter prolata inducunt ſemiplenam probationem,q.2.n.55.libr.2.Contraria reſoluuntur ibid.n.57.*

*Verba enunciatiua inſtrumenti in antiquis probant etiam contra tertium,q.1.n.58.lib.2.Declara multis modis,nu.59.60.61.62.63.64.65.66.67.68.Diſtingue,nu.69.& 70.Alia diſtinctio affertur,num.71.*

*Verba enunciatiua propter aliud per modum demonſtrationis non diſponunt,q.9.n.1.lib.3.& n.2.& 3.Fallit fauore libertatis,ibid.n.4.Item quando ſunt iuramento vallata,ibid.n.5. Exemplum ibid. ſed dubitat Auctor. Item quando ſunt geminata,ibid.nu.6. Similiter quando aliter non poſſet habere locum mens,& intentio proferentis ibid.n.7. Exemplum nu. 8.9.& 10.ibid.Item fauore militis,ibid.num.11.*

*Verba enunciatiua propter aliud per modum demonſtrationis prolata non probant,q.10.n.1.lib.3. Ratio ibid.Fallit quādo per notarium eſſent in inſtrumento inſerta,ibid.nu.2.Item in materia hereditatis,num.3.ibid. exemplum ibid.Ratio ibid. num.4.Declara num.5.& 6.ibid.Ioannis Vaud.opinio lib.2. q.25.aſſertur, ibid.num.7.*

*Verba enunciatiua probant, propter aliud probant vbi agitur de modico præiudicio,q.4.nu.42.lib.3. Item quando cum his concurrunt aliæ præſumptiones, num.43.ibid. Limitationes alias vide per Doct.remiſſiuè,n.44.ibid.*

*Verba enunciatiua propter aliud prolata à Papa,vel alio Principe an probent, vel ſaltem præſumptionem inducant, qu.4. num.45.lib.3. Et alia de materia vide Crauett.remiſſiuè,nu.46.ibid.*

*Verba enunciatiua prolata in Epiſtola,quæ ad diſpoſitionem inter viuos refertur, probant ſolummodo contra ſcribentem, q.27.n.8.lib.2. Declara ibid.n.9.*

*Verba enunciatiua inter partes adeo probant, vt etiā aliquādo non admittatur probatio in contrarium,q.4.n.39.lib.1.*

*Verba enunciatiua reperiuntur duplicis generis, vel propter ſe, vel propter aliud, q.2.n.2.lib.1.*

*Verba enunciatiua propter aliud probant in antiquis,licet enūciatiua ſint huiuſmodi,quæ tempore actus celebrati,aut enūciationis factæ,interuenire non potuerint, q.4.n.22.lib.3.*

*Verba enunciatiua in odioſis minimè diſponunt,q.36.n.9.lib.2.*

*Verbum omne ſignificans legitimum teſtatoris ſenſum legare, aut fideicommittere volentis ſufficit ad inducendum ipſum legatum,q.28.n.3.lib.2.*

*Vltima voluntas etiam in genere reperitur,q.21.nu.1.lib.2.*

*Voluntatibus in vltimis verba enunciatiua diſponunt ex communi DD.ſententia,q.20.n.1.lib.2.*

*L.ex hac ſcriptura,ff.de donat.expenditur, q.20.n.2.& 5.lib.2. contrarium tenet Auctor, ibid.n.3.*

*Voluntas teſtatoris potius quam verba inſpicitur in fideicommiſſis,q.27.num.15.amplia etiam ſi voluntas ex coniecturis colligitur,ibid.n.16.*

*Voluntas quæque etiam coniecturata ſufficit in legatis, qu.28. num.2.lib.2.*

*Voluntatum vltimarum quattuor ſunt ſpecies, videlicet teſtamentum, Codicilli,Epiſtola,& mortis cauſa donatio, q.21.n. 2.lib.2.*

*Voluntas imperfecta non eſt voluntas,q.30.n.10.*

*Vnio per verba enunciatiua non probatur, q.37.n.1.lib.2.*

*Ratio adducitur,ibid.num.2.*

*Fallit quotieſcunque hæc verba ſunt poſita in duobus inſtrumentis antiquis, ibid.nu.3.*

*Ratio ibidem,num.4.*


# FINIS.

# DE ENVNCIATIVIS VERBIS TRACTATVS

## D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER PRIMVS.

---

### Quæ ſint verba Enunciatiua.

### QVÆSTIO I.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnis tractatus à definitione initium ſumit.*
2 *Verba enunciatiua quæ dicantur ex ſententia Baldi.*
3 *Improbatur definitio ipſiuſmet Baldi.*
4 *Alia definitio horum verborum ſecundum Socinum.*
5 *Alia ex mente Craſſi.*
6 *Explicatur,& num.7.*
8 *Reprehenditur Schard. circa defimtionem verborum enunciatiuorum,& n.9. 10.*
11 *Alia definitio horum verborum ex ſententia Cardin. Manticæ.*
12 *Approbatur illa Socini.*
13 *Aliter deſcribuntur per Auctorem.*

ACtus, Diuino numine, patrocinante, de Verbis enunciatiuis, prius pro ipſorum intelligentia ad eorum definitionem deueniendum eſt: omnis enim, quæ à ratione ſuſcipitur, de aliqua re tractanda inſtitutio, debet a definitione proficiſci, vt
1 intelligatur, quid ſit, id de quo diſputatur ſecundum Cagnolum, in lege omnis definitio, numero quarto, de regulis iuris.

Definiuntur igitur Verba enunciatiua, ſi tamen rectè definiri poſſunt, vt ſint quoddam Procemium, vel præam-
2 bulum, in quibus non ſiſtit voluntas, ſed tranſeunt, ſeu per ſe non ſtant, & non ſunt ipſa diſpoſitio; ita deſcripſit hæc verba primus omnium *Bald. in lege prima, ſub n. 19. Cod. de falſ. cauſ. adiect. lege eum ſequuti ſunt Communiter DD. Monachus in capitulo ſi Papa, num. 1. de Priuileg. in 6. Alexander conſil. 82. n. 21. in 3. Pariſ. conſil. 77. n. 34. in 3. & in lege ex hac ſcriptura, num. 7. de Donationibus Rim. ſen. conſil. 164. num. 15. in princip. & 600. num. 8. in 3. Rimin. iun. conſil. 23. num. 195. & conſ. 84. num. 19. in primo, idem in conſ. 113. n. 26. in 2. in 382. num. 27. in quarto, in 619. num. 45. vbi adducit Socinum, & alios in 670. num. 2. in 6. & in 819. num. 8. in 7. Aldobrand. conſil 27. numer. 42. Marcabrun. ab Anguill. conſil. 29. n. 21. 38. & 71. in primo. Burſat. conſil. 151. numer. 44. in 2. Petra de fideicom. quæſt. 11. num. 626. Simon de Pretis de interpretatione vlt. volunt. lib. 2 ſolut. 3. n. 18. pag. 156. & Illuſtr. Dom. Card. Mantica, de Tacit. & ambig. conuent. lib. 2. titul. 6. num. 1. addo D. Syluium Spanocchium ad titulum de Noui operis nunciatione libr. 9. numer. 23. vbi pulchrè.*

Sic etiam tenuit *Rota Genuenſ. deciſ. 37. num. 6. et Neap. teſte Afflicto deciſ. 83. num. 1.* & hæc definitio, ſeu deſcriptio eſt Communiter recepta: quam ſequitur quoque *D. Marta Neapolit. in l. 1. art. 3. num. 9. ff. de operis noui nunciatione, pag. 42.*

3 Verum *Soc. iun. in d. l. ex hac ſcriptura ſub n. 1.* damnat, & rectè meo iuditio, hanc Bald. definitionem; inquit enim, quod huiuſmodi verba poſſunt reperiri, & in medio, & in fine diſpoſitionis; qualia videntur adeſſe in lege ex his verbis, *C. de teſtam. milit.* & ſic non erunt proæmium, vel præambulum. Eam quoque ſic reprobat nouiſſimè *Polydorus Ripa, de Actis in mortis articulo, cap. 82. num. 2. & 3. qui quidem Ripa, ſub num. 4. & 5.* inhærendo definitioni ipſius Baldi, omiſit illa verba, dicens, quod verba enunciatiua ſunt illa, quæ non ſtant per ſe, ſed in aliud tranſeunt, quod non eſt verbum principale orationis. Hoc idem quoque ſequi viſus eſt *Ioannes de Caſtillos Quotidianarum controu. iur. c. 26. num. 73.* vbi infinitos concordantes deducit.

4 Quamobrem aliam horum verborum definitionem tradit ipſemet Socinus citato loco dicens, quod verba enunciatiua dicuntur ea,quæ in aliqua diſpoſitione poſita ſecundum eorum ſonum diſpoſitionem aliquam non inducunt. Hanc eandem approbat *Seraphin. de Seraphinis de priuil. iuram. priuil 92.n.4.*

5 Aliter hæc verba deſcribit *Michael Craſ. lib. 2. ſententiarum in artic. incipit, Acquiſitio hæred. quæſt. 7. num. 12. in fine*, dum dicit, quod hæc verba ſunt prædicati, vel ſubiecti determinatio, ſine qua nihilominus illa certum diſponerent.

6 In prædicato poteſt afferi exemplum, veluti ſi dicatur, Ego perennem præcor felicitatem excellent. M. Ant. Peregr. Equiti conſiliario Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, hæc verba, Equiti, & Conſiliario, &c. ſunt determinatio prædicati, ſine qua verborum additione nihilominus quid certi diſponeretur, quia ſufficit dicere. Ego precor facilitatem excellentiſs. D. Marc. Ant. Peregr.

7 In ſubiecto vero ita poteſt exemplicari, vt Ego filius ſpiritualis præfati excellent. Marc. Ant. peto a Caio centum, iſta verba, Filius ſpiritualis, &c. ſunt determinatio ſubiecti, ſine quib. verbis certum quid diſponitur.

8 Et huic deſcriptioni videtur aſſentire Schard. in ſuo Lexico iuris in verbo enunciatiuè, vel narratiuè, licet in allatione exempli prædicato decipiatur. Tale enim affert exemplum. Peto a Titio, qui eſt hæres Seij, & inquit, quod iſta verba, qui eſt hæres Seij, enunciatiua ſunt: vnde, etiamſi hæc verba non adeſſent, nihilominus procedit libellus.

9 Sed decipitur: quia, ſi dicatur ſimpliciter, Peto a Titio, decem, non poteſt apparere de quo Titio ſenſerit actor, iuxta leg. duo ſunt Titij, de tutelis, & ſic non poterit quid certi apparere. Eſt ergo neceſſarium cognomen ſaltem ipſius Titij.

10 Præterea conſidero, quò illa verba; qui eſt hæres Titij, & Schardio poſita, non ſunt enunciatiua, ſed demonſtratiua, quæ demonſtratio habet vim expreſſionis nominis, *l. certum de rebus credit.* Vnde ſi dictum fuerit: Hæres Sempronij petit a Caio centum, & nullus alius ſit hæres ipſius Sempronij, præter me, certè ſub illis verbis, Hæres Sempronij de me facile conijci poterit.

11 Quamobrem alio modo deſcribere videtur hæc verba *Card. Mantic. de coniect. lib. 3. titul. 12. num. 4.* Inquit enim, quod, quod verba enunciatiua dicuntur, quando non, vt diſponant, proferuntur principaliter, ſed aliam ob cauſam.

12 Sed videtur concordare cum illa Socini iun. a qua nullo pacto arbitror diſcedendum, habet enim omnia requiſita, quibus gaudere poteſt omnis bona definitio. Conſtat, namque ex genere, ibi (quæ in aliqua diſpoſitione, &c.) & differentia, ibi (ſecundum eorum ſonum diſpoſitionem aliquam, &c.) ad differentiam diſpoſitiuorum, eſt inſuper conuertibilis cum ſuo definitio, & conuenit ſoli.

13 Aliter autem hæc eadem verba deſcribi poſſe exiſtimo, & dico, quod enunciatiuè, vel narratiuè deducit propriè dicitur, cum ſimpliciter aliquid, ſine myſterio, & ſine pondere deducitur: exemplum eſt, ſi quis dicat: Ago aduerſus Dom. Paulum Thomaſ. qui quatuor habet liberos, hæc enim verba. Qui quatuor habet liberos, enunciatiuè prolata ſunt, ob id valet: nihilominus inſtituta contra eundem actio, etſi nullos hic habuerit liberos, & hæc ſatis circa deſcriptionem horum verborum. Latius vide per *Caldas, de contract. emphyt. lib. 2. q. 1. n. 42.*

## Quotuplex ſit Verbum enunciatiuum.

## QVÆSTIO II.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio quælibet debet eſſe Bimembris.*
2 *Verba enunciatiua reperiuntur duplicis generis, vel propter ſe, vel propter aliud.*
3 *Quæ ſint enunciatiua propter ſe, declaratur, & n. 4.*
5 *Quæ ſint enunciatiua propter aliud, exponitur.*
6 *Verba enunciatiua propter aliud, ſunt quadruplicis generis: vide remiſſiuè.*

Viſo quid ſit verbum enunciatiuum, videndum modò quotuplex ſit, & cum omnis bona diuiſio debeat eſſe
1 ſe bimembris, *iuxta §. omnis, Inſtit. de Actionibus*. Dico,
2 quod duplicis generis dicuntur emiſſa propter ſe, aliquando verò propter aliud.

3 Verba enunciatiua propter ſe ea dicuntur, quæ non terminantur ad aliud, nec reſpiciunt alium finem, niſi vt illuminent ſermonem, & factum, de quo agitur: ita poſt *Bald declarat Pariſ. conſ. 127. n. 46. in princ. Federicus Scot. lib. 1. ſuorum conſil. vol. 2. conſil. 3. num. 11. Cacher. conſil. 31. num. 48. & 49. & nouiſſimè Fabius de Anna, conſil. ſuo 44. num. 45. & prius ſub n. 42. 43. & 44.* vbi alias declarationes horum verborum ſic prolatorum tradit: ſequitur *Papon. conſil. 14. n. 13. vol. 1.*

4 Clarius autem ea ſic deſcribo. Verba enunciatiua propter ſe ea dicuntur, ſuper quibus intentio fundari ſolet diſponentis, vt qua neceſſaria ſunt, vel ad id conferunt, de quo agitur, & ſuper quo enunciantur.

Exemplum de Conceptione horum verborum poteſt eſſe in lege prima, *C. de falſ. cauſ. adiect. leg. iuncta gloſ. in lege ex hac ſcriptura de donationibus.*

5 Verba verò enunciatiua prolata propter aliud ea dicuntur eſſe, quæ ſunt prolata ad effectum alterius diſpoſitionis, & non ſunt principalia verba orationis, ſed ſunt tranſitus ad aliud, ita poſt plures relatos concludit *Scotus citato loc. n. 12. Celſ. Hugo conſil. 10. n. 5. & poſt Maſc. Crau. & alios Fab. de Anna citato conſil. 44. n. 46. addo nouiſſimè M. Ant. Bellonum deciſ. ſua Genuenſ. 38. num. 6. & D. Carol. Bardellonum conſil. ſuo 49. n. 11.* vbi plures alios concordantes deducit.

Exemplum autem de hoc facile offerri poteſt, veluti cum dico. Lego Titio vſumfructum fundi Semproniani, cuius proprietatem habebit, ſi hæredi meo amicus extiterit, ita exemplificatur in *l. generali de vſufruct. leg. Aliud exemplum affert Cyn. in d. l. 1. C. de falſ. cauſ. ſub n. 2.* quod eſt deſumptum *ex l. non nudis, C. de probat.*

6 Hoc poſito ſciẽdum eſt, quod verba enunciatiua emiſſa propter aliud ſunt quadruplicis generis, aliquando enim proferuntur per modum conditionis, exemplum eſt *l. ex facto la 1. de hæred. inſtituend.* ibi (ſi mihi Seius hæres non erit, quem non inſtitueram, Sempronius hæres eſto:) vel ſi dixero. promitto tibi ſi hæres ſum, vt exemplificat *Bar. in l. gerit, n. 15. ff. de acq. hæred.* Aliquando per modum modi, exemplum in *l. vlt. C. de his, quæ ſub modo. Tertio per modum cauſæ. Exemplum in l. qui volebat, ff. de hæred. inſtit. & in l. emptor, §. Ancilla, ff. de rei vend.* Quarto, & vltimo, per modum demonſtrat. Exemplum poteſt eſſe ſi in inſtrumento procuratorio dicatur. Talis facit talem procuratorem ſuum ad lites, vt talis hæres talis ſibi ſalutem dicit, etc. ita dicitur, in *d. l. gerit.*

Alia

Alia exempla poſſunt afferri,vt habetur in *l. Demonſtr. falſa,§.quod autem,& in l.cum tale, §.fin.de condit. & demonſtr.*Hæc ſatis.Latius autem vide per *Card. Pariſ.in d.l. ex hac ſcriptura, n.6.7. &* 8.vbi etiam poſt Alex. & alios optimam tradit doctrinam ad cognoſcendum , quando verba ſunt enunciatiua , & quando diſpoſitiua , vide per eum.

---

## An verba enunciatiua generaliter ſumpta diſponant.

## QVÆSTIO III.

*SVMMMRIVM.*

1 *Verba enunciatiua generaliter ſumpta minimè diſponunt.*
2 *Verba enunciatiua quoties ſunt prolata circa ea, de quibus diſponentes non poterant diſponere : nec præſumptionem inducunt.*
3 *Item quando voluntas enunciantes non terminatur tunc; exemplum.*
4 *Verba enunciatiua minimè diſponunt in odioſis.*
5 *Licet geminata.*
6 *Verba enunciatiua non diſponunt,cum agitur de præiudicio alterius.*
7 *Enunciatiua verba teſtatoris non diſponunt in præiudicium tutoris.*
8 *Quemadmodum nec in præiudicium creditorum.*
9 *Enunciatiua verba minimè diſponunt,quando relatiuè probata ſunt. Declaratur,& n.10.*
11 *Verba enunciatiua minimè diſponunt , vbicumque effectus vnicus cauſa prolata contrarium producerent , ac operarentur.*
12 *Item quando de obumbranda veritate.*
13 *Verba enunciatiua minimè diſponunt , ſi verbis ipſis certa ſpecies,vel quantitatis non exprimatur, & n.14. & 15.*
16 *Verba enunciatiua iurata diſponunt.*
17 *Decius contra.Prior autem retinetur, n.20.*
18 *Iuramentum de ſui natura ad plus non extenditur , quam extendatur virtus promiſſionis.*
19 *Iuramentum ſemper ſortitur naturam actus , ſuper quo interponitur.*
*Declaratur n.25.& per Marcabrunum, n.30.*
21 *Iuramentum facit ſemper actum valere eo meliori modo , quo valere poteſt.*
22 *Iuramenti hæc eſt vis,vt actum confirmet,& tale robur illi adijciat,vt reſcindi minime poſſit.*
23 *Iuramentum dicitur habere vim geminationis.*
24 *Iuramentum , quoties poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis æternę,ſemper ſeruandum eſt.*
26 *Iuramentum validat renunciationi Velleiani, quæ de per ſe non valet.*
27 *Pactum nudum accedente iuramento diſponit,& actionem producit de iure ciuili.*
28 *Donatio facta filio a patre,quæ regulariter non valet,tamen appoſito iuramento.*
31 *Enunciatiua verba geminata diſponunt.*
*Declaratur per Cæphal.ibid.*
32 *Geminata confeſſio facta eod.inſtanti habetur pro vna.*
33 *Enunciatiua verba geminata idem operantur , ac ſi eſſent verba diſpoſitiua ex ſententia Gigantis.*
34 *Verba geminata oſtendunt magis exploratam mentem proferentis.*
35 *Enunciatiua verba diſponunt , quando tendunt in præiudicium enunciantis, vel eius, qui grauari poteſt , quod ſecus eſt,ſi ſint in præiudicium alterius.*
36 *Enunciatiua verba diſponunt in ſuo neceſſario antecedenti, quod pendet a voluntate proferentis.*
37 *Verba enunciatiua diſponunt, quando conſtat de voluntate ipſius enunciantis.*
38 *Item quando ſunt inter eoſdem contrahentes prolata.*
39 *Declaratur.*
40 *Enunciatiua verba diſponunt,quando prolata ſunt ad liberandum. Amplia,& n.41.*
42 *Enunciatiua verba diſponunt , & quando ſunt prolata à perſonis,quæ habent auctoritatem liberam diſponendi, & n.43. Amplia,& n.44.*
45 *Limita.*
46 *Item diſponunt,quando ex illis ſequitur malum imminens.*
47 *Item quando proferuntur per tempus præteritum.*
48 *Verba enunciatiua nunquam diſpoſitionem inducunt vltra id,quod eorum ſignificatio importet.*

PRæludia quædam verborum enunciatiuorum hactenus attigimus.Nunc autem eorum penetralia ingrediendo,de nullis,ordinatè tamen quo ad breuius fieri poterit,procedendum eſt.

Contingit igitur in præſenti principaliter dubitare,an
huiuſmodi verba enunciatiua diſponant , & generaliter
loquendo,non diſtinguendo de aliqua ſpecie(de quacũq.
enim ſuo loco, & tempore tractare plenè conſtitui ) dico
conſtituendam eſſe regulam generalem negatiuam, vide-
1 licet,hæc verba non diſponere , ita *Doctor.omnes in d.leg.*
*ex hac ſcriptura in lege ex his,C.de teſtamento militis, & in*
*leg.1.C.de falſ.cauſ.adiect.legat. Canoniſtæ omnes, in cap. ſi*
*Papa,de priuil. in 6. in c.fide ſucceſſ.ab inteſtato,& in Clem.*
*1.de probationibus,Sequitur Barbatias conſil.32.num.23. in*
*2.Gratus conſil.9.num.22.in primo. Camill.Gallin. de verb.*
*ſignif.lib.2.c.14.num.8.Clar.Menoch.conſil.ſuo 372.numer.*
*16.Dóm.Steph.Gratian.diſceptatione ſua 111.num.90.lib.2.*
*& nouiſſimè Polydorus Ripa d.loco,num.6.*qui etiam addu-
cit *textum in l.non nudis , & in l.non epiſtolis, C.de proba-*
*tion.* addo poſt hæc edita viſum ſubtiliſſimum *Vaſquium*
*lib.1.ſuarum iuris controuerſ.illuſtrium cap.30. num.8.* vbi
poſt infinitos relatos rationem ſubiungit dicens , quia
mente deliberata carere præſumuntur , adnectendus eſt
etiam *Val.Guil.Foller.de iure interpret.lib.2.cap.11.num.6.*
vbi ob id tradit , quod in verbis enunciatiuis non cadit
extenſio.
2 Declaratur autem regula iſta principalis , vt præcipuè
procedat,quando diſponentes non poterant diſponere
de eo ſuper quo verbo huiuſmodi prolata fuere , nam
tunc nullam etiam licet minimam,præſumptionem indu.
cunt,ita poſt *Bal.Laudenſ.conſil.ſuo 5.n.2. & Soc.in d.l.ex*
*hac ſcriptura n.* 50. vbi quoque rationem deducit dicens ,
quia omnis diſpoſitio etiam expreſſa ad poſſibilitatem
diſponentis debet adaptari,argumento *l.Lucius, §.pen.ad*
*municipalem,et leg.ſi quis ita,de condit.inſtit.*Sequitur poſt
plures relatos *D.Menoc.lib.3.præſump.133.n.27.cum ſeq.*
vbi affert plura exempla,& nouiſſimè ſequitur *Hond.conſ.*
*31.n.28.& 29.in ſecundo,addo Cl.D.Carol. Bard. conſil.ſuo*
*49.n.12.vbi infinitos alios deducit.*
3 Et quando voluntas enunciantis non terminatur tunc.
Sic *Purpur.conſil.ſuo 369 num.29. in* 2. Exemplum autem
poteſt eſſe , quando teſtator,ita inquit . Faciam teſta-
mentum,& inſtituam talem,hæc enim verba , quoniam
non continent voluntatem terminantem tunc actum il-
lum inſtituendi , ſed terminandum alias, idcirco non di-
ſponunt.Sequitur *D.Marcabr.ab Ang.conſil.ſuo 29.n.22.*
*et 23.vbi pulchrè.*
4 Declaratur ſecundo, vt præcipuè procedat , quando
ſumus in odioſis, ac pęnalibus , ita *Iaſ.in l.ex his verbis*
*num.4.C.de teſtamento milit.Dec.in c.per tuas , num.30.de*
*probat. Leonard. à Lege , conſil.ſuo Feudal.55.num.24.et*
*Hipp.Riminal.conſil.ſuo 574.num.65.in quinto, addo D.Lu-*

*douicum Caſanatum poſt hæc edita viſum conſil.ſuo 19 n.23. & 24.vbi id eleganter declarat.*

5 Id quod etiam habet locum, etiamſi iſta vera ſint geminata, ita poſt *Rimin.iun.docet Fab.de Anan. conſil. ſuo 44.n.57.& 58.vol.1.*

6 Declaratur tertio, vt præcipuè locum habeat, quando agitur de præiudicio alterius.Sic *Rim.iun.conſil.578.n.61. in quinto,& D.Ceph.conſil.ſuo 684.n.5. vol.5.*

7 Hinc videmus, quod verba enunciatiua teſtatoris nil diſponunt in præiudicium tutoris, *l.1.Cod.Arbitrium tutele.*

8 Quemadmodum etiam nil diſponunt in præiudicium creditorum ad *lege Seia Mancipia,ff.ad S.C.Velleian.*

9 Declaratur quarto, vt maximè ſibi locum vendicet, quando huiuſmodi verba relatiuè prolata fuerunt, veluti cum quis omnino refert ſe ad ſcripturam aliquam.

10 Sed aduerte,quod iſta enunciatio procedit,quando relatio eſt facta ad futura,non autem ſi ad præterita, ita poſt alios *Sfort.Oddus conſil.64.n.76. vol.1,*

11 Declaratur quinto,vt præcipuè procedat,vbicunque hæc verba effectus vnius cauſa prolata contrarium producerent,ac operarentur,*tex.eſt clariſſ.in l.cum tale,§.fin. ff.de condit.& demonſtr ſic præcisè Crauet.conſil.613. num. 8.vol.4.*

12 Declaratur ſexto,vt maximè locum habeat,quando de obumbranda agitur veritate,& præcipuè in præiudicium eorum,quos teſtator grauare non poteſt,per talia enim verba eo reſpectu veritas immutatur, *text. eſt ad litteram in l.verba teſtamenti, C.eod.de teſtamentis*. Et nota,quod adeo verum eſt hoc,quod nec per diſpoſitiua præiudicari poteſt eis, quos teſtator grauare non poteſt, cum alteri per alterum iniqua conditio non inferatur,& hoc eſſe expeditiſſimum docuit apertè *Socc.iun. in d.l.de hac ſcriptura,n.15.*

13 Declaratur ſeptimo, vt præcipuè locum ſibi vendicet, ſi verbis ipſis enunciatiuis certa ſpecies, vel quantitas non exprimatur,& ſic remaneamus in incerto, nam tunc nullo pacto inducitur diſpoſitio, ſic poſt alios *Socin.iun. in d.l.ex hac ſcriptura,num.32.de donat.adde Illuſt.D.Card. Tuſcum concl.ſua 952.n.8.in litt.C,*vbi docet,quod confeſſio enuncians aliquid generaliter non præiudicat, niſi illud ſpecificetur:plura exempla ponit *Crau.conſil.29.nu.3.* vbi quod verba enunciatiua generalia nō releuant, vt inferant preiudiciū enuncianti,quia requiritur ſpecificatio.

14 Subamplia, vt nec verba diſpoſitiua quidquam operentur,ſi adeſt incertitudo *l.cum poſt, §. Gener.de iure Dotium.*

15 Adde,quod diſpoſitio pariter,quæ alias ex verbis enūciatiuis induci poſſet,non inducitur,vbi non ſit certa perſona,in quam diſpoſitio cenſetur facta,ad *l.cum ex plurib. de manum.teſtam.pulchrè.Soc.iun.in d.l.ex hac ſcriptura, n. 51.*vbi hoc tamen ſublimita,quando aliquo modo perſona veniret certi- canda ad tradita *in §.incertis,Inſt.de leg. vide Pariſ.conſ.in d.l.ex hac ſcriptura, n.17.*

16 Declaratur octauo,vt magis locum habeat, quando in dubium reuocaretur enunciatum, & de eo diſputari contingeret,ſic præcisè poſt multos relatos *Cl. Menoch. conſ. ſuo 372.n.17.*

Declaratur nono, vt præcipuè locum habeat, quando verba ipſa enunciata non ſunt de antiquo, & emanarunt a perſona ſuſpectæ propter intereſſe, nam tunc non præiudicant,nec diſponunt.Sic eleganter *illuſ.D.Card.Seraph. deciſ.ſua 1189.n.3.*

Fallit autem hæc eadem regula multis modis.

17 Et primò,quando huiuſmodi verba ſunt iurata,vigore enim iuramenti diſponunt; *tex.eſt expreſſus, in l.cum quis decedens §.Codicilis,de leg.3.*vbi pulcher eſt caſus,ſequuntur *Doct.communiter,Iaſ.in d.leg.ex his,n.3. verſ.6.* Fallit, vbi ampliat hoc procedere,ſiue teſtator enuncians iuret, ſiue aſſerat ſe iuraſſe;*Albenſ.in conſil.ſuo 4.nu.58. in pr.& 740.n.3.in 3.Ceph.conſil.192.n.35.in 2.Rimin.iun. conſ.ſuo 12.poſt plures relatos nu.10. & 11. in pr.Grammat.Voto ſuo 16.num.5.vbi citat Alex.conſil.17.in 3. Menoch.præſumpt. 133.n.10.in tertio, & nouiſſimè Polydorus Ripa de Actis in mortis articulo,dicto capite 82.n.10. Addo D.Alex.Trentacinq.Variarum reſ.lib.1.tit.de Verborum ſignif.reſ.2.n.90.* vbi pulchrè declarat, vide per eum.

18 *Decius tamen in l.ex his n.3.C.de teſtamento milit.* ſentit contrarium hac motus ratione.

Iuramentum de ſui natura ad plus non extenditur, quam extendatur virtus promiſſionis,vt dicit *Ang.conſil. 315.& Oldrad.conſ.238.*

Si ergo verba enunciatiua de per ſe non diſponunt, vt ſupra viſum eſt; non videtur quoque, quod accedente iuramento diſponere valeant.

19 Accedit ſecundo loco regula illa vulgatiſſima, quod iuramentum ſemper ſortitur naturam actus, ſuper quo interponitur,cap.quemadmodum de iureiur. ergo, ſicuti dicta verba per ſe non diſponunt, nec etiam accedente iuramento.

20 Sed à priori ſententia haud arbitror diſcedendum, quam firmo hiſce iuris rationibus.

21 Et primo moueor: quia iuramentum facit actum valere eo meliori modo,quo valere poteſt,*leg.cum pater,§. filius matrem de leg.2.*ergo huiuſmodi verba, quæ ſola non habent efficaciam, eam in ſuo ſenſu habent, quando ſunt iurata.

22 Secundò confirmatur,nam iuramenti hæc eſt vis,& efficacia, vt actum confirmet, & tale robur illi adijciat, vt reſcindi minimè poſſit,id patet *ex auth.Sacramenta puberum,C.ſi aduerſus vend.ergo, &c.*

23 Tertiò accedit:nam hæc verba diſponunt abſq; dubio, quando ſunt geminata vt inferius dicetur, ſed iuramentum dicitur habere vim geminationis, *gl.& Doct.in cap. cum contingat,de iureiur.*

Hinc *Anguil.conſil.ſuo 29.n.130.* inquit, quod vbicunque quis procedit ad actu cum iuramento, dicitur ad illum deliberatè accedere,non minus,ac ſi actum illum geminaret: ergo.

24 Quartò poteſt conſiderari alia iuris regula,quod iuramentum, quoties poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis æternæ, ſemper ſeruandum eſt, *cap.quamuis, de pactis in 6.* Danti enim æſtimatur iuriſiurandi religo,vt nefarium iudicetur ab actu iuramento firmato recedere, & qui illud non ſeruat,peccat mortaliter.*Alex.conſil.21.vol.3.* de his ergo concludendum eſt,hæc verba per vim iuramenti diſponere.

25 Non officiunt contraria,quia ambo vna reſponſione tolluntur,illæ enim regulæ procedunt quo ad ſortiendam naturam actus, ſuper quo interponuntur, ſecus autem quo ad validandum, *dict.auth Sacramenta puberum*, ergo mirum non eſt, ſi in iſto caſu iuramentum operatur, vt hæc verba enunciatiuè prolata, quæ regulariter non diſponunt accedente ipſo iuramento diſponant.

26 Hinc videmus in ſimili, quod iuramentum validat renunciationem Velleiani,quæ de per ſe non valet,ita *Bart. in l.final.§.final.ad Velleian. Abb.in cap. ſi diligenti, de foro comp. & eſt veriſſima opinio* : pro qua etiam Senatus Pedemontium iudicauit, vt refert *Teſaurus deciſ.ſua 222. num.10.*

27 Sic etiam pactum nudum, quamuis per ſe non producat actionem de iure Ciuili immo, nec ſecundum aliquos veluti,*Alciat.lib.5. Παραδοξ c.3.* alios de iure Canonico; nihilominus antecedente iuramento diſponit, & actionem producit; Doct. omnes in c.cum contingat, de iureiur.

28 Similiter donatio facta filio à patre, licet regulariter non valeat, valet tamen appoſito iuramento. Sic poſt

alios

alios concludit *D.Pachineus lib.3.ſuarum controu.c.77.*

29 Sic etiam, licet confeſſio ſtat ſine expreſſione cauſæ, veluti, quando quis confitetur ſe debere centum Titio, & non ſignificet ex qua cauſa: veluti an ex cauſa mutui, vel depoſiti, vel qualibet alia ſimili, regula non valeat, nec probat in præiudicium confitentis, vt poſt infinitos relatos omnium elegantiſſime firmauit *Maſc.concl. ſua* 345. *num.*1. attamen non procedit, ſi ſuper huiuſcemodi confeſſione poſitum ſit iuramentum, quia tunc abſque etiam cauſa, valet, & plenè probat, neque reuocari poteſt tanquam confeſſio deliberata, ſic pulcherrimè *Maſc. d.concl. num.*36.*cum duobus ſeq.*

30 Alio modo ad illud, quod dicebatur, quod ſcilicet iuramentum non extenditur ad plus, nec auget obligationem, reſpondet *Marcabr.ab Ang. conſil.ſuo* 29. *num.*137. *cum ſeq.vide per eum.*

De hac eadem regula latiſſimè differit inter cæteros *Vancin.in ſuo tract.de iuram.p.*4.*effect.*8. vide per eum, de eo autem, quod iuramentum reguletur ſecundum naturam actus, cui adijcitur, latiſſimè differit *D.Card.Tuſch. concl.ſua* 503.*in littera Z, vide per eum.*

31 Ampliatur iſta limitatio, vt cum vigore iuramenti verba enunciatiua fiant diſpoſitiua, non debeat admitti probatio in contrarium, quoniam in verbis diſpoſitiuis non admittitur, ſic poſt *Caſtr.Crauett.& alios Hyppol.Rimin. conſil.ſuo* 12.*num.*11.

32 Limitatur ſecundo, regula principalis, quando huiuſmodi verba ſunt geminata, quia tunc diſponunt, ſic *Maſcar.conſil.ſuo* 2.*num.*58.*Albenſ.conſil.*740.*num.*214.*et ibi Vinc.Annibal.in addit.in litt.B.Purpur.conſil.*522.*num.*18. *in* 2.*Conſtantius Roger.in d.l.ex hac nu.*113. *& Ceph.conſil.* 192.*num.*37.*in* 2. qui dicit hoc præcipuè procedere, vbicumque horum verborum geminatio temporis interuallo facta fuit. Et iure merito, nam etiam geminata confeſſio facta eodem inſtanti habetur pro vna *gl.in l.*4. *in verſ. Niſi, & ibi Bart.de pagin.act.Pancir.conſil.ſuo* 194. *nu.*24. *volum.*1. Hoc idem, quod huiuſmodi verba geminata diſponant, ſequitur *Sichar.in l.ex his, C.de teſtam.milit. num.* 8.*vbi pulchrè Maluaſ.conſil.*120.*n.*18.*in princ. Card.Mant. de tacit.conuent.lib.*2.*tit.*7.*n.*20.*& nouiſſimè poſt plures relatos Polyd.Ripa, d.cap.*82.*n.*12.*Addo D.Franciſcum Caldas*

33 *de iure emphyteu.lib.*2.*quæſt.*1. *num.*26. vbi multos concordantes deducit. Hinc *Gigans de Penſin.quæſt.*97.*num.* 9.poſt Abb.dixit, quod verba enũciatiua geminata idem operantur, ac ſi eſſent verba diſpoſitiua, & dicit eſſe caſũ ſingularem in *leg.vnica, C.de piis petitionib. quem text. vti mirabilem allegat quoque Barbat. conſil.ſuo* 37. *num.*1. *in tertio.*

34 Et ratio eſt etiam, mea ſententia, quia verba geminata oſtendunt magis exploratam mentem proferentis. Sic plotus *conſil.*14.*n.*5.*cum ſeq.Rol.conſ.*8.*n.*5.*vol.*1.plura in materia confeſſionis geminatæ hic congruentia videas penes *Maſc.concl.ſua* 347.*n.*37.*cum multis ſeqq. & præcipuè ſub n.* 44. vbi præcisè loquitur quando confeſſio geminata facta fuit per verba enunciatiua de qua etiam materia videndus *D.Alex.Trentacinq. variar. reſol.lib.*1.*tit. de verb.ſignif.reſol.*2.*n.*89.*vbi pulchrè.*

His adde *Illuſt.D.Card.Tuſc. concl.ſua* 158.*per totam in litt.V.* vbi pulchrè de hac eadem materia verborum enunciatiuorum.

35 Limitatur tertio quando huiuſmodi verba tendunt in præiudicium enunciantis, vel eius, qui grauari poteſt, tunc enim ex verbis oritur diſpoſitio licet ſecus ſit in præiudicium alterius, prout eſt *tex.in l.*1.*C.arbitr.Tutelæ*, vbi in præiudicium tutoris non ſtatur æſtimationi bonorum, quam teſtator in ſuo teſtamento fecit, vel dixit ſe habere. Sic poſt alios *Marcabr.ab Ang.d.conſil. ſuo* 29.*n.*87. *cum ſeqq.& Pariſ.conſil.ſuo* 5.*n.*216.*vol.*4.*ſic etiam vult dicere Soc.in d.l.ex hac ſcriptura n.*45.

36 Limitatur quarto, nam huiuſmodi verba ſic generaliter ſumpta, diſponunt in ſuo neceſſario antecedenti, quod pendet a voluntate proferentis. Exemplum de hoc clarè colligitur ex *tex.in l.Proculus teſtamento, ff.de vſufruc.* vbi ſic teſtator dixit. Lego vſumfructum talis domus meæ Sẽpronio: ſi in ea conſtituerit hæredi meo ſeruitutem altius non tollendi per hanc enim verborum conceptionem videtur ipſimet Sempronio legaſſe quoque dominium, ac proprietatem prædictæ domus: De neceſſitate eſt enim, quod tale dominium tranſeant in ipſum legatarium ad hoc, vt poſſit conſtituere ſeruitutem in illa domo, & ita pulchrè poſt *Alex. ac Rum. notauit Bimius conſilio ſuo* 98. *n.*106.*in primo.*

37 Fallit quinto, quando conſtat de voluntate aperta ipſius enunciantis, nam tunc pariter diſponunt. *text.ſunt apertiſſimi in l.vnum ex familia, §.ſi omiſſa, & §.fin.vbi Bartol.ff.de leg.*2.*Vegius conſil.*74.*n.*378.*vol.*1.

38 Limitatur ſexto, quando inter eoſdem contrahentes ſunt prolata, nam tunc plenè diſponunt, ita *Malu. conſ.ſuo* 111.*num.*13.*ſic etiam notatur in l.optimam, ff.de contrah.& comit.ſtipul.& in l.ex his, C.de teſt.milit.*

39 Id autem intellige, niſi diſpoſitio eſſet facta per verba futuri temporis, quia tunc nec inter eaſdem partes diſponerent. ita *Viuiu.deciſ.ſua* 283. *nũm.*16. *in* 2. *vbi deducit text.ad litteram in l.Titia cum teſtamento, in princ. ff. de legat.*2.

40 Coarctatur ſeptimo, quando prolata ſunt ad liberandum, tunc enim diſponunt, nec requiritur expreſſio cauſæ. *Text.eſt ad litteram in l.tale pactum, ff.de pact.* vbi debebas mihi decem, ego autem cupiente liberare, ita dixit profiteor te non teneri dicitur ibi, quod per hæc verba cenſeris omnino liberatus. Hoc idem docet *Euerard.conſ. ſuo* 169.*n.*8.*Pariſ.conſil.ſuo* 5.*n.*214.*in* 4. *Scurff.conſil.* 10. *n.*36.*centuria* 3.*& Mach.Patroch conſil.ſuo* 38.*num.*1.hoc idem quoque ſequitur poſt plures relatos *Maſc. concl. ſua* 345.*n.*45.

41 Ampliatur iſta limitatio, vt præcipuè procedat, quoties iſta verba prolata ſunt ad liberandum ſe a pœna. Sic præcipuè *Gratus conſ.ſuo* 114.*n.*23.*cum ſeq.in primo.*

42 Fallit octauo, quando huiuſmodi verba fuerunt prolata a perſonis, quæ habent authoritatem liberam diſponendi; nam eo caſu diſponunt: ita *Doct.in l.ſocer, §.Lucius, ff.ſoluto matr.& in l.ex hac ſcriptura, de don. Sic etiam poſt Dec.& alios docet Albenſ.conſil.ſuo* 4.*n.*58.*&* 62. *& num.* 7.*vol.*1.*Odd.conſil.*64.*n.*58.*vol.*1.*& Pappon. conſil.ſuo* 48. *num.*15.

43 Et quando hæc verba fuerunt prolata circa actum, de quo partes ipſæ poterant tempore prolationis diſponere, vt notatur in *l.optimam, C.de contr.ſtipul. ita Pariſ. poſt plures relatos conſil.ſuo* 26. *num.*127. *in ſecundo, pulchrè Caſſan.conſilio quinto, num.*5. *et* 6. *et D. Caldas de iure emphyteotico lib.*2.*quæſtione* 2.*num.*82. vbi plures alios concordantes deducit. addo *Caſtillos d. cap.* 26. *num.*78. vbi docet verba enunciatiua diſpoſitionem inducere, quando proferuntur ſuper his, quæ dependet a voluntate partium, & ſuper quibus poſſunt liberè diſponere, & ſunt de præterito, ibique plures concordantes deducit. Exemplum de hoc clariſſimè colligi poteſt ex *text.in d. leg. ex ſcripturæ.*

44 Amplia præcipuè, quando prolata ſunt ab eo, qui in extremis laborant, nam eo caſu maximè diſponunt. Sic poſt Alben.tribus rationibus motus docet *Polyd. Ripa de actis in mortis articulo* 82.*n.*9.*cum ſeq.*

45 Limitat tamen idem Ripa in fine, vbi ageretur præiudicio tertij.

46 Limitatur nono, vt per *Marian.Soc.ſen.in c.ex litteris, num.*6.de exceſſibus prælatorum, quando ex illis ſequitur malum imminens: tunc enim tacitè diſponunt, & latius vide per eum.

47 Limitatur decimo, quando talia verba proferuntur per tempus præteritum, aut id, quod enunciatur eſt præteriti temporis, tunc enim diſpoſitionem inducunt, ſic eleganter poſt alios Ioannes de Çaſtillos ſuarum Quotidianarum *controu.c.26.num.77.*

48 Aduerte tamen, quod in omnibus illis caſibus in quib. dicta verba diſponunt, hoc non procedit vltra id, quod eorum ſignificatio importat; ſic præcisè *Bart. in d.leg.rationes, num.5.C.de probat.* vbi ſubdit de hoc caſum eſſe ibidem, & in *l.Titia, §.Caius de leg.2.Tagit etiam Cuman. in l. ex hac ſcriptura, n 5. ff.de donat.*

49 Obſeruandum ſecundo, verba ipſa enunciatiua, etſi falſa, non nocere, ac derogare verbis ipſis diſpoſitiuis. *tex. in l.cum tale, §. fin.de conditionibus, & demonſtrat.* vbi ex centum, quæ Titio legaui, 50. Seio dari volo, illa prima verba ex centum, quæ Titio, &c. erant enunciatiua, & falſa, quia nihil Titio relictum fuerat, & tamen 50. diſpoſitiuè Seio relicta debentur. Vnde notant ibi Bald. & Imol. quod verba enunciatiua non diſponunt, ſi falſa ſunt, tamen alijs verbis diſpoſitiuis non nocent: ſequutus eſt pulchrè *D.Cæſar.Manenti poſt hæc edita viſus conſil. ſuo 5.numer.1. & 2.*

---

# An verba Enunciatiua generaliter ſumpta probent.

## QVÆSTIO IV.

### *SVMMMRIVM.*

1 *Verba enunciatiua non probant, & n.2.*
3 *Verba enunciatiua præcipuè non probant, vbi principaliter contingit diſputari de enunciatio. Exemplum.*
4 *Fallit ſi aliqua adminicula concurrant cum his verbis.*
5 *Item ſi ſint iurata.*
6 *Exemplum.*
7 *Enunciatiua verba non probant, vbi principaliter contingit de ipſo enunciato diſputari, etiam quo ad ipſos contrahentes.*
8 *Exempla, & num.9.*
10 *Eſt veriſſima ſententia.*
11 *Contrarium tenet Soc. & alij.*
12 *Retinetur communis.*
13 *Amplia.*
14 *Verba enunciatiua probant inter partes, quamuis enunciato principaliter diſputari contingat, quando iuramentum intercedit.*
15 *Item quando ab inſtructo, & ſciente prolata fuerunt.*
16 *Exemplum.*
17 *Item quando prolata fuerunt ſuper eo, ſuper quo partes poſſunt ſibi præiudicare.*
18 *Item quando fuerunt prolata partibus præſentibus.*
19 *Verba enunciatiua inducunt ſaltem aliqualem præſumptionem, cui ſtatur non oſtenſo contrario, & num 20. cum tribus ſeq.*
24 *Verba enunciatiua non probant, & præcipuè quando prolata ſunt ſuper illis, quibus partes inter ſe contrahentes renunciare non poſſunt.*
*Exemplum, ibid.*
25 *Enunciatiua verba non probant, maximè quando fuerunt prolata ſuper aliquo facto non conuenienti ipſi enunciationi, & confeſſione.*
26 *Exemplum.*
27 *Item non probant, quando nimis generaliter, & in confuſo prolata ſunt.*
*Exemplum ibid.*
28 *Item non probant, quando verſamur in odioſis.*
29 *Similiter non probant contra tertium.*
30 *Verba enunciatiua probant quando ſunt geminata.*
32 *Ratio ibidem, & num.31.*
*Verba enunciatiua iuramento vallata probant.*
*Ratio ex Maſcardo.*
33 *Contraria tenuit Rota Romana.*
34 *Verba enunciatiua iuramento vallata etiam parte abſente probant.*
*Ratio.*
35 *Verba enunciatiua iurata probant, nedum ſit iuramentum tunc interponatur, ſed etiam ſi aſſeratur, quod fuerit iam interpoſitum.*
36 *Limita quando agitur de præiudicio tertij.*
37 *Verba enunciatiua quoad validitatem actus, cui aponuntur, probant Exempla, ibidem, & num.38. & 39.*
40 *Enunciatiua verba in ijs, quæ ab animo enunciantis dependent, probant.*
41 *Ampliatur, & num.42.*
43 *Verba enunciatiua probant, cum aliter actus confeſſionis ſeu enunciationis non poſſit ſubſiſtere tamquam facta ſine cauſa.*
44 *Enunciatiua verba plenè probant, cum verſamur in antiquis.*
45 *Ratio.*
46 *Et precipuè ſi illud factum excedat memoriam hominum.*
47 *Et quando vertitur queſtio inter eoſdem contrahentes.*
48 *Verbis enunciatiuis propter diuturnitatem temporis ſtatur, etiamſi enuncient actum, qui interuenire non potuit tempore confecti inſtrumenti.*
*Dubitat tamen author num.49.*
50 *Verba enunciatiua, in antiquis probant mandatum, licet regulariter illud probent.*
51 *Declara, & ampliatur, vt num.52.*
53 *Verba enunciatiua in antiquis dominium probant.*
54 *Ratio.*
55 *Verba enunciatiua in antiquis conſuetudinem probant.*
56 *Enunciatiua verba probant in antiquis confines, & territorium.*
57 *Ratio, & num.58.*
59 *Verba enunciatiua probant in priuilegijs, ac reſcriptis antiquis.*
60 *Et præſertim inter eaſdem perſonas.*
61 *Verba enunciatiua probant in antiquis quoad feuda: & latè ibi.*
62 *Verba enunciatiua probant in antiquis, etiamſi de iſto enunciato principaliter diſputari contingat.*
63 *Verba enunciatiua in antiquis probant etiam contra tertium.*
64 *Contrarium tenent multi.*
65 *Conciliationes, & num.66.*
67 *Verba enunciatiua in antiquis ſemiplenè probant contra tertium, etiam quando agitur de graui præiudicio.*
68 *Imola plenè probant, ſi cum antiquitate concurrant alia adminicula.*
69 *Opinio Crauettæ.*
70 *Improbatur, & num.71.*
72 *Verba enunciatiua in antiquis probant etiam ad fauorem tertij.*
73 *Verba enunciatiua probant inter eaſdem perſonas, ſeu contrahentes.*
74 *Quinimò cenſentur veluti diſpoſitiua.*
75 *Verba enunciatiua extra contrahentes non probant.*
76 *Amplia.*
77 *Limita.*
78 *Declara, & num.79.80.81.82.83.84. & 85.*
86 *Verba enunciatiua probant inter partes tantum, non tamen in præiudicium tertij.*
87 *Ratio.*

88 *Enunciatiua verba probant ſaltem ſemiplenè contra tertium.*
89 *Verba enunciatiua probationem inducunt dumtaxat inter partes, non autem obligationem.*
90 *Fallit, quando ſunt geminata, ſed dubitat author.*
91 *Enunciatiua verba probant inter partes, & maximè in antiquis, & inter præſentes.*
92 *Enunciatiua verba non ſolum probant inter ipſos contrahentes, ſed etiam inter eorum hæredes, & ſucceſſores.*
93 *Verba enunciatiua inter partes adeo probant, vt etiam aliquando non admittatur probatio in contrarium.*
94 *Enunciatiua verba probant inter partes, etiamſi enuncietur id, quod eo tempore confecti actus non potuit veriſimiliter interuenire.*
95 *Enunciatiua verba non probant inter partes, vbi diſpoſitio facta eſſet per verba futuri temporis.*
96 *Item non probant, quotieſcumque ſummus in his, quæ ſunt iuris. Exemplum ibidem, & num. 97.*
98 *Item non probant, quando agitur de aliqua re, quæ ſit prohibita, & non niſi certo caſu permiſſa.*
99 *Similiter non probant, quotieſcumque contrahentes ſunt perſonæ prohibitæ, & ſuſpectæ.*
100 *Item non probant, quotieſcumq; hæc verba fuerunt prolata ab eo, qui veriſimiliter enunciatum ignorauit.*
101 *Enunciatiua verba probant contra enunciantem.*
102 *Ratio, & num. 103.*
104 *Contrarium Beltr. & alij.*
105 *Diſtingue, & num. 106.*
107 *Opponitur contra illud axioma, quod verba enunciatiua probat contra enunciantem, & num. 108.*
109 *Solutio, & num. 110.*
111 *Enunciatiua verba non ſolum contra enunciantē probant, ſed etiam contra eius ſingularem ſucceſſorem ab ipſomet tam cauſam habentem.*
112 *Enunciatiua verba non ſolum contra enunciantem probant, ſed etiam contra ipſius hæredem.*
113 *Ratio.*
114 *Enunciatiua verba contra enunciantem probant, maximè quando agitur de facto proprio ipſius enunciantis.*
115 *Verba enunciatiua non probant contra enunciantē, quando illud quod principaliter fuit enunciatum, in dubium poſtea reuocatur.*
116 *Item non probant contra ipſummet enunciantem, quando verſamur circa ea, quæ non dependent à partium poteſtate exemplum Alex. ibid.*
117 *Enunciatiua verba probant quoties ſunt prolata ab homine receptæ authoritatis in rebus modici præiudicij.*
118 *Quid in rebus magni momenti.*
119 *Enunciatiua verba probant, quando ſunt probata, cum ratione expreſſa, & finali.*
120 *Item quando ſunt prolata in pluribus horis, ſeu, quod idem eſt pluries repetita.*
121 *Item probant in his, quæ per conſenſum inducuntur Exēplum 122.*
123 *Similiter probant, quando hæc verba ex titulis conualidantur.*
124 *Similiter probant, quando huiuſmodi verba prolata ſunt per modum confeſſionis, quæ confeſſio redacta ſit poſtea in ſcriptis. Exemplum ex Decio ibidem.*
125 *Item probant, quando ſunt iuncta cum alijs coniecturis.*
126 *Pariter probāt, ſi huiuſmodi verba prolata ſint de eo quod potuit tunc eſſe, vel fieri.*
127 *Item probant, quando ſunt prolata præſente eo, ad quem diriguntur. Exemplum ibid.*
128 *Similiter iſta verba probant, cum agitur de modico præiudicio.*
129 *Verba enunciatiua in omnibus illis caſibus in quibus nec diſponunt, nec probant, aliqualem ſaltem præſumptionem inducunt.*
130 *Et transferunt onus probandi in aduerſarium.*
131 *Ita vt ipſis ſtetur, donec probatur contrarium.*
132 *Quo probato, hæc verba, tamquam per errorem, & inconſulte prolata, nil probant, etiamſi geminata.*
133 *Ratio.*
134 *Verba enunciatiua in illis caſibus, in quibus nec diſponunt nec probant præſumptionem faciunt, etiam ad fauorem tertij.*
135 *Quæ ſanè præſumptio transferat onus probandi in aduerſarium.*
136 *Amplia, num. 137. 138. 139. 140. & 141.*
142 *Verba enunciatiua probant in delictis, & præcipuè cum agitur de probando mandato.*
143 *Ratio.*
144 *Exemplum.*
145 *Declara.*
146 *Pulchra quæſtio.*
147 *Reſolutio, & num. 148. 149. & 150.*
151 *Quæ verbis enunciatiuis prolata fuere, vera præſumuntur.*
152 *Verba enunciatiua probant quoad præiudicium proferentis, maximè in his, quæ ſibi poſſunt præiudicare.*
153 *Declara.*
154 *Quando vltra verba enunciatiua, de præterito ſequitur poſtea promiſſio, & diſpoſitio, tunc verba enunciatiua probant.*
155 *De materia horum Verborum, videndus Cardinal Tuſchus.*

1 VIſo, an huiuſmodi verba diſponant, inquirendum eſt modum, an probent.

Et non probare communiter tradiderunt Doctor. pulchrè *Gratus conſil. ſuo 143. num. 15. in 2. Pariſ. conſil. 77. nu. 30. in 3. Cæphal. conſil. 608. numer. 51. in 4. Vbi iura deducit, Decian. conſil. 32. num. 75 in 2. Brunor. à Sole, queſt. 22. num. 63. Erneſt. Cothoman. conſil. ſuo 47. num. 22. Cornazan. deciſione ſua Lucenſi 212. num. 9. & alij. Addo nouiſſimè Do. Carol. Bardellonum conſil. ſuo 49. num. 10. in princ. vbi concordantes deducit Pancirolum Menochium Ponte, ac plures alios, & Cl. D. Petrum de Caball. conſil. ſuo 123. num. 7. in ſecundo.*

2 Et pro confirmatione huius opinionis intento textus pulcherrimum à nemine prepenſum, nec excogitatum in *leg. Lucius Titius teſtamento. §. quiſquis mihi hæres erit, de leg. 2.* vbi teſtator ita dixit; Quiſquis mihi hæres erit, ſciat me debere Demetrio patruo meo denaria tria, quę etiam protinus reddi, & ſolui iubeo. Quæſitum eſt, an ſi non fuerit probatum debitorem eſſe teſtatorem illorum triū denariorum: competat actio Demetrio ipſa petendi? & dicitur quod non, Actione ex debito, ergo verba enunciatiua teſtatoris, ſiue proferentis regulariter de per ſe non probant, quia ſi probaſſent, vtique ſibi abſque alio actio competijſſet.

3 Declaratur autem Regula iſta principalis, quod ſcilicet verba enunciatiua non probant, vt præcipuè procedat, vbi principaliter diſputari contingit de enunciato eo: namque caſu fides dumtaxat inducitur ad illius cōtractus finem, pro quo enunciatio facta fuit. *text. eſt expreſſus in Auth. Si quis in aliquo, C de edendo, & ibi Doct. in cap. illud, de præſumptionib.* Exemplo quoque pro iunioribus rem declaro.

Titio vti ſeruo Sempronij à me ſtipulanti promiſi cētum; hoc enunciatum vtique probat Titium eſſe ſeruum Sempronij quoad validitatem contractum Secus eſt autem, ſi poſteà de ipſius ſerui dominio lis vertatur, & ſeorſum in alio iudicio, an ille ſtipulator ſit ſeruus Sempronij, principaliter diſputari contingat, eo enim caſu per hæc verba nulla inducitur probatio.

Sic etiam, ſi ego dicam: Conduco à te talem domum

tamquam

tamquam tuam: iſta verba bene probant dominium tuũ quantum ad validitatem conductionis,licet ſecus ſit ſi diſputari poſtea contingat principaliter de dominio ipſius domus.

Et iſta eſt communis,& veriſſima declaratio ad ſupradictam regulam,quam ſequuntur omnes infraſcripti. *Riminald.ſen.conſil.*480.*numer.*12.*in* 3.*Mazzol. conſ.ſuo* 89. *num.*32.*in* 1.*Ceph.conſil.ſuo* 540.*num.*34.*in* 4.vbi infinitos concordantes deducit.*Rimin.iun. conſil.*570.*num.*30.*in* 5. 642.*num.*64.*&* 670.*num.*3.*in* 6.*Gabriel. conſil.*40.*nu.*20. *in* 1.*Franc.de Ponte,conſil.ſuo* 30.*num.*14.*&* 15.*&* 95.*nu.* 15.*&* 16.*vbi affert exemplum Burſat.conſ.*80.*num.*23.106. *num.*12.*in* 1.234.*num.*44.*in* 3.*&* 350.*nu.*69.*in* 4.*Menoch. conſil.*81.*num.*23.*in* 1. 395.*num.*60.*in* 4.*&* 732.*num.*24.*in* 8.*Odd.conſil.*64.*num.*2.*Surd.poſt plures relatos conſilio ſuo* 5.*numer.*16.*in* 1.*Gallia conſil.*58.*nu.*74. *in* 1.*Raudenſ.conſ.* 25.*num.*96.*in* 2.*Gargiareus Patroc.*50.*nu.*5. *& Mancin.de iuramento part.*4.*effect.* 151.*num.*1.*Sic quoque Capic.deciſ. ſua* 71.*num.*2.*Cacheran.in Pedemontana* 76.*num.*2.*Farin. deciſ.ſua Rot.Romanæ nouiſſima* 166.*numer.*2. *& alij, addo Maſcard.poſt alios concl.ſua* 916.*num.*14.*vbi late,D.Gaſparem Rodericum de Annuis Reditibus lib.*1.*q.*15. *numer.*25. *Illuſtr.D.C.Seraphinum dec.ſua* 1228.*num.*2.*D.Ioan.Franciſcum Schenardum conſil.ſuo* 40.*num.*25.*& Cl.D.Carolum Bardellonum poſt hæc edita viſum conſil. ſuo* 54.*nu.* 16.*vol.* 1.*adeundus etiam D.Iaſon in d.l ex his nu.*2.*verſ.*7.*limita, Cod.de teſtamento milit.* vbi tamen ſubdit aduerſus iſtam concluſionem valde ſtringere textum in dict.leg ex hic. Cogita.

4 Limitatur autem iſta principalis declaratio, ſi aliqua adminicula concurrant cum his verbis enunciatiuis,nam tunc probant,licet de enunciato diſputetur,ita *Grat.conſil.ſuo* 104.*num.*5.*in* 1.*Rim iun.conſil.*12. *num.*12.*in* 1.*&* 314.*num.*17.*in* 3. *& Mancin.citato loco num.*4.*addo Dom. Fab.de Anna poſt hæc edita viſum conſil. ſuo* 88.*numer.*31. Adminicula autem facile licebit colligere ex facti ſerie, quæ fuerit propoſita.

5 Limitatur ſecundo,ſi ſint iurata,tũc enim pariter probant licet principaliter de ipſo enunciato diſputari contingat: ita pulchrè,& latè pluribus rationibus firmat *Seraphin.de priuileg.iurament.priuileg.*92.*ſub nu.*8.*cum ſeqq. Mancin.citato loco,num.*2.*&* 3.*idem Riminald. citato conſil.*12.*numer.decimo,*poſt plures ibi relatos, & plerique alij. Pro faciliori autem omnium intelligentia affero exemplum.

6 In inſtrumento cuiuſdam procuratoris ſic enunciatur: Aloyſius Tomaſinus vti hæres D.Pauli fratris ſui,talem fecit procuratorem ſuum ad lites: iſta verba hæres,&c.ex ſententia *Bart.& aliorum in leg.gerit, ff.de acquir.hæredit.* regulariter probare ſolent prædictum Aloyſium eſſe hæredem Pauli. Si tamen de hoc principaliter diſputari cõtingat,an ſcilicet re vera Aloyſius ſi hæres ipſius D.Pauli,ſecus eſt. Fallit autem iſtud, quotieſcumque interceſſit in dicto inſtrumento iuramentum, vt quia,verbi gratia, prædictus Aloyſius iurauerit omnia, & ſingula contenta in eo inſtrumento vera eſſe, eo enim caſu non obſtante iam dicta diſputatione per ſupradicta verba, probatur Aloyſium eſſe hæredem ipſius Pauli. Quinimo nota, quod quando, quis in inſtrumento fatetur omnia in eo ſcripta eſſe vera, contra ipſam confeſſionem venire non poteſt.

7 Subampliatur modo ſupradicta principalis declaratio, quod ſcilicet verba enunciatiua tunc præcipuè non probant,quando principaliter contingit poſtea de ipſo enũciato diſputari,vt procedat etiam quoad ipſos contrahẽtes,ſi iuramentum non interceſſerit.Sic *Craueta conſ.*1.*pro genero,num.* 11. *& de Antiquitatibus temporum part.* 1.*ſectio.propoſitum num.*54.vbi plures concordantes deducit: exemplum.

8 Enunciatur in quodam compromiſſo ſocietatem initam eſſe inter te,& me, exinde principaliter oritur quæſtio inter nos de ipſa ſocietate, abſque dubio hoc in caſu non probatur ex iam dicta enunciatione cõtracta ſocietas,nec internoſmetipſos contrahentes.

Aliud exemplum. In vno inſtrumento celebrato inter
9 Meuium,& Sempronium reperitur enunciatiuè inſertum me contraxiſſe matrimonium cum Bertha, certe ex ipſa enunciatione probatur matrimonium inter ipſos principaliter diſputari contingat,an,ſcilicet re vera fuerit contractum necne ſecus eſt.

10 Et hæc eſt receptiſſima ſub ampliato,eam enim tenuit *Alexand.conſil.*21.*num.*4. *& ibi Apoſtil.in littera K.vol.*1. *Berous conſil.*67.*num.*33. *in primo. Riminald.Sen.conſil.ſuo* 82.*num.*18.*&* 89.*num.*24.*in primo;idem in* 544. *num.*3.*in tertio.Decius* 539.*num.*1.*Pariſ.conſil.*94.*num.*19.*volum.*1. *Decian.conſil* 21.*num.*36.*in Cephal. conſil.*265. *num.fin.in* 2.*& in* 317.*num.*67.*in* 3.*Hippol.Rim.conſil.ſuo* 12.*num.*8. *conſil.*53.*num.*18.*in* 1. 147.*num.*36.*in* 2.365.*num.*11. 382. *num.*43.*in quarto*, *&* 578.*num.*63.*in* 5.*Mazzol.conſil.*31. *num.*49.*in* 1.*Anguiſ.conſil.*150.*num.*1.*vol.*1.*Pancirol.*695. *num.*33.*Menoch.in* 288. *num.*27.*in* 3.*in* 372.*num.*17.*& in* 395.*num.*60.*in* 4.*Surd.conſil.*5.*num.*33.*in* 1. *Perſonalis in ſuo* 22.*num.*15.*Præteus in* 137.*num.*162.*in* 1.*Maluaſ.in* 91. *num.*44.*in* 1.*Bimius in* 137.*num.*6.*in* 174.*num.*9. *& in* 192. *num.*9.*in* 2.*Fabius de Anna in ſuo* 59 *num.*41.*in* 1.*& nouiſſimè Torniola conſil.ſuo* 55.*num.*14.*in* 1. *Addo D.Bordellonum conſil.ſuo* 49.*num.* 52.

Hanc eandem ſequutus eſt etiam *Gabriel in ſuis concluſionibus tit.de Confeſſ.concl.*6.*num.*3. *Caball.milleloq.*40.*n.* 2.*&* 485.*par.*1.*Matheſillan.ſingulari ſuo* 33.*in additionib. num.*1.vbi quoque affert exempla, *Brun. à Sole in ſuo compendio propoſitio.in verſic.* Verba enunciatiua,quod inter partes, vbi latè.

Sic quoque tenuit *Rota Romana teſte Verral. deciſ. ſua* 247.*num.*3. *par.*3.

11 Et licet contrarium videantur tenere nonnulli moti, per d.l.optimam,quæ generaliter loquitur inter quos eſt *Soc.conſil.ſuo* 68.*numer.*7.*ver. Sed his non obſtantibus in* 4. *Iacobus Machel.patroc.ſuo* 38.*nu.*4.*ver.*3.*reſpon.nouiſſimè Papponius conſil.ſuo* 116.*numer.*6.*&* 7.*vol.*1. *addo Viuium opinione ſua* 1038.*num.fin.* vbi poſt plures relatos atteſtatur de communi.

12 A priori tamen tanquam magis recepta non eſt recedendum,quam ſequitur quoque ipſemet *Pappon.ſibi contrarius conſil.ſuo* 49.*num.*19.

13 Quæ opinio retenta multo magis procedit, vbi de enunciato diſputare contingit cum illis,qui non interuenerunt in inſtrumento. Sic *Rim.iun.conſil.ſuo* 365.*numer.* 19.*&* 20.*in* 4.

14 Limitatur tamen primo ſupradicta ſubampliatio quãdo iuramentum intercedit.

15 Secundo quando ab inſtructo, & ſciente prolata fuerunt.

In his enim duobus caſibus plene probant hæc verba inter partes, licet de enunciatio principaliter diſputari contingat,ita in vtroque caſu limitat *Riminald.iun.conſil. ſuo* 42.*num* 14.*&* 53.*num.*19.*&* 20.*in* 1.

16 Exemplum poteſt eſſe in hoc ſecundo caſu, ſi hæc verba prolata eſſent, verbi gratia ſuper conſanguinitate ab his,qui præſumuntur ſcire iura ſanguinis, hoc enim caſu huiuſmodi verba conſanguinitatem probant, quod poſtea de ipſa diſputari contingeret. *text.eſt ad litteram in leg.quidam,*de probationibus,ſequitur etiam *dict.Fab.de Anna conſ.ſuo* 88.*num.*32.

17 Limitatur tertio,quando prolata fuerunt ſuper eo, ſuper quo partes ſibi præiudicare poſſunt, ita poſt alios *Machel.paroch.ſuo* 38.*num.*4.*verſic.*2.*reſponſ.*

Exemplum poteſt eſſe ſecundum *Dec.conſil. ſuo* 539. *nu.*5.

*nu.*5. quando quis confiteretur, & conſtituere ſe eſſe debitorem alicuius rei, immò in fortioribus terminis, quod quando verba enunciatiua ſcienter proferunt ſuper eo, ſuper quo partes ſibi poſſunt præiudicare, ſic probent, vt non admittatur probatio in contrarium, poſt *Cyn. Alex. Pariſ. Maſcar. ac alios tradidit elegantiſſimè Ioannes de Caſtillos poſt hæc edita viſus ſuarum controuerſ. Quotidianorum cap.26. num.71.*

18 Limitatur quarto, quando hæc verba fuerunt prolata partibus præſentibus, ſic poſt alios *Cephal. conſil. ſuo* 443. *num.* 8. *in* 3.

19 Limitatur quinto quoad inducēdam ſaltem aliqualem præſumptionem, cui ſtatur non oſtenſo contrario. Sic præcisè poſt infinitos relatos *D. Craueta, qui pluribus rationibus id comprobat, de antiquitatibus dicta ſect. Propoſitum num.*55. *cum ſequentibus, vbi latè: ſequitur Riminald. iun. conſil. ſuo* 42. *num.* 11. *&* 53. *num.* 22. *Decian. conſil.* 34. *num.* 81. *vol.* 2. *Cardin. Mantica de Ambiguis l.*2. *tit.*6. *n.* 10. *& Cl. Dom. Menoch. dict. præſumpt.* 133. *num.* 5. *cum ſequentibus, vbi ampliat, vt hæc præſumptio locum etiam* habeat quoad fauorem tertij, & latius, vt per eum vſque ad *numero duodecimo.*

20 Et hæc eſt veriſſima ſententia; quicquid ſubtiliter diſſeuerit idem *Cl. Menoch. ſibi contrarius conſilio ſuo* 260. *nu.* 22. *cum pluribus ſequentibus* cuius veſtigijs abhæſiſſe quoque viſus eſt nouiſſimè *Do. Cl. Bardellon. conſilio ſuo* 49. *nu.* 47. *vol.* 1. Et eo magis dicta *D. Menochij opinio eſt reſpuenda,* quoniam ratio, quia ipſe ſub num. 20. mouetur, non eſt ſimpliciter vera: Inquit enim quod præſumptio hominis non transfert onus probandi in aduerſarium, & tamen hoc idem maximam pati difficultatem, ſatis clarè colligitur ex ſcriptis per *Maſcard. de probat. concl. ſua* 1026. *Pacian. itidem de probationibus lib.* 1. *c.* 9. *num.* 3. *cum ſequentibus,* & per eundem *D. Menoch. lib.* 1. *præſumptione* 23. *num.* 10. *&* 11.

Quamobrem à ſupradicta firmata cōcluſione minimè recedendum dijudico, pro qua multum deſeruiūt ſcripta per nos infra ſub num. 129. cum pluribus ſequentibus, ad quæ breuitatis cauſa lectorem remitto.

21 Amplia, vt iſta talis qualis præſumptio ex iam dicta enunciatione promanans habeat quoque vim, ſecundum aliquos, ſemiplenæ probationis. Sic præcisè poſt *Felyn. Decium, ac alios Dom. Gaſp Caballin. mill. ſuo* 485. *part.* 1. *ſequitur Cl. Fachineus lib.* 2. *conſil.* 62. *numer.* 6. vbi quoque concordantem deducit *Ruinum conſilio* 141. *num.* 13. *lib.* 5.

22 Sublimitatur tamen iſthæc limitatio, vt minimè locum habeat, quando ipſamet verba enunciatiua ſunt prolata ſuper eo, quod non pendet à voluntate partium, nam tūc non inducunt dictam præſumptionem, etſi principaliter fuerint enunciatiua. Sic præcisè poſt alios idem *Cl. Menoc. d. conſil.* 260. *num.* 21.

23 Item quando prolata ſunt ſuper eo, de quo partes ipſæ diſponere non poſſunt. Exemplum afferri poteſt, quando in inſtrumento alienationis bonorum Eccleſiæ dicitur; Habita licentia epiſcopi, & præcedentibus tractatibus: nam tunc hæc verba non faciunt præſumptionem; ita quoque dicimus, quod quando in alienatione ipſa bonorum eccleſiæ enunciatur id factum eſſe pro euidenti, vtilitate, vel neceſſitate eccleſiæ, enunciatio hæc non facit ita eſſe, ſed requiritur probatio.

Sic etiam dicimus, quod renunciatio facta à muliere, quod ſit vidua, cum conſtet aliter de morte mariti, non facit præſumptionem, cum ab eius poteſtate hoc non pendeat.

Eſt ſimile, quod reſpondit *Berous in conſil.* 170. *num.* 3. *libr.* 2. cum dixit non præſumi clericum, qui talis fuit verbis enunciatiuis appellatus, cum ab enunciantis poteſtate hoc non pendeat; ità pulchrè exemplificando docet hæc omnia, ac DD. auctoritatibus corroborant iam dict. *Cl. meus Menoch. d. præſumpt.* 133. *ſub numer.* 17. *cum tribus ſeqq. cum conſulito.*

24 Declaratur ſecundò loco regula principalis, vt præcipuè procedat, quoties huiuſmodi verba prolata ſunt ſuper illis, quibus partes inter ſe contrahentes renunciare non poſſunt, tunc enim nullam probationem inducunt. Sic poſt alios Decius in capitulo quoniam contra, num. 182. de probationibus.

Exemplum poteſt afferri in Macedoniano, cui per filium renunciari non poteſt ad tradita per *D. And. Fachineum lib.* 2. *ſuar. iur. Controuerſ. cap.* 61. v.g. inquit filius: ea 10. quæ mihi mutuo dediſti, quoniam renunciaui beneficio S.C. Macedoniani, tibi reſtituam.

25 Declaratur tertio, vt maximè locum habeat, quando huiuſmodi verba fuerunt prolata ſuper aliquo facto non conuenienti ipſi enunciationi, & confeſſioni, hoc enim caſu nec præſumptio quidem inducitur; ita poſt *Cranett. Menoch. de præſumpt.* 133. *num.* 15. *&* 16.

26 Exemplum poteſt eſſe, quando quis fuit nominatus filius incidenter in actu indifferenti, qui etiam non filio conuenire poteſt. Purà ſi dicatur: Fili mi veni huc, facito hoc, hæc enim verba non inducunt præſumptionem filiationis pro illo, vt dicatur conſtitutus in quaſi poſſeſſione filiationis: ſecus autem eſt, quando huiuſmodi verba proferuntur in actu, qui alteri, quam filio conuenire non ſolet; vt puta ſi dicatur: Bene veni fili mi, volo, quod tractes negotia mea, quod mihi ſuccedas, volo tibi pupillariter ſubſtituere, & alia huiuſmodi, & latius vt per eum: adeūdus in hoc propoſito *Natta conſilio ſuo* 235. *num.* 2.

27 Declaratur quarto, vt ſupradicta regula præcipuè ſibi locum vendicet, quando nimis generaliter, dubiè, & in confuſo hæc verba prolata ſunt. Sic *Aemil. Verral. deciſ. ſua* 328. *num.* 4. *&* 5. *poſt Crau. ibi relatum par.* 2. vbi adducit quoque rationem: dicens, quod ea eſt probationis anima, vt debeat de neceſſitate concludere, c. in præſentia, de probat.

Exemplum poteſt eſſe, veluti ſi enunciatiuè proferatur quædam bona occupata à Titio, nec appareat, quæ ſint iſta bona, de ratione cuius, quo in loco ſita, & de alijs huiuſmodi; hanc eamdem declarationem ſequutus eſt etiam *Dom. Carol. Bardelon. d. conſil. ſuo* 49. *num.* 18. vbi poſt plures relatos docet hæc verba dubia, incerta, vel obſcura etiam in antiquis, nec plenè, nec ſemiplenè, nec etiā præſumptiuè probare. Et quod iſta verba, quando non ſunt clara, non ſuffragentur, nec probent, tradidit poſt alios *Ill. D. Card. Seraphinus deciſ. ſua* 437. *num.* 6.

28 Declaratur quinto, vt maximè locum habeat, quando verſamur in odioſis, in ijs enim nullo modo probat. Sic præcisè *Grat. conſil. ſuo* 143. *num.* 22. *in* 2.

29 Declaratur ſexto, vt præcipuè procedat contra tertiū, ſic poſt *Menoch. Marcus Ant. Maceratenſ. var. reſol. lib.* 1. *reſolut.* 38. *num.* 7. *text. eſt etiam de hoc expreſſis in leg.* 1. *C. arbitr. tut. addo Cl. D Fachineum conſil. ſuo* 72. *num.* 7. *vol.* 1. *Bertazzol. conſil. crim.* 230. *num.* 11. *in* 1. *vbi pulchrè, & Do. Fuluium Pacian. conſil.* 8. *nu.* 24. *adeundi quoque D. Hector. Felicius Alleg. ſua iur.* 16. *num.* 14. *par.* 3. *& Ill Dom. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 7. *tom* 1. *nu.* 13. vbi docet plus quam manifeſtum eſſe, quod verba enunciatiua inter aliquos dicta nihil alijs poſſunt prodeſſe, & minus obeſſe, adducit *Bart. in l. ex hac ſcriptura, num.* 16. *ff. de donationibus, & Rom. conſil.* 156. *num.* 3. *verſ nec obſtat.* Vnde infert, quod contractus qui in aliquo inſtrumento enunciatur, nec ex curſu longi temporis præſumitur in alterius prȩiudicium, quia ſemper dici poteſt illud inſtrumentum non probare, niſi inter contrahentes. *Auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo iuncta l. optimam Cod. de contrahenda ſtipulatione.*

Quin etiam (ſubdit ipſe) verba enuntiauit neque ad præiudicium, neque ad fauorem aliorum fidem faciunt,

tametſi

tametſi iureiurando fuerint confirmata, quia ſicut iuramentum non nocet tertio,*cap.quamuis,de pactis in 6.c.ſicut,& c.intellecto,de iureiur.* ita etiam non debet prodeſſe adducit *Iaſon, Decian.ac alios,vt per eum.*

Declaratur ſeptimo,vt maximè locum habeat,quando ipſa verba relatiuè prolata ſunt, nam nil vtique probant, niſi quatenus loquitur diſpoſitio relatae.*ſi Papa,de priuil. in 6.& Clem.1.de prob.ſequitur pulchrè D.Carol.Bardellon. conſil.ſuo 49.num.17.vol.1.* vbi ampliat hoc procedere, etiamſi dicta verba eſſent geminata.

Declaratur octauo,vt eo magis procedat,quando plura ſpecialia concurrent, nam tunc nullus probationis effectus ex ipſis verbis enunciatiuis promanaret: ſic eleganter poſt *Gratum Dom.C.Car.Bardellon.d.conſil.ſuo 49. num.24.*

Declaratur nono, vt maximè locum habeat, quando ipſamet verba proceſſerunt à parte habente intereſſe, tunc enim illa nec ei, nec eius ſucceſſoribus proſunt. Sic præcisè poſt Aret.docuit eleganter *Sigiſmundus Loffred. conſil.ſuo 44.numer.6.* vbi ampliat hoc procedere,etiamſi dicta verba eſſent in antiqua ſcriptura, ſequutus eſt *Clar. Farin.deciſ.ſua Rot.Rom.in nouiſſimis 590.num.3.*

30 Fallit autem principalis iſta regula,quod ſcilicet verba enunciatiua minimè probent, multis modis, & primò, quando ſunt geminata,ſeu reiterata, tunc enim pleniſſimam probationem inducunt,ita poſt alios *Barbat.conſil. ſuo 14.num.10.& 11.& conſil.37.num.1.in 3.*vbi pluribus ſimilibus comprobat *Rim.iun.conſil.314.num.25.308.nu. 14.& 340.num.54.in 3.Grat.conſil.143. num.9. in 2.Ceph. conſil.246.num.51.in 2.& in 443. num.9.in 3.Pariſ.conſil. 77.num.37.in 3.& Maſcard.poſt alios concl.ſua 622.nu.37. addo Anguill.conſ.29.num.146.vbi pulchrè.*

Et ratio eſt ſecundum *Dec.in d.l.ex his n.10. de teſtam. milit.* quia verba enunciatiua de per ſe ſemiplenam inducunt probationem, vt inferius dicetur, ergo geminata,& præcipuè quando temporis interuallum intercedit,plenè debent probare. *Zuchard.conſil.34.num.18.*

31 Et eo magis,quia verba geminata, vt etiam alias dictū fuit,indicant enixam,& præciſam voluntatem,quod proferens voluerit diſponere.Sic *Iacob Hein.RicKman.conſil. ſuo 1.n.199.238.& 645.in 1.Crott.conſil.44.num.7.& 11. & 143.num.20.& 24.in 1.*

32 Fallit ſecundo, quando hæc verba eſſent iuramēto vallata,nam tunc abſque dubio probant, *text.ad litteram in l.rationes,iuncta auth.quod obtinet, C.de probat.* vbi rationes defuncti,quæ in bonis eius inueniuntur,ad probationem ſibi debitæ quantitatis ſolæ non ſufficiunt niſi teſtator iurauerit. Confert etiam mirum in modum *text in d.l.cum quis.*

Sic etiam tenet poſt alios *Grat.conſ.143. numer.6.in 2. Hypp.Rim.conſ.53.num.19.in 1.& 693.numer.55.in 6.per text.l.decedens §.Codicillis,de leg.3.*vbi expreſsè deciditur confeſſionem debiti factā in teſtamento per verba enunciatiua,minimè probationem inducere,niſi teſtator iurauerit. *Laurent.de Pin.conſil.26.num.4. Anguill.conſil.86. num.87.in 1.Burſat.conſil.225 nu 54.in 2.Gargiar.Patroc. ſuo 43.num.7.latè poſt alios Maſcard. d.concluſ.622.nu.42. & 43.*vbi rationem deducit dicens, quod iuramentum habet vim clauſulę,vt actus omnino valeat,ac ſuſtineatur, *ad l.cum pater,§.filius matrem de leg.2.*& hęc eſt veriſſima ſententia.

33 Licet contrarium tenuerit *Rota Romana teſte Verral. deciſ.ſua 190.num.4.par.1.& deciſ.336.num.3.p.3.*

34 Et procedit etiam parte abſente, non ideò minus hæc verba iuramento vallata probant: ita *Anguill. latiſſimè conſil.ſuo 29.num.220.cum ſeqq.*

Et ratio eſt, quia iuramentum ſupplet partis præſentiam. *Rota Genuenſ.deciſ.33.num.8. & conſil. ſuo 62.num. 214.*vbi etiam refert text.in l.certum ſi quis abſente, de confeſſis,qui text.videtur contrarium probare.

35 Ampliat *Socin.in d.l.ex hac ſcriptura, numer.52.* vt per huiuſmodi verba cum iuramento prolata inducatur probatio actus iam celebrati,ne dum ſi iuramentum tunc interponatur, ſed etiamſi aſſeratur, quod fuerit iam interpoſitum, & ibi reddit rationem.

Adde tu vltra alios, quod tantum operatur confeſſio de præſtito iuramento,quantum, etiam ipſa præſtatio,vt notatur in *l.ne in Arbitrijs,& ibi Bald. C.de arbitris. Maſcar.concl.347.num.26.& concl.359.num.12.*

An autem vbi iuramentum eſt interpoſitum,admittatur probatio in contrarium necne, vidend. *Soc.iun.in d.l. ex hac ſcriptura,num.56.& 57.& tradita per nos infra lib. 2.quæſt.50.*

36 Ampliat ſecundo, vt verba enunciatiua iuramento vallata probent, nedum ſi proferatur principaliter propter ſe, ſed etiam propter aliud. Sic præcisè poſt alios *Dom.Anguil.conſil.ſuo 29.num.122.*

37 Limitatur autem ſupradicta fallentia,vt non procedat, quando agitur de præiudicio tertij, puta creditoris:nam tunc,licet iurata nō probant *tex.expreſſus,in d.auth. quod obtinet,in fine,C.de probat.*

38 Fallit tertio,quoad validationem actus, cui apponuntur, nam tunc probant, ita *Cephal.conſil.ſuo 113.numer.9. in 2.*

Sic etiam poſt alios *Cl.Eques D.Peregr.de fideicommiſſ. art.43.num.75.*vbi ponit exemplum, dicens, quod nominatio facta ex incidenti de filio,de conſanguineo, quamuis non probet conſanguinitatem, & filiationem in alia cauſa, in qua principaliter ea de re ageretur, probat tamen quoad validitatem,& effectum illius actus,ſuper quo enunciatio illa emanauit. Sic etiam ſi dicatur.

39 Titius de Padua promiſit. Iſta verba bene probant, quod Titius ſit de Padua quoad iſtum actum, vt Paduæ conueniri poſſit, licet ſecus ſi quoad alia, addo *Bertazz. conſil.crim.106.n.10.in 1.*vbi quoque ſubdit eadem verba probare,cum ſunt neceſſaria ad actum, de quo agitur ſequitur *Caſtill.c.inferius alleg.nu.80.addo Iaſ.conſil.104.nu. 1.in 4.Et D.Vincentium Grilenzonum conſ.ſuo 10.num.7.*

40 Fallit 4.in dependentibus à voluntate proferentis,nam tunc ipſamet verba enunciatiua plenè probant, etiam quod de ipſo enunciato aliter non conſtet,exemplum eſt veluti ſi dicatur,Talis hæres Titij,nam iſta verba probāt, illum eſſe hæredem Titij,*Bar.in l.gerit col.3. verſicul.circa tertium,ff.de acquir.hæred.& ibi Aretin.Dec.in d.l.ex his, num.32.& 33.*

Probatur hæc eadem concluſio primo per *text. quem ibi ponderat Bald.ad hoc in l.ſi proponas §.1.ff.de inoff.teſt.* vbi probatur,quod ille, qui contrahit cum aliquo tamquam cum hærede,hoc ipſo videtur fateri eum eſſe hæredem,& præiudicat ſibi iſta confeſſio,2.probatur per *tex. in l.tale pactum,§.final.de pactis, vbi probat tamen Bartol.* quod quis prouidet alicui per ſtipulationem tamquam hæredi ſuo futuro, hoc ipſo videtur ipſum inſtituere hæredem,dummodo ſit talis perſona,quę poſſit inſtitui ſeruata ſolemnitate iuris gentium,& hæc fallentia eſt communiter recepta, ea enim ſequutus eſt *Iaſon in d.l.ex his num.2.verſ.8.limita.Alciat.conſi.ſuo 9.n.23.lib 1. Crauett. conſil.217.num.7.in 2.Intrigiol.de Feudis cent.1.q.24. n.17. & nouiſſimè D.Alex.Trentac.var.reſol.lib.1. titul.de verb. ſignif.reſol.2.nu.92.addo Io.de Caſtill.quotidianarum contr. iur.c.26.num. 70.*

Sic quoque poſt infinitos relatos *Thom.Triuiſ. libr.ſecundo cauſ.crim.deciſ.38.num.6.& per totam,*vbi ob hanc

41 fallentiam concludit dictum teſtis de auditu ab eo, qui aſſeruit ſe fuiſſe alias hæreticum, ſemiplenam probationem inducere.

Quinimò addentes ad *Mattheſil. ſingul. ſuo 34.*tenent, quod in caſu huius fallentiæ diſpoſitio inducatur.

42 Et Pancir.conſ.96.n.56.poſt alios ibi relatos tenet, quod non admittatur probatio in contrarium. Hæc autem cõcluſio procedit,quando verba enunciatiua ſunt facti proprij,& non alieni. Bart.in d.l.gerit,& dec.in d.l.ex his, & quando ſunt facti proprij, idem eſt dicendum independentibus à voluntate duorum, vel plurium, quia eadem ratio videtur, ſicut etiam ille, qui contrahit cum aliquo vti hærede, videtur fateri illum eſſe hæredem, & illa confeſſio ſibi præiudicat,vt ſupra diximus. Sic præcisè Tren. tac.cit.n.92.in fine.

43 Fallit quinto cum aliter actus confeſſionis, ſeu enunciationis non poſſit ſubſiſtere tamquam factæ ſine cauſa, quia tunc iſta verba probãt,iuxta leg.2.§.circa, de dol.& mal.exceptione,& l.cum de indebito,§.fin.de probat, ita Cephal.poſt alios ibi deductos,conſil.9.n.24.in 1.addo Adrian. Gylma.Rerum iudic.Camer.Imper.libr.1.deciſ.26. num.85. in fine.

44 Fallit ſexto,cum verſamur in Antiquis, in ijs enim huiuſmodi verba plenè probant,ita Alexand.conſil.6. nu.6. in 1.Iaſon.in l.ex his verbis,num.2.verſic.4.limita, C.de teſtam.milit.& in conſil.34.nu.16. & ibi Addentes in litt.G, vol.1.Albenſ.conſil.159.num.3.in 1.Berous conſil.67.nu.6. in 1.Hippol.de Marſilys in ſuo tract. de Bannitis in ſecundo tempore,nu.97.cum ſeq. vbi plura de antiquitate congruentia deducit Grat.conſil.143. numer.10.in 2. Dec.conſil.564. num.16.in 2.Tiraq.de præſcript.§.1.gl.4.numer.51. vbi latè Cephal.conſil.152.num.33. 246.num.6 in 2.458. nu.55.in 4.& 608.num.17.vbi plures deducit, & 52.vol.4.ſequitur Soc.iun.conſil.65.num.7.in 1.Hyppol. Riminald. poſt infinitos relatos,conſil.ſuo 137.num.12.& 15.in 2.in 339.nu.44. in 3.in 365.num.21.in 397.num.7.in 461.in 4.& in 501.n. 21.in 5.& Natta conſ.526.num.4.in 3.Bertazol. conſil.ſuo ciuili 1.n.4.Maluaſ.conſil.92.n.45.in 1.Herculan. in ſuo reſponſ.pro Sereniſſ.Franciſco Medices num.294.& 632.Gallia conſilio 97. numero 31. Fabius de Anna poſt plures concordantes adductos conſilio ſuo 88.numero primo, Vaſquius libro ſecundo.Illuſtriſſ. Controuerſ.capitulo 63. numero 13. Petra de Fideicommiſſis q.13.num.2. 104. Menoch.conſilio ſuo 336.num.12.in quarto,& 416.numero 3.in quinto,Brunor.à ſole in ſuo compendio præpoſitione iur.in primo. Verba enunciatiua incidenter prolata, & nouiſſimè Adrian. Glyman.rerum iudic.Cameræ imperialis libr.2.d.deciſ.22.nu.4. Addo Clar.Fachin.poſt hæc edita viſum conſil.ſuo 20.num. 9.volum.primo,vbi pulchre: adnectendus eſt etiam D.Carol. Bardell.conſil.ſuo 49.numer.1. vbi nonnullos concordantes deducit.

Sic quoque tenuit Rota Auenionen.teſte Hieronymo Laurentino in ſua deciſion.128.num.20. vbi plures deducit, & Capel.Toloſana deciſ.440.in 3.num.addo C.Seraphinum deciſ.ſua 1021.num.1.& 1141.numer.5. vbi præcipuè docet regulam procedere quando ipſa verba in antiquis ſunt multiplicata.

45 Et ratio huius fallentiæ hæc eſt, quia in antiquis illa probatio,eſt plena,quæ eſſet ſemiplena, ſi factum non eſſet antiquum, vt poſt Menoch.inquit Hercul. d.conſil.numer.361.

46 Hoc pręcipuè procedit,ſi illud factum excedat memoriam hominum,ita poſt Afflict.& Decium Sichard.conſil. Feudal.10.num.8.addo Bardell.d.num.1.& C.Seraphin.deciſione ſua 507.num.1. qui loquitur præcipuè de enunciatiuis in antiquis excedentibus metam centum annorum, videndus deciſ.ſua 1025.num.14. & 134.num.2. vbi tradit quod verba enunciatiua in antiquis ideo probant, quia habent vim famæ.

47 Et quando vertitur quæſtio inter contrahentes, inter eos enim hæc verba pleniſſimè probant,ſic Barbat.conſil. 58.n.3.in 4.Berous conſ.21. num.2.in 3. licet etiam quoad alios probationem aliquam inducant,vt poſt alios docet Natt.conſil.628.nu.2.in 3.& inferius dicetur.

48 Ampliatur primo id adeò verum eſſe, vt ſcilicet ſtetur verbis enunciatiuis propter diuturnitatem temporis, vt procedat,etiamſi enuncient actum,qui interuenire non potuit tempore confecti inſtrumenti. Sic poſt Barbatiam Maſcar.concl.ſua 394. num.8. vol.1.idem poſt alios relatos concl.ſua 106.num.5.

49 Sed de huiuſmodi ampliatione valde dubito vna cum Tiraq.de præſ.§.1.gl.4.nu.52. Cognita.

50 Secundo ampliatur,vt hæc verba probant in Antiquis Mandatum, licet regulariter illud non probent, ita poſt alios Grat.conſ.144. nu.27.in 2.

51 Et præſertim probant mandatum, quando in aliquo inſtrumento antiquo enunciatur. Sic poſt infinitos relatos Menoch.de præſumptionibus,lib.2.præſumpt.33.numer. 25.& 26.vbi quoque quandam obiectionem Alexandri pulchre reſoluit. Sic quoque tenuit Rota Romana teſte Verral.deciſ.ſua 194.p.2.Achill.de Graſſ. de fide inſtrumentor.deciſ.3.

Et quando verſamur in actu, ad quem quis ſine ipſo mandato veriſimiliter non accederet: ex curſu enim longi temporis præſumitur ipſum interceſſiſſe: ita Grat.ſequitur ſub num.28.& tangere videtur Viuius lib.2.ſuarum communium opin.opinione 475. num.61.in 2.Videndus omnino GilKenus de Vſucapionibus p.2.mem.1.c.8. per totum, vbi pulchrè,& latè poſt alios docet,an, & quando mãdatum ex curſu longi temporis præſumatur. Vide quoque Gabr.de procur. concl.1.

52 Subampliatur, vt procedat etiam,vbi ageretur de pręiudicio tertij concurrentibus,tamen longa poſſeſſione, vel pluribus inſtrumẽtis nam ideò minus mandatum per hæc verba probatur,ita poſt alios ibi relatos, Burſ.conſil. 150.num. 35.in 2.

De hoc autem ſatis, videndus autem de materia Ill.D. Card.Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.7.tit.8.vol.1.vbi inter cętera, ex verbis enunciatiuis quemadmodum mãdatum concipi poſſit,eleganter diſſerit.

53 Ampliatur tertio, vt hæc verba in antiquis dominium etiam probent, ita gl.ord.c.cum olim de cenſib. Bal.& alij, in l.cum aliquis,C.de iure deliber.Crau.conſ.434.nu.11.in 3. & D.Fachineus conſ.98.nu.9.lib.1.

54 Nec mirum. Si enim dominium probatur, & maximè inter eaſdem partes in facto recenti, vt poſt Alexand.& Crau.docet M Ant.Macerat.lib.2. reſol.55.numer.7. ergo multo magis id locum ſibi vendicabit in antiquis.

55 Ampliatur quarto, vt pariter conſuetudinem probent ita Cacheran.conſ.31.num.44.

56 Ampliatur quinto,vt hæc eadẽ verba in antiquis probent confines,& territorium ſiue iuriſdictionem,ita poſt gl.in c.cum olim in gl.1.de cenſibus, & alios docet Crauett. conſil.400.num.20.in 3.& in 882.numer.12.in quinto, addo Cl.Fachineum poſt hæc edita viſum conſilio ſuo 98. numero 8.vol.1.

57 Et ratio eſt, quia ſemiplena quoque probatio ſufficit in confinibus probandis in antiquis. Card.in Clement.1.in tertia oppoſitione,de probat.Soc.conſil.90.col.1.verſic.& eo maximè, vol.1.

58 Videmus enim, quod ipſi fines probantur ex inſtrumentis priuatorum in antiquis. Bald.& alij in l.cum aliquis,C.de iure delib.Flor.in l.fin.ff.Finium regund. quod fieri non poſſet.

Sic etiam docet Albenſ.conſil ſuo 83.nu.4.in 1.Bertazz. conſil.ſuo ciuil.1.nu.67.& Menoch.conſ.21.num.27.in 1.Sed de hoc latius inferius.

59 Ampliatur ſexto, vt probẽt etiam in priuilegijs, ac reſcriptis antiquis,c.ſi Papa cum ibi notatis,de priuil.in 6.ſequitur Bart.in l.cum teſtamentum num.5. C.de iur.& fact. ignorant.Ceph.conſ.608.num.18.in 4.& poſt plures relatos, Decian.conſil.66.num.15.in 3.

60 Et præſertim inter eaſdem perſonas. Sic Ioannes de

Amicis,

*Amicis, conſilio* 101.*numero vigeſimo octauo, in primo.*

61 Ampliatur ſeptimo, vt probent etiam in antiquis quo ad feuda. Sic præciſè *Decian.conſil.ſuo* 24.*num.*83. *vol.*1. *Vide Roſenth.de Feud.cap.*22.*concl.*14.*num.*42.*&* 46.*pag. mihi* 567.vbi ſubdit ſe bis, aut ter reſpondiſſe, Caſtrum quoddam cum territorio ſuo eſſe feudale propter antiquas tales enunciationes in inſtrumentis, diuerſis inter perſonas a quibus contendentes cauſam prætendebant, factas, id, quod etiam multo magis procedit, quando huiuſmodi verba in conceſſione fuerunt Principe prolata, eo enim caſu feudum abſque dubio probatur. Sic poſt *Rum.Crauet. & alios D.Garſia Maſtril.in addit.ad Petrum de Gregorijs, de conceſſione feud.p.*2.*quæſt.*1.*in littera A.*

Et quod per verba enunciatiua principis bona aliqua eſſe feudalia, narrantis probetur bona illa eſſe feudalia tenuit poſt *Alexander & alios Card. Mantic.de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib.*23.*tit.*5.*nu.*15.*& D.Maſcard. concl.ſua* 209.*num.*9. vbi præciſè hoc procedere intelligit dummodo in talibus verbis fundetur ipſius principis intentio, vt quia illa ſic narrata conferāt, ad id, quod præcipuè, ac principaliter per ipſum principem diſponebatur in dicto reſcripto, vel inſtrumento. Et reddit rationē ſub num. decimo, quia cenſetur ipſemet princeps eo caſu plenè edoctus de eo, quod narrat, & aſſerit arg. textus in clementina prima de probationibus; addo eundem *Maſcard.concluſione ſua* 768.*num.*8.*&* 9 *& nouiſſimè, D.Bardellon.d.conſil.ſuo* 49.*num.*9.vbi etiam docet verba enunciatiua feudum eſſe antiquum emiſſa in inſtrumento antiquo per prælatum alioquin non valentem de nouo diſponere, ſaltem præſumptiuè ipſius feudi antiquitatem probare, ita vt transferat onus probandi in aduerſarium adducit *Iaſon.Roſenth.& alios.*

62 Ampliatur octauo, vt procedat, etiamſi de iſto enūciato principaliter diſputari contingat, in Antiquis enim adhuc iſta verba probant: ſic poſt *Bartol. Soc.& alios Cothoman.conſil.ſuo* 26.*nu.*116.*cum duobus ſeqq.& eſt veriſſima concl.quicquid ſcripſerit D.Carol.Bardellon.dict.conſilio* 49.*num.*47.

63 Ampliatur nono, vt huiuſmodi verba in Antiquis probent etiam contra tertium, ita poſt *Iaſ.Decium, Socin.& alios concludit Rimin.iun.conſilio ſuo* 137.*num.*18. 143.*nu.*12.225.*num.*4.*&* 339.*numer.*44 *Cephal.conſilio* 443.*num.*17.*&* 18.*Natta conſilio* 283.*numero* 8.*in ſecundo.Menoch. conſilio* 90.*num.*44.*in primo, in* 476. *num.*3 *in* 5. *& in* 816. *numero* 32. vbi hæc verba probare conſanguinitatem, & agnationem etiam contra tertium, in antiquis concludit.

Sic quoque tenet *Erneſt. Cothoman. poſt plures relatos conſil.ſuo* 26.*num.*119.*& Surd.nouiſſimè conſil.ſuo* 500.*nu.*8.*in* 4.

64 Contrarium tenuerunt alijs multi, *Caſtr.Socin.Corn.& alij, quos refert Hypp.Rim.d.conſil.*339.*num.*48. *& Bimius conſil.*184.*num.*20. *in* 2.

65 Pro Conciliatione ſic diſtinguas. Aut ſumus in his, quę reſpectu Antiquitatis ſunt difficilis probationis, aut non. Si primo, veluti eſt filiatio, probant pleniſſimè contra tertium, ſi ſecundo, non, ita poſt *Crau. declarat idem Rim. iun.d.conſil.*339. *num.*51. *&* 52.

Addo Clariſſimum Do. *Alexandrum Trentacinquium variar.reſolutionum, lib.*1.*titulo de verborum ſignificatione reſolut.*2.*num.*83.

66 Secundo loco ſic diſtingui etiam poteſt. Aut agitur de magno præiudicio, aut modico. Primo caſu non probāt, ſecundo ſic, ita docet idem *Rimin.iun. conſil.*137.*num.*19. *in* 2.*Anguiſ.conſil.*78.*num.*8.*vol.*1.*ita quoque ſentire videtur comes Raud.conſil.ſuo* 1.*num.*7.*in* 2. *& nouiſſimè Pappon.conſ.ſuo* 49.*num.*20. *addo eundem Trentacinqu.d.reſol.*2.*num.*82. *in fine.*

67 Sed aduerte, quod etiam, quando agitur de graui præiudicio, nihilominus hæc verba ſemiplenè ſaltem probāt contra tertium in Antiquis, ita *Berret.conſ.*89.*nu.*26.*in* 1. *& Crau.de antiq.citat.c.*4.*num.*11.

68 Vnde etiam plene probant, ſi cum antiquitate concurrant alia adminicula, puta, longa rei poſſeſſio, plura, à diuerſis tamen confecta, inſtrumenta, & alia huiuſmodi: ita poſt *Bart.Crau.Vaſq. & alios docet Burſ.conſil.*151.*nu.*93. *in* 2.*Berret.præcit.n.*26. *& alij, addo Maſcar.concl.ſua* 106.*n.*12.*& per totam, vbi pulchrè de hac materia, & Cl. Fach. conſ.ſuo* 30.*n.*11.*vol.*1.*adeundus quoque D.Farinac. dec.ſua Rota Romana* 585.*num.*2.vbi docuit enunciatiua antiqua etiam contra tertium ſemiplenè probare, & roborata dicto teſtis plenè.

69 Et licet *Crauetta eruditiſſimus citat.c.*4.*numer.*20. dicat requiri poſſeſſionem longiſſimi temporis.

70 Ego tamen credo ſufficere decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.

71 Cum enim in antiquis verba enunciatiua plene probent, vt dictum fuit, & nil aliud obſit in caſu noſtro, quam quod agitur de graui præiudicio tertij, ſequitur, quod ex curſu tanti temporis ſtatuti principaliter à *l.in* §.1.*de vſucap.*auferatur iſtud præiudicium, & eo magis, nam ipſe Crauett. vult etiam quando agitur de graui præiudicio tertij, vt hæc verba aliqualem præſumptionem inducant: ergo accedente poſſeſſione ex curſu tanti temporis plenam inducent probationem.

72 Ampliatur decimo, vt hæc verba in antiquis probent etiam ad fauorem tertij. Sic præciſè *Cl.Menoch. conſil.ſuo* 207.*num.*10. vbi nullos concordantes deducit, & videndus *ſub num.*11. vbi docet hæc eadem verba præſumptionem ſaltem facere etiam ad fauorem tertij, quæ ſanè præſumptio hunc parit effectum, vt reijciat onus probandi in aduerſarium, ibique nonnullorum hoc aſſeuerantium authoritates coaceruat, nota tamen ſecus eſſe ſi de facto recenti tractetur eo enim caſu nulla fides, ad commodum ipſius tertij reſultat. Sic præciſè poſt *Hieron.de Monte, ac alios D.Carol.Bardell.conſil.ſuo* 49.*num.*14.

73 Fallit ſeptimo regula principalis, quod ſcilicet verba enunciatiua non probent inter eaſdem perſonas, ſeu cōtrahentes, quoad eas enim plenè probant, *text.eſt expreſſus, in leg.optimam, de contrah.ſtipulat.* (de cuius intellectu latè *Carol.Zallong.racemat.ſua iur.ciu.*25.) vbi ſi Sempronius vti ſeruus tuus ſtipuletur à Mæuio tibi dari centum, & illi ſtipulanti promittat, potes ex ipſa ſtipulatione agere licet tibi ab eodem Mæuio poſtea excipiatur Sempronium illum ſeruum tuum minimè extitiſſe, ad idem eſt *text.in l.Publia, § fin.ff.depoſiti, & ita concludunt Doctor. omnes Dec.in ſpecie, in ſuo conſil.*42.*num.*9.306.*num.*12.*&* 739.*num.*6.*necnon & in auth.ſi quis aliquo, num.*34. *C.de edendo Crot.in lege re coniuncti, numer.*186. *de leg.*3.*Berous conſil.*6.*num.*33.*in* 1.*Grat.conſil.*101.*num.*44. *&* 149.*num.*10.*in* 2.*Albenſ.conſil.*115.*num.primo, in princ.&* 788.*num.*6.*in* 4.*Rim.ſen.conſil.*599.*num.*7.*in* 3.*Bellon. conſil.*75.*nu.*3.*Pancirol.conſil.*191.*numer.*7.*&* 195.*numero.*12. *Ferantes Thiæneus, conſil.*124.*num.*18.*inter conſil.vlt.volunt. Zillet. vol.*2.*Machell.patroc.*15. *num.*5.*Menoch. poſt alios libro* 3. *præſumptione* 133.*num.primo latè Maſcard.concl.*622.*num.*28.*Petra de fideicommiſſ.q.*13.*numer.*239. *Caualcan.deciſ. ſua* 8.*num.*2.*vol.*5.*Torniola conſil.ſuo* 74.*num.*28. *volum.*1. *Illuſtriß.Domin.Seraphinus deciſione ſua* 1339. *numero* 1.*&* 1387.*numero* 3.*Clar.Farinac.dec.ſua* 566.*numer.primo,* vbi ſubdit hoc quidem procedere, donec probetur, contrarium, & etiam in fauorem tertij, & nouiſſimè *M.Anton. Macerat.libro primo, reſolut.*66.*num.*10.*in fine, & reſolut.*60.*num.*11. addo poſt hæc edita viſum, *Cl.Fachineum conſ. ſuo* 98.*n.*12.*vol.*1.*et prius conſil.ſuo* 37.*nu.*8.*eod.uol.ſub n.*9. vbi ampliat hoc procedere, etiamſi de enunciato ipſo contingat principaliter diſputari, adducit *text.in* §.*illud in authent.ut fratrum filii,* vbi per inſtrumentum donatio-

his propter nuptias, in quo fit mentio patrimonij, matrimonium dicitur probari, etiamſi de matrimonio contingat principaliter diſputari: de qua tamen ampliatione valde dubito ob ſcripta per *Caballin.millelosq. ſuo* 485. *& Dom.Carol. Bardellon. conſilio ſuo* 54.*num.* 17. eſt bene verum, quod omnes concludunt, tunc ſemiplenam ſaltem probationem induci. Sic præciſè *Caballin. præcitato loco*, vbi plures concordantes decit: Sequitur quoque idem *D.Fachineus,præcitato,num.9.*

74 Quinimò *Purpurat.conſ.*558.*num.*3. inquit quod inter partes cenſentur veluti diſpoſitiua, & maxime, quando ſunt iuramento vallata. Sic *Machel.patroc.*11.*n.9.*

75 Extra autem ipſos contrahentes non probant, vt docet *Maluaſ.conſil.*126.*numer.*55.*in princ.Laurent. deciſ. Auenionenſ.*56. *nu.* 17. *Barnabas Coruazzan. deciſ.Lucenſ.*123. *num.6.*

76 Quod amplia, etſi ageretur de fauore piæ cauſæ. Sic poſt multos relatos concludit *Burſ.conſ.*151.*n.*91.*in* 2.

77 Niſi tamen ipſi contractui eſſent conſentienter, quo caſu probant. Sic præciſè *Menoch.d.præſumpt.*133.*n.*2.

78 Declaratur modo iſta principalis fallentia, & primo, vt intelligatur duntaxat quo ad illum ſolum actum, de quo agitur, ita *Mazzol.conſil.*98.*numero* 19. *in princip. & Viuius deciſion. ſua* 283. *num.decimo octauo, in ſecundo, vel vt clarius inquit Rota Ianuenſ. deciſione* 37. *num. ſecundo* procedit ſolum quo ad validitatem actus, per quem prolata ſunt. Sic etiam *Rim.iun.conſ.ſuo* 130.*num.*12. vbi ponit exemplum dicens, quod ſi Stichuus ſeruus Titij fuerit ſtipulatus à Sempronio centum, quantum ad iſtum effectum, quod illa ſtipulatio valeat, & acquiratur ex ea Titio, probatur, quod ille Stichus ſit ſeruus Titij. Sed quo ad illud, an ille Titius ſit dominus illius Stichi, illa verba enunciatiua nil probant etiam inter ipſos contrahentes. Sequitur *Petra de fideicommiſs.q.*11.*num.*280.*Illuſtriſſim. Mantica de Tacitis, & ambiguis libro ſecundo, titul.6.numero octauo, & nono*, vbi omnium pulcherrimè, & ante omnes *Decian.in lege ex his,num.*31.*Cod.de teſt.milit.* vbi nonnulla contraria diſſoluit, *& in auth. ſi quis in aliquo n.* 37.*C.de edendo.*

79 Et ideo quando hæc verba non ſunt neceſſaria ad actum, de quo agitur, nec etiam inter eaſdem partes probant. Sic præciſè *Surd.conſ.*540.*nu.*2.*vol.*4.

80 Declaratur ſecundo, vt præcipuè procedat in ijs, in quibus partes ſibi præiudicare poſſunt, ita *Berous conſil.* 192.*num.*5.*in princ.Grat.conſil.*114. *num.*20.*in princ. Addentes ad Marthesil.ſing ſuo.*79. *nu.*2. *Marcabrum ab Anguill.poſt alios conſ ſuo* 29.*num.*26.*in princ.Cl.Mant. de tacitis,& ambiguis conuent.lib.*2.*tit.*5.*nu.*3.*verſ. hoc tamen, & infiniti alij.*

Quinimò *Maſcard. concl.*622.*nu.*31. poſt alios ibi deductos, tenet, quod in eo caſu non admittatur probatio in contrarium.

81 Secus autem eſſet, ſi hæc verba prolata eſſent ſuper aliqua re, cuius libera diſponendi facultas enunciantibus non adſit, vel ſuper qua diſponentes nõ habeant poteſtatem ſibi præiudicãdi, eo enim caſu induceretur probatio.

82 Exemplum poteſt eſſe, quando in inſtrumento alienationis bonorum eccleſiæ dicitur: Habita licentia Epiſcopi, & præcedentibus tractatib. iſto enim caſu non ſtatur tali confeſſioni inter ipſa partes. Etiam quod principaliter fiat, & per ſe ita plurimi, quos refert, & ſequitur *Menoch.d.preſumpt.*133.*nu.*17.& meritò.

83 Cum enim prohibeatur alienatio rei eccleſiaſticæ, niſi interueniant debitæ iuris ſolemnitates, vtique non ſtatur confeſſioni ipſorum alienantium ſuper ipſis ſolemnitatibus, niſi veritas aliter probetur.

84 Et iſtud eſt generale in qualibet materia, quod non ſtatur confeſſioni inter perſonas prohibitas niſi aliter probetur veritas, cap. qui teſtamentum de probat.

Et talis confeſſio præſumitur facta in fraudem legis prohibentis actum fieri, niſi cum qualitate enunciata, aut confeſſa, l.ſi forte, & ipi *Bart.ff.de Caſtrenſ.pecun.gloſſ. & Doct.in leg.donat.C.collat.* vbi etiam habetur, quod quando quis prohibetur donare niſi per benemerita, non ſtatur, confeſſioni ipſius donantis ſuper benemeritis, cum verba proferantur ſuper re, cuius libera diſponendi facultas enuncianti non adeſt.

Alijs exemplis declarationum iſtam illuſtrare conantur *Menochius d.præſumpt.*233.*num.* 16. *cum duobus ſeqq. Crau.part.prima. in* 3. *particula numero* 65. *cum ſeqquent. & nouiſſime Ioannes Baptiſta Schuuartzent. in repetitione d.leg.optimam,explanatio* 85.*vide per eos addo Surd.conſil. ſuo* 546. *num.primo,& ſecundo in* 4 *& omnium,quod viderim,elegantiſſimè Clar.Mant.dict.titul.6. num.4.cum tribus ſeq.*

Sic etiam poſt alios docet *Maluaſ.conſil.ſuo* 13.*numero* 46.*in* 1.*Decian. conſil.ſuo* 35. *numer.* 29. *in tertio*, *Surdus conſilio* 546.*numero primo,& tertio,verſ.his igitur,in quarto, Pulchrè quoque Clariſs. Eques Dom. Peregrinus conſilio* 6.*num.*15.*vol.*3.*& M.Anton.Macerat.variar. reſolut.libro* 11.*reſol.*38.*n.6. addo Clar. Fach.* poſt hæc verba edita viſum *conſ.ſuo* 37.*numer.*29.*in* 1. *vbi pulchrè, & Decian.in auth.ſi quis in aliquo,nu.*36.*C.de edendo, & ibi addentes in littera K.*

85 Amplia, vt eo caſu, nec præſumptio quidem inducatur. Sic præciſè *Menoch.conſilio* 260.*num.*21.*in* 3.

86 Declaratur tertio prędicta principalis fallentia, vt procedat inter partes tantum, non tamen in præiudicium tertij, ita *Caualcan.deciſ.*21.*n.*41.*in* 2.

87 Et ratio eſt, quia inter alios acta tertio non præiudicant. *l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pactis,& tot.tit.ff.& Cod. res inter alios acta.*

88 Aduerte tamen, quod contra eum ſaltem ſemiplenè probant. Sic poſt *Dec.Ceph.con.ſuo* 443.*num.*8. *in* 3. Aduerte ſecundo, quod quoad tertium dicta verba plenè probant, non ſecus ac inter eaſdem perſonas quando tamen ſumus in his, quæ dependent à voluntate proferentis, & ideo dicit *Bart.in leg. gerit, col.*3. *& ſequentib. ff. de acquirenda hæred. quod ſi aliquis per verba enunciatiua* emiſſa nedum propter ſe, ſed etiam propter aliud, confiteatur ſe eſſe hæredem Titij, vtputa, quia ſcribit ſalutando, talis hæres ſalutem, &c. inducitur aditio hæreditatis, nedum quo ad illum cui confitetur, ſed etiam quo ad alios, ſi poterat hæreditatem Titij adire, vt ibi per eum. Sic præciſè poſt *Aret. ac alios animaduertit D.Marcabrun.præcitato conſ.*29.*n.*63.*cum trib.ſeqq.*

89 Declaratur quartò, vt hæc ipſa fallentia duntaxat procedat, quoad probationem inducendam exemplum eſt cariſſimum de hoc in lege Publia, *§.final.ff.Depoſiti.*vbi talis facti ſpecies determinatur, Titius miſit epiſtolam Sempronio, quæ ſignificauit ei ſic.

Notum tibi facio, quod apud me habes 10. pondera aut plus, vel minus, & ſaculos ſignatos 10. dubitatur ibi, an per huiuſmodi ſcripturam aliqua ſit nata obligatio, & reſpondetur, quod non, ſed quod duntaxat illarum rerum depoſitio per eandem probari poterit. Hanc eandem deciſionem ſequitur *Crauetta conſilio* 29. *numer. ſeptimò.*

90 Fallit tamen iſta declaratio, quando huiuſmodi verba eſſent geminata, nam tunc obligarent; ita poſt alios *Anguill.conſilio ſuo* 5.*numer.*57.*Cogita.*

91 Ampliatur modo principalis iſta fallentia, & primo, vt procedat maximè in antiquis, tunc enim huiuſmodi verba pleniſsimè probant inter partes: *ita Mazzol.conſil.* 91.*num.*8.*in primo,Pancirol.conſ.*165.*n.*13.*in* 1.

92 Ampliatur ſecundo, vt non ſolum inter ipſos contrahentes probent hæc verba, ſed etiam inter eorum hæredes, & ſucceſſores; ita *Crau.conſ.ſuo* 29. *numer.*1. *&* 564.

numero ſecundo,in 4. Caualc. deciſione ſua 8.ſupracit.nu.41. & Menoch.d.præſumpt.133. num.3. addo Clar. Fachineum poſt hęc edita viſum, conſil.ſuo.98. nu.13. vol.1. & Illuſtriſ. Tuſcum concluſ.ſua 622.numer.3. in litter.C. vbi ſubdit nil referre, an ſucceſſores ſint ſingulares, vel vniuerſales,

Subamplia, vt id procedat etiamſi reſpecta habentium ius ab eis, ita pulchrè poſt nonnullos relatos D.Hector Felic.poſt hæc edita viſus allegat.ſua 32.nu. 6. part.3. alleg. ſua 48.nu.6.ead.parte.

93 Ampliatur tertio adeò iſtam fallentiam procedere, vt etiam aliquando non admittatur probatio in contrarium. Sic poſt alios Menochius dicta præſumptione 133.nu. 4. vbi exemplificat, quando huiuſmodi verba emittuntur ſcienter ſuper eo, ſuper quo partes ipſæ poſſunt ſibi præiudicare.

94 Ampliatur quarto, vt locum habeat, etiamſi enunciatur id, quod eo tempore confecti actus non potuit veriſimiliter interuenire, veluti ſi ſit enunciatum, factum fuiſſe ſubhaſtationem bonorum alienatorum, quæ non poterat interceſſiſſe tempore prolationis, quoniam debuerat viginti dierum ſtare curriculo, ad legem primam Cod. de iure Haſt.fiſci libro decimo. Nam ideò minus hæc enunciatio probationem facit inter ipſos contrahentes, licet quo ad alios non. Sic poſt alios Menoch. dicta præſumptionib. 133.numero 12.& Illuſtriſ.Mantica d.tit.6.n.3. addo Maſcardus cit.concluſ.622. num. 29. nota tamen contrarium in hoc poſt alios ſenſiſſe Clariſſimum Fachineum poſt hæc edita viſum, conſilio ſuo 37.nu.vigeſimo octauo vol.1.

Limitatur autem hæc eadem fallentia plurib. modis.

95 Et primo, vt non procedat, vbi diſpoſitio facta eſſet per verba, futuris temporis leg. Titia cum teſtamento, in principio, de leg.2. ſequitur Viuius poſt alios, deciſ. ſua 283. num.16.in 2.

96 Limitatur ſecundo, vt pariter locum non habeat, quotieſcumque ſumus in his, quę ſunt iuris quia hęc confeſſio præiudicare non ſolet, leg.ornamentorum, ff.de auro, & argento leg.

97 Exemplum quoque poteſt eſſe. Si quis confiteatur, ſe furtum commiſiſſe, & re vera illud non commiſerit: talis enim confeſſio non præiudicat. puta ſi res, quam dicit ſe ſubtraxiſſe, erat propria ipſius confitentis, cuius rei propriæ furtum committi non poteſt, & hoc iure meritò. Non poteſt enim confeſſio diſpoſitionem iuris immutare, & facere furtum, vbi furtum non eſt. Ita quoque docent addentes ad Riminaldus Senior, conſ.544. in litt. A, volumine tertio. Crauet.conſil.29.num.ſecundo, Bimius conſilio 137.num.8.in 2. & nouiſſimè Carol.Iallong. recematione ſua iuris ciuilis vigeſima ſexta, numer.5. & 6. & per totam, vbi tres alias declarationes deducit ad ſupraſcriptam fallentiam.

98 Limitatur tertio ſupradicta fallentia, quando agitur de aliqua re, quę ſit prohibita, & non niſi certo caſu permiſſa, quia ille caſus aliter eſt probandus, quam his verbis, & ſola partium confeſſione, ita docet Bimius conſil. 137.num.9.in ſecundo: vbi rationem adducit dicens, quod alias vis ipſius actus penderent à ſimplici partium verbo, & non à veritate ipſa, & ſi iure, & idcirco cum inter virum, & vxorem donatio prohibeatur, niſi ex cauſa benemeritorum, debent huiuſmodi merita, & ſeruitia aliter probari, quam ipſorum coniugum confeſſione, & latius, vt per eum.

99 Limitatur quarto, quotieſcumque contrahentes ſunt perſonæ prohibitæ, & ſuſpectæ, quales ſunt vir, & vxor: ita poſt alios idem Bimius conſilio ſuo 95. nu.37.in 1.

100 Coarctatur quinto quotieſcumque hæc verba fuerunt prolata ab eo, qui veriſimiliter enunciatum ignorauit, nam tunc inter contrahentes non probant ita Roſenthal. de Feudis, capitulo ſexto, concluſione vigeſima quarta, in littera D. fere in fin. Poſt alios Riminald. iunior. conſilio 382. numero venteſimo quarto; & Menochius dicta præſumptione 133. num. 13. & decimoquarto, vbi hoc exemplificat in filiatione, dicendo, confeſſionem filiationis incidenter, & enunciatiue emiſſam non facere præſumptionem, aut effectum, quaſi poſſeſſionis filiationis, quominus is, qui ſe poſtea aſſerit filium, probare teneatur ſe filium, quando emiſſa eſt ab eo, qui probabiliter ignorabat.

101 Limitatur ſexto, quando illud, quod enunciatur, non ita clarè, ac ſpecificè enunciatur, ſed in genere, hic enim, cum genus parati incertitudinem, verba ipſa enunciatiua, nec inter partes ipſas operari poſſunt pulchrè P.de Caball.poſt hæc edita viſus, conſilio ſuo 123. num. 8. in ſecundo.

102 Fallit octauo Regula principalis contra enunciantem, contra quem huiuſmodi verba plenè probant. text. eſt clariſſim.in leg.vnica, §. ſimilique modo il 2. Cod.de lat. libert.tollenda; & in d.leg. Publia §.fin.ff. depoſiti, notatur in leg.exemplo, C de probat.

Et ratio iuris id expoſtulat, vt aſſertioni noſtræ contra nos credatur, iuxta leg.cum precum, cum ſimilibus, C.de liber.cauſ. quia imputandum nobis eſt, cur talia verba proferamus, vt in ſimili inquit Eugen. conſilio 44. nu. 17.in primo.

103 Adde, quod nulla eſt maior, & excellentior probatio, quam ea, quæ fit per proprij oris confeſſionem, ad leg.generaliter, in fine, C.de non numerata pecunia; latè Clariſs. Peregrin.de fideicommiſſis, art.43.numer.73. Vnde infertur, quod ſi forte cum Titio vtpotè Seij procuratore, contraxerim, amplius id inficiari non potero. DD. in Authent.Si quis in aliquo C.de edendo.

Hanc eandem limitationem ſequitur Barbatia conſilio ſuo 37.numero 2. in tertio. Socin.iunior.conſilio 77.numer. 6. in 1. Menoch.conſilio 812.numero 3.in nono. Purpur. conſil. 279.numer 12.libr.2. Gargiareus Patrocinio ſuo 19.numero 77.& nouiſſimè Surd.conſilio 546.numer.7.vol.4. Vide Granut.concluſ.ſua 20.per totam, & Clariſs.Farinaccium in ſuis deciſionibus nouiſſimis Rotæ Romanæ deciſ. 20. numero tertiò.

104 Sed contrarium videtur ſentire Beltran. conſilio ſuo 78. part.1. Berous latè in ſuo conſilio 170. a principio, vſque ad numero octauo, in 2.& inter alios ipſemet Gargiareus ſibi contrarius patrocinio, 18.numer.19. Dicit enim ibi, quod libellans non dicitur fateri in libello contenta ſub verbis enunciatiuis contra ſe.

105 Pro Reſolutione Magiſtraliter vna cum Felino in capit. cum venerabilis numer. 23. de exceptionibus, ſic eſt reſpondendum, quod dictum illud ſecundum Gargiarei, & aliorum, habet locum in producente ſimpliciter ſcripturam, licet in regia audientia Apuliæ aliter de anno 1575. de Menſe Iunij iudicatum fuiſſe teſtetur Viuius lib. 3.opinione 1038. num.6.

Sed vbi contrahens ſcribit ſcripturam, eamque producit, & affirmat aliquid enunciatiuè, tunc benè dicta verba ſibi præiudicant, & contra eum probant iuxta ſcripta per Oldrad.conſilio. 198. verſiculo ad quartum, & ſequitur pręcisè Clariſsim. Menochius de præſumptionibus, libro ſecundo, capitulo 45.numer.17. cum duobus ſequentibus, ac Maſcard. concluſione ſua 916. à numero nono, vſque ad 13. incluſiuè, ac ita procedit prior opinio, quæ quidem eo magis locum habet, ſi producerentur plures ſcripturæ, nam tanto magis producens videretur confiteri omnia in eis contenta contra ſe. Sic præcisè in terminis Mohedan. de Regularib. deciſion. ſecunda, alias 192. Tangere videtur Menoch.conſil.147. numero 13.verſ. Nam reſpondeo in 2.

Videndus Maſcard.concl.ſua 916.vbi pulchrè docet, an & quando producens inſtrumentum præſumatur fateri omnia in eo contenta, adeundus quoque Cl. D.Sigiſmun-

dus

*dus Scaccia poſt hæc edita viſus, de Iudic. Cauſarum ciuil.li. 2.capitulo* 11.*à num*.408. *vſque ad* 431. *incluſiuè*,vbi latiſſimè de hac eadem materia ſat mihi loca tetigiſſe, conſulendus etiam Illuſtriſs.*Cardin.Tuſcus concluſion.ſua* 646. *in littera G.* & 647. vbi an, & quando confeſſio facta in libello, poſitionibus, præcibus, & alijs noceat confiteri, omnium elegantiſſimè diſceptatur.

106 Limitatur tamen iſtud, ſi probetur contrarium per aduerſarium, iſta enim confeſſio non præiudicat confitenti,quoniam eneruat eſt. Sic poſt alios *Raynald. Corſus in additionib.ad conſilia,Oldradi,conſ.*198. *in littera A.*

Remanet ergo firmum, hæc verba probare contra enunciantem.

107 Sed adhuc multa contra eandem fallentiam obſtare videntur.

Et primo obijci poteſt *tex. l.Lucius Titius teſtamento*, §.*Quiſquis mihi hæres erit. de legat.* 2. quem alias induximus, vbi teſtator ita dixi. Quiſquis mihi hæres erit, ſciat me debere Demetrio Patruo meo denaria tria,& depoſita apud me, a Seleuco patruo meo alia denaria tres, quæ etiam protinus reddi, & ſolui iubeo: Quæſitum eſt,an ex hac confeſſione comperat actio ſimpliciter in Demetrio illa denaria tria petendi? & Reſpondetur ibi, quod non; ecce ergo, quod verba enunciatiua non probant contra proferentem, quia ſi probarent, vtique ſibi abſque alio actio competeret.

108 Ad idem ſecundo loco ſuffragari videtur *text.in leg.non epiſtolis, Cod. de probation.* vbi talis facti ſpecies proponitur. Cuidam Ancillæ Sempronij epiſtolam miſiſti,in qua eam ſororem vocaſti credens re vera eam eſſe ſororem tuam; dubitatur ibi, an per illam, epiſtolam, in qua ancillam illam ſororem vocaſti, tibi præiudicaueris? & Reſpondetur,quod non.Ecce ergo,quod verba enunciatiua non probant contra enunciantem.

His tamen non obſtantibus ab ipſa fallentia,quę communiter recepta eſt, minimè recedendum arbitror.

109 Nec officit *text.in d.l.Quiſquis mihi hæres erit.*Reſpondeo enim non dubitari in eo textu, an verba enunciatiua probent contra enunciantem, probare enim abſque dubio præſupponitur, ſed in eo ſita eſt dubitatio, an obligent ipſum proferentem, & concluditur, quod non. Quod autem res ita ſe habeat, clare colligitur, ex verbis ipſiuſmet §.*ibi.* (Quæſitum eſt,an ſi non deberentur,actio eſſet)ita arguendo.

Si illa denaria tria, quæ teſtator aſſerebat penes ſed depoſita, vel ſe debere Demetrio patruo ſuo, re vera deberentur, abſque dubio proferens ob ſuam confeſſionem eſſet obligatus, & ipſi Demetrio per conſequens actio ad dicta tria denaria repetenda competeret. Sed quia verba enunciatiua licet probent contra enunciantem, cum tamen non obligant,vt ad litteram eſt *text. in l. Publia,* §.*fin. ff.depoſit.* ideo mirum non eſt,ſi ſubijciuntur illa verba *in tex.in d.*§.*Quiſquis, qua ſitum eſt*, an etſi non deberentur,actio eſſet? Reſpondi,ſi non deberentur, nullam quaſi ex debito actionem eſſe.

110 Minus officit ſecundo loco *tex. in d.leg.non epiſtolis, C. de probat. ideo* enim ibi non gignitur præiudicium ipſi enuncianti, &c. Tum quia inerat error, credebat enim re vera ancillam illam eſſe ſororem ſuam, cum etiam quia ſpecialiter conſtitutum eſt,vt conſanguinitatis neceſſitudo nō epiſtolis, ſed natalibus vel adoptionis ſolemnitate coniungetur,vt ad litteram ibi dicitur, & ſic non officit.

Concludendum eſt igitur denuò verba enunciatiua probare contra enunciantem.

111 Ampliatur,vt non ſolum contra ipſum, ſed etiam contra ſingularem eius ſucceſſorem, ab ipſomet tamen cauſam habentem,probent.Ita poſt alios *D.Fuſc.ſing.ſuo* 16. *in littera V.*& *Pappon.poſt alios conſ.ſuo* 49.*num.*25.

112 Ampliatur ſecundo, vt hæc verba non ſolū contra ipſum probent, ſed etiam contra ipſius hæredem, & meritò, hæres enim adeundo hæreditatem,omnia geſta per enunciantem confirmat,cum ſit cum eo, vna, & eadem perſona;ita *Papp.citat.conſ.*49.*n.*23.

113 Ampliatur tertio Iſta 8. fallentia, vt præcipuè procedat, quando agitur de facto proprio ipſius enunciantis, tunc enim plenè probant, ita dicunt omnes per illum *text.in Clem.*1.*de probat. Decian. poſt alios conſ.*32. *nu.*82. *in* 2.

114 Ampliatur quarto, vt pariter procedat, etſi tractetur de renunciatione alicuius iuris ipſimet renuncianti competenti, adhuc enim ex dictis verbis oritur probatio contra renunciantem; exemplum poteſt eſſe in renunciatione legitimæ facta per filium, ipſius enim legitimæ renunciatio etiam per verba enunciatiua optimè probatur contra ipſum renunciantem, Sic præcisè *D.Anguill. conſ.ſuo* 29.*num.*69.

115 Limitatur tamen,quando illud,quòd principaliter fuit enunciatum,in dubium poſtea reuocatur,ita pręcisè poſt alios idemmet *Decian.conſil.*120.*num.*19.*in* 3.

116 Limitatur ſecundò in ijs, quæ non dependent à partium poteſtate, hoc enim caſu hæc verba contra ipſummet enunciantem minimè probat, ad hoc multum deſeruit doctrina *Alexandri in leg.ſi donatione. C.de Collationibus*, vbi dicit, quòd ſi filiusfamilias, qui ex forma ſtatuti obligari non poterat, niſi eſſet mercator, mutuam accipiens pecuniam,fateatur ſe mercatorem, illa confeſſio ſibi non præiudicabit, quia verba enunciatiua ab aliquo prolata non officiunt proferenti, quoties ſunt prolata circa ea, quæ non pendent à libera ipſius poteſtate.

117 Fallit nono Regula principalis,quoties ſunt prolata ab homine receptæ authoritatis in reb. modicis præiudicij; tunc enim huiuſmodi verba probant; ita poſt alios *Dec. conſilio ſuo* 21.*numer. tertio, in primo*, & *Gilken. de vſucaptionibus,p.*2.*memb.*1.*cap.*6.*n.*80.

118 Siuè de re magni momenti tractetur,& concurrat longi temporis ſuffragium, atque agatur inter eoſdem contrahentes,vel eius ſucceſſores,adhuc etiam probant;ita poſt alios *Gilkenus citato loco,numer.*81.*cum ſeq.* vbi quoque quantum temporis interuallum requiratur breuiter diſcutit.

119 Fallit decimo, quando ſunt prolata cum ratione expreſſa, & finali,tunc enim probant: ita poſt alios *Crauet. conſ.*911.*nu.*15.*verſic.ſed,*& *aliud,vol.*5.& *Decian. conſil.* 40.*num.*122.*in primo*, vbi id exemplificat in fideicommiſſo, quando ea expreſſa ratione inductum eſt, vt bona conſeruentur in familia,ac agnatione.

120 Coarctatur vndecimo, quando ſunt prolata in pluribus locis,ſeu,quòd idem eſt, pluries repetita, tunc enim fidem faciunt, ac probant, ita inter cæteros *Laurent. à Pinu.conſ.ſuo* 26.*num.*5.

121 Limitatur duodecimo in his, qüæ per conſenſum inducuntur, tunc enim probant, non ſecus ac ſi diſpoſitiuè prolata eſſent,ita poſt alios,quos ibi refert *Gallia,conſilio* 102.& 14.*in* 1.

122 Exemplum poteſt eſſe in conſtitutione procuratoris. quæ conſiſtit in libera diſpoſitione, & ſimplici voluntate partis, ſic etiam in locatione, ac conductione, quæ non verbis,ſed ſolo conſenſu inducuntur,*leg.*1. *ff. loc.leg. ſi ſtipuler,* §.*ſi in locando, ff. de verbor.obligation. pulchrè Carror.de locato, pagin. mihi* 39. *quæſtione* 6. *numer. ſecundo,* & *quæſtione* 7. *numero tertio*, idem in emptione, & venditione non cludito; ij enim contractus quoque ſolo conſenſu perficiuntur, *gloſs.* & *Doctor. in leg.* 1. *de contrahenda emptione,* & *in leg.conſenſu in princip.de Actionibus,* & *obligat. Sequitur Pater de Rauenna. Singul. ſuo* 193.

123 Fallit decimotertio, quando hæc vebra ex titulis conualidātur,prout ſunt inueſtituræ,eo .n. caſu plenam pro-

bationem inducunt: ita poſt alios *P. Leonius Patauinus conſ. ſuo 28. num. 10. vol. 1.*

124 Fallit 14. quãdo huiuſmodi verba prolata ſunt per modum confeſſionis, quæ confeſſio redacta ſit poſtea in ſcriptis. Sic præciſè, & latè *Pariſ. ſuo 77. n. 38. in 3. Exemplum poteſt.* eſſe ſecundum Decium in materia Liuellaria. Confeſſio enim præiudicat confitenti dicenti ſe eſſe liuellarium, vt poſt *Socin. ſubijcit etiam idem Pariſ. cit. conſ. 77. num. 39.*

De hac autem materia, an, ſcilicet, verba enunciatiua per modum confeſſionis probent, latè *Vital. de Camban. in ſuo tract. Clauſularum, in verſ. enunciatiua verba confeſſionis.*

125 Fallit decimoquinto, quando iſta verba ſunt iuncta cum alijs coniecturis, ac adminiculis: tunc enim multum operantur, ac probant: ita poſt alios *Pariſ. conſ. 5. num. 210. in 4. Decian. conſ. 68. num. 12. in 2. Maſcard. d. concluſ. 612. num. 25. in 1. Sequitur Clariſs. Bardellon. conſil. ſuo 49. num. 53.* vbi concordantes adducit *Fabium de Anna, Riminald. iuniorem, ac alios.*

126 Fallit 16. ſi huiuſmodi verba prolata ſint de eo, quod potuit tunc eſſe, vel fieri: tunc enim probant etiam inter alios: vt latè inter cæteros docet *Maſcard. citata concluſ. 622. num. 26. & 27.* Exemplificans in notario in inſtrumento atteſtante Titium puta procuratorem Caij promiſiſſe; talia enim verba vtique probant Titium eſſe procuratorem ipſius Caij, & latius, vt per eum. Addo poſt hæc edita viſum Ioannem de *Caſtill. ſuarum controuerſiarum quotidianarum c. 26. num. 69.* item ſi prolata ſint de his, quæ potuerunt interuenire tempore confecti inſtrumenti, licet ſecus ſit in alijs ſic præcisè *Dec. in authent. ſi quis in aliquo num. 35. C. de edendo.*

127 Fallit 17. quando ſunt prolata præſente eo, ad quem diriguntur, eo enim caſu non ſolum probant, ſed etiam diſpoſitionem inducunt. Sic inter cæteros *Bern. Bomb. conſ. ſuo. 76. num. 24.*

Exemplum poteſt eſſe in legimitate filij probanda; Si aliquis enim pater naturalis præſente eius filio naturali legitimato fateatur, quod de eius licentia, & mandato ipſe ſe legitimari fecit, plene creditur hiſce verbis prolatis à patre, licet res in rei veritate aliter euenerit, & ſic ipſemet filius legitimatus de conſenſu, & voluntate ipſius patris ab omnibus exiſtimatur, ſic in puncto cõſuluit *Angel conſ. ſuo. 87. ſequitur Viuiu. dec. ſua 1038. n. 5. in 3.*

128 Fallit decimooctauo cum agitur de modico præiudicio, quia tunc probat. ſic poſt alios *Maſcard. dicta concluſ. 622. num. 48.*

Addo *D. Fab. de Anna poſt hæc edita viſum conſ. ſuo 88. num. 29.*

129 Aduertendum eſt autem, quod in omnibus illis caſibus fere, in quibus verba enunciatiua, nec diſponunt, nec probant, aliqualem ſaltem præſumptionem inducunt, ſic poſt *Bart. Alex. conſ. 21. in 1. Cæphal. conſil. 297. num. 13. in 2. Pinu. conſ. ſuo 26. num. 6. Menoch. conſ. 147. num. 14. in 2. Laur. deciſ. ſua Auen. 51. nu. 1. in fine, & alij.*

130 Et transferunt onus probandi in aduerſarium; ita poſt alios *Laurent. citata ſua deciſione nu. 4. Petra de Fideicom. quæſtione 11. num. 628. Socin. iun. conſ. 65. numer. ſeptimo, in princ. & D. Ponte, conſ. 95. 18.*

131 Ita vt ipſis ſtetur, donec re vera probetur contrarium, ita *Socin. iun. conſ. 189. num. 98. in 2. Scotus reſponſo 3. num. 10. libr. 1. tomo 2. Fab. Turret. conſ. 71. numer. 15. in 1. & D. Menoch. conſ. ſuo 401. num. 52. vol. 5. & conſ. 504. num. 39. vol. 6.*

132 Quo oſtenſo ea verba tanquam per errorem, & inconſulte prolata nil probant, etiamſi geminata, & repetita fuiſſent, ita poſt alios *Bimius conſ. ſuo 174. n. 10. in 2.*

133 Et ratio, mea ſententia, huius animaduerſionis ea poteſt eſſe, quia nullum verbum debet ſtare otioſum, & ſine virtute aliquid operandi, vt poſt alios ſcribit *Schurp. conſilio ſuo 36. num. fin. centuria ſecunda: latiſſimè Honded. conſilio ſuo 48. numero 34. volumine primo, cum ſeq.*

134 Ampliatur vt præſumptionem faciant etiam ad fauorem tertij, ita *Roma. conſ. 63. Cæphal. conſ. 297. numer. 15. in ſecundo; Dec. in d. l. ex his, numer. 19. cum ſequent. C. de teſtament. milit. & Hyppol. Rimin. conſil. ſuo 6. numer. 59. vol. 1.*

135 Quæ ſane præſumptio hunc parit effectum, vt reijciat onus probandi in aduerſarium; ita poſt Abb Rom. Iaſ. & alios tradit Menoch. conſ. ſuo 207. num. 11. in 3.

136 Primo extende hanc ampliationem procedere, quando verba hæc enunciatiua fuerunt prolata in iudicio,

137 Secundo, quando antiquitus prolata.

138 Tertio, quando adhibitum fuit iuramentum.

139 Quarto, quando hæc verba enunciatiua ſignificant cauſam finalem eius, de quo agitur, & quando habetur reſpectus ad qualitatem perſonarum, quas veriſimile eſt non mentiri. in his enim omnibus caſibus ſine controuerſia pro tertio præſumptionem inducit teſtatum reliquit *Momenclator egregius Dom. meus Men. dict. præſumpt. 133. n. 6. vſque ad 12.* Subamplia, vt hæc verba ad fauorem tertij inducant etiam ſemiplenam probationem. Sic poſt multos relatos *D. Trentacinq. dict. reſol. 2. n. 94. vbi ex Decij ſententia atteſtatur de communi.*

140 Ampliatur ſecundo, vt hæc verba præſumptionem inducant etiam contra tertium, vt poſt alios tradit *Cæphal. conſ. ſuo 443. n. 18. in 3.*

141 Et non ſolum contra tertium ſimpliciter, ſed etiam contra eius ſucceſſorem; idem *Cephal. conſ. 90. numer. 52, in 1. Crauet. conſ. 217. n. 7. in 2.*

142 Fallit decimonono principaliter in delictis, & præcipuè, cum agitur de probando mandato, ad hoc enim, vt quis dicatur mandaſſe committi delictum, vt puta homicidium, non requiritur, quod interueniant verba imperatiua, aut præceptiua, ſed ſufficiunt etiam enunciatiua; ex quibus coniecturate appareat, quod ipſe mandans optauerit fieri vindictam, vel delictum committi; ſic communiter *DD. omnes in leg. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, verſ. pater. ff. de acquirenda hæreditate, vbi in ſpecie Bald. & Iaſ. in principio, & numer. 3. necnon, & numer. 13. idem Iaſ. in leg. 1. numer. 1. Cod. de ſeruis fugitiuis; Claſs. Menoch. de præſumption. lib. 5. preſumpt. 27. numer. 10. Decian. in Tract. crimin. lib. 9. cap. 34. numer.* vbi tamen loquitur alijs coniecturis concurrentibus, *Maſcard. de probat. concl. 866. numer. 16. Schrader. de Feudis part. 9. c. 2. nu. 47. in 2. ampliatione in fine, & nouiſſime Monacha iuris Clariſs. D. Farinac. in ſua Prax. & Theoric. crim. part. 2. tom. 2. tit. de Conſultoribus queſt. 134. c. 3. nu 6.* vbi de communi poſt infinitos alios concordantes adductos, intelligit tamen, quando ipſamet verba ſunt prolata propter ſe, ſecus ſi propter aliud vt per eum.

143 Ratio autem huiuſce concluſionis ea de facili poteſt eſſe, quia mandatum inducitur quocunque modo, & quibuſcunque verbis appareat voluntatem iubentis præceſſiſſe; ſic enim colligitur *ex dict. l. ſi quis mihi bona, §. ſed ſi quid ſi mandauit, ff. de acquirenda hærend. & pro regula firmauit poſt plures adductos præfatus Clariſs. Domin. Farinac. dict. quæſtione 134 præcitato capitulo, tertio numero 1.*

144 Exemplum autem in hoc caſu poteſt eſſe, quando quis dicit, Bonum eſſet vindictam facere, nec decet hanc iniuriam remanere impunitam: ſic poſt *Monticell. Clar. Farinac. d. c. 3. n. 6. & num. 8.*

145 Intellige tamen propoſitam huius concluſionis regulam, quia licet mandatum quibuſcunque verbis, & quocunque modo inducatur, hoc tamen intelligitur, (prout & nos in principio annuimus,) dummodo ex dictis verbis, & ex propoſito modo appareat de intentione & voluntate mandantis, & ſic mandantem ita voluiſſe,

prout

prout poſtea mandatarius fecit: ſic præciſè inter alios animaduertit *Maſcard. dict. concluſione 866. numero 1. & Clariſs. Farinacc. dict. capit. 3. numero 14.*

146 Sed Pulchra de hac materia poteſt hic excitari quæſtio, & eſt, an mandatum præſumatur, ſeu inducatur, quando dominus, qui aliquam iniuriam paſſus eſt, ſuo famulo dixerit: Non redeas domum, donec aliquid noui ſenſerim de illata iniuria, aut quid ſimile?

147 In qua quidem difficultate, concluſio ſtat pro affirmatiua: ſic ante omnes docuit, ac firmauit *Bartol. in dicta lege ſi quis mihi bona fide, §. ſed quid ſi mandauit*, vbi ſubdit ita fuiſſe obſeruatum Florentiæ in quodam nobili, qui propterea fuit decapitatus, & Bart. ſic dicentem ſequuti ſunt ibidem *Bald. Angel. Iaſon. ac plurimi alij*; ſequutus eſt quoque hoc idem poſt infinitos tum ex veteribus cum ex recentioribus concordantes adductos *Clariſſim. Farinacc. dicto tractatu de Conſultoribus quæſtione 134. capit. 2. numero 41. & conſilio ſuo 102. numero 2. & ibi in additionibus in littera B.*

148 Et hæc opinio eſt communiter recepta, teſte eodem *Farinacc. præcitat. locis.*

149 De hac autem concluſione latius differere ſuperuacaneum dijudico, quandoquidem quomodo, quando, & in quibus caſibus ipſa locum habeat, & procedat, & è contra, omnium elegantiſſimè more ſuo diſceptatur ipſemet *Dom. Farinacc. præcitat. quæſtio 134. dict. cap. 2. à nu. 41. vſque ad 56.* ad ipſum igitur lectorem beneuolum remitto.

150 Videndi quoque per eundem lectorem *Clariſs. Decian. dict. capit. ſuo 34. Maſcard. dict. Concluſione ſua 866. & Farinacc. dict. quæſtione 134. cap. 3. per totum*, vbi quibuſnam verbis mandatum ipſum in delictis inducatur, & probetur omnium latiſſimè edifferunt, atque pertractant; ac enim mihi loca tetigiſſe.

151 Fallit vigeſimo, regula principalis, nam, quæ verbis enunciatiuis pronunciata fuerunt, vera præſumuntur *lege quidam, ff. de probationibus, & lege optimam, Cod. de contrahenda ſtipulatione; ſequitur Clariſs. Menoch. dicta præſumptione 133. numero 1. & per totam*, vbi an, & quando, nec non in quibus caſibus hæc eadem regula procedat, omnium elegantiſſimè, & ex profeſsò diſcutit, atque declara; eum conſulas.

152 Fallit vigeſimoprimo principaliter regula ſupradicta quo ad præiudicium proferentis, maximè in his, quæ ſibi poſſunt præiudicare; nam tunc abſque dubio verba enunciatiua probant. Sic præciſè poſt plures relatos *Clariſs. Decian. conſilio 120. numero 18. volum. 3.* vbi exemplificat in filiatione.

153 Intellige tamen hoc procedere, vbicumque talia verba enunciatiua forent neceſſaria ad actum, de quo agitur, alias ſecus, quia etiam inter ipſas partes, & in earum præiudicium non probarent. Sic in terminis *Decian. præcitato numero 18. conferunt ſcripta ſupra numero 101. cum ſequentibus.*

154 Coarctatur vigeſimoſecundo principaliter; nam quando vltra verba enunciatiua de præterito ſequitur poſtea promiſſio, & diſpoſitio; tunc ſtandum eſt verbis ipſis enunciatiuis ratione annexæ promiſſionis, & diſpoſitionis; hæc eſt pulcherrima doctrina *Bald. per illum textum in lege ſi ſocietatis Cod. pro ſocio, ſequuti ſunt Berous, conſilio 87. numero final. volum. 2. & Illuſtriſs. Domin. Card. Mantica de Tacit. & Ambig. conuent. lib. 2. tit. 7. n. 17.*

155 Fallit 23. fauore Eccleſiæ, ac piæ cauſæ, tunc enim verba enunciatiua probant; ſic præciſe poſt infinitos relatos *Clariſs. Dom. Fachineus lib. 1. conſilio 30. num. 10.*

156 Et hæc ſufficiant. Latiùs autem de hac eadem materia verborum enunciatiuorum ſumptorum in genere, an, ſcilicet, & quando probent, differit *Cardin. Tuſch. concluſione ſua 81. in littera V, per totam; vide per eum.*

## Primi Libri Finis.

# DE ENVNCIATIVIS VERBIS TRACTATVS

## D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER SECVNDVS.

### An verba Enunciatiua poſita in inſtrumento probent.

### QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua inſtrumenti minimè probant.*
2 *Ampliatur, & numero 3. 4. 5. & 6.*
7 *Limitatur, & numero 8.*
9 *Declaratur, & numero 10. 11. 12. & 13.*
14 *Verba enunciatiua inſtrumenti inter eaſdem perſonas non probant, quo ad tertium abſentem.*
15 *L. fin. ff. de interrogatorijs actionibus caſus.* Explicatur, numero 21.
16 Confeſſio facta abſente parte non præiudicat confitenti. Declaratur iſta regula, numero 22. 23. 24. 25. & 26.
17 Contra quod *Verba enunciatiua inſtrumenti probent etiam quo ad tertium abſentem.*
18 Fundamenta huius opinionis, *& numero 19. & 20.*
27 Guid. Pap. deciſio adducitur.
28 *Altera Maſcardi.*
29 *Vtraque interpretatur.*
30 *Dominium regulariter non probatur per inſtrumentum.*
31 *Quinimò nec per inſtrumentum locationis.*
32 *Verba enunciatiua poſita inſtrumento non probant etiam inter eaſdem perſonas, quando principaliter de ipſo enunciato contingit diſputari.*
33 Contrarium tenet Socin.
34 *Verba enunciatiua poſita in inſtrumento non probant etiam inter eaſdem perſonas, quando perſonæ in eo nominatæ eſſent.*
35 *Enunciatiua verba inſtrumenti probant contra partem aduerſam patientem huiuſmodi verba inſeri in ipſo inſtrumento.*
36 *Exemplum.*
37 *Sic etiam contra producentem probant.*
38 *Verba enuuciatiua inſtrumenti probant in antiquis.*
39 *Rationes, & numero 40.*
41 *Quod tempus dicatur Antiquum, dubitatur.*
42 *Diuerſorum opinio.*
43 *Communis ſententia.*
44 *Opinio Auctoris.*
45 *Confirmatur, & numero 46. 47. 48. 49. & 50.*
51 *Verba enunciatiua inſtrumenti inter priuatas perſonas, licet ſimul prolata, in antiquis non probant.*
52 *Contrarium verius.*
53 *Perpenditur text. in l. inſtrumenta domeſtica, C. de probationibus.*
54 *Verba in dubio ſunt in potiori ſignificatu capienda.*
55 *Verba enunciatiua inſtrumenti ſimpliciter prolata inducunt ſemiplenam probationem.*
56 *Scriptura priuata plenè probant in antiquis.*
57 *Reſoluuntur contraria.*
58 *Verba enunciatiua inſtrumenti in antiquis probant etiam contra tertium.*
59 *Declara multis modis, & numero 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. & 68.*
69 *Diſtingue, & numero 70.*
71 *Alia diſtinctio.*
72 *Verba enunciatiua inſtrumenti antiquis probant etiam ad fauorem tertij, & numero 73.*
74 *Confinia bene probantur per inſtrumenta de antiquo.*
75 *Ratio.*
76 *Contrarium multi.*

*Communis retinetur.*
77 *Ampliatur, & num.78.*
79 *Plura inſtrumenta verborum enunciatiuorum an requirantur ad probandos confines, diſputatur.*
80 *Communis opinio ſtat pro affirmatiua.*
*Ratio, ibidem, & num.81.*
82 *Amplia.*
83 *Declara, & num.84. & 85.*
86 *Limita, & num.87.*
88 *Verba enunciatiua poſita in inſtrumento ſollemnitate enunciante probant in Antiquis ipſa ſollemnitates.*
89 *Dominium, & poſſeſſio in antiquiſſimis per verba enunciatiua probatur.*
90 *Quicquid dixerit Hieronymus de Monte.*
91 *Ratio, & numer.92.*
93 *Inſtrumenta plura antiqua in quibus aliquid enarretur, ſi varia ſint inter ſe quid agendum?*
94 *Verba enunciatiua in reſcriptis, ac priuilegijs antiquis probant.*
95 *Ius patronatus per verba enunciatiua inſtrumenti in antiquis bene probatur.*
96 *Verba enunciatiua appoſita in inſtrumento probant, quando in calce ipſius inſtrumenti eſt appoſitum iuramentum.*
97 *Declara, & num. 98.*
99 *Verba enunciatiua inſtrumenti non probant in antiquis, quando concurrerent plura ſpecialia.*
100 *Verba enunciatiua inſtrumenti probant fauore piæ cauſæ.*
101 *Item probant quoad ciuilitatem.*
*Exemplum ibidem, & num.102.*
103 *Item quoad dotem.*
104 *Item quando ſunt geminata.*
105 *Verba enunciatiua ad hoc vt in caſibus ſupra enarratis probent, debent clarè, & ſpecificè interuenire.*
*Ratio ibidem.*
106 *Exempla, & numer. 107. & 108.*
109 *Verba enunciatiua aliquorum actorum in inſtrumento poſita, an probent illa acta interueniſſe.*
*Exemplum ibidem.*
110 *Diſtingue, & numer. 111.*

VIdemus hucuſque, an verba Enunciatiua generaliter ſumpta diſpoſitionem, ac probationem inducant: Nunc autem ad principales eorum quæſtiones deueniendo, de infraſcriptis breuiter ac ordinatè diſſerendum eſt. Ambigitur itaque primo.

An verba enunciatiua poſita in inſtrumento probent.

1 Et non probare veriſſima eſt ſententia, ita notatur in *authentica, ſi quis in aliquo, Cod. de edendo, ſequitur Rim. iun. conſ.257. n.76. in 3.*

2 Amplia, vt præcipuè procedat, ſi error allegatur, ita poſt alios *Matthæus Cun. de pactis libr. primo capitul. 11. numer.94. idque argumento text. in leg. non epiſtolis, et leg. non nudis, Cod. de probationibus.* Hinc elegantur infertur, quod erronea enunciatio minimè diſponit ad notat. *in leg. fin. Codic. de falſa cauſ. adiect. leg et ratio eſt*, quia quod alias verba enunciatiua diſponat, prouenit eſt præſumpta voluntate, & ſenſu proferentis; errans autem non conſentit. leg. ſi per errorem de iuriſdictione omnium iudic.

3 Amplia ſecundò, vt præcipuè procedat quo ad ea, quæ non dependent à libera poteſtate proferendis: ita poſt *Alexand. Berous conſil.170. numer.3. in 2.* vbi conſuluit hæc verba in legitimatione appoſita: In præſentia perſonaliter Conſtituti Titius, & Sempronius eius filius clericus Bononienſis, &c. non probare Sempronium fuiſſe clericũ etiamſi ipſe producat legitimationis inſtrumentum, quia quòd ille eſſe clericus, non dependebat à poteſtate legitimantis.

4 Amplia tertiò, vt præcipuè locum habeat quoad probationem dominij, ipſum enim per huiuſmodi vebra minimè probatur, veluti ſi quis producat inſtrumentum, in quo dicitur, quod ego à te conduxi talem rem tuam, licet enim in inſtrumento dixerim, Rem tuam, tamen quia dicta verba ſunt enunciatiua, ideò nullam probationem inducunt: ita poſt alios *Berous citato conſil. 170. numero quarto in ſecundo, & alias diximus. Pulchrè, & latè de hoc P. Barborſa omnino videndus in ſua repetitione leg. ſi alienam, numero 74. cum ſequentibus, ff. ſolut. matrim.*

5 Amplia quarto regulam ſupradictam præcipuè locum habere in materia pœnali, & odioſa; ita *Maſc. conſil 394. nu.25.* poſt alios, quos ibi deducit, vbi ampliat etiam, etſi plura eſſent inſtrumenta.

6 Amplia quinto, vt maximè procedat, ſi in inſtrumento eſſent inſerta merita alicuius ab eo, qui non potuit libere donare: per hoc enim inſtrumentum illius merita non probantur, ſi tamen de ipſis aliter non conſtet: ita poſt alios *Ferretus conſil. 94. numer. quarto volum. primo.*

Fallit autem ſupradicta regula multis modis.

7 Et primo inter eaſdem perſonas, nam tunc plenè probant, lege optimam, de contrahend. & committenda ſtipulatione, ita quoque *Alexander conſilio 150. numero ſecundo, in 2. Maluaſ. conſil.91. numero 34. in primo Addo Clariſs. Equitem. & Dom. meum Colendiſſimum Dom. M. Antonium Peregrinum conſilio ſuo 85. numero primo in tertio.*

8 Extende etiam contra filios, & eorum ſucceſſores, ne alioquin hæres veniat contra factum defuncti, contra legem cum à matre, *Cod. de rei vendicatione, ita Mandel. conſ. ſuo 200. numer.10. in primo, Maluaſ. conſil.120. numero 20. in primo.*

9 Intelligitur tamen primo iſta fallentia, quando iſta verba neceſſaria ſunt ad validitatem actus dumtaxat, de quo agitur, prout loquitur *text. in dict. lege optimam, & docet in ſpecie Dec. conſil.118. numer.5. volum. primo, & 389. numer.9. Curt. iun. in authentica.* Si quis in aliquo. *C. de edendo, numer.19. Maluaſ. dict. conſil.91. numer.43. Crauet. conſil.134. numer.8. in primo Zuchard. conſil. ſecundo numer.27. Aluar. Valaſc. poſt plures relatos conſultatione ſua Luſitaniæ.89. numer. fin. & Marilian. deciſ. ſua 31. numero 13. Addo Clariſs. Peregrinum. præcitato numero primo in fine.*

10 Et quando ſunt de ſubſtantia, & neceſſitate: vt docet *P. Gerard. ſingulari ſuo 39. numer.12.* quo caſu iſta verba comparantur diſpoſitiuis; ita *Gozad. in d. l. edita numer.12. C. de edendo.*

11 Item quando illud enunciatum veriſimiliter tempore concti inſtrumenti potuit interuenire, alias ſecus ita poſt *Bar. Iaſ. & alios docet Albenſ. conſil. ſuo 740. num.12. in 4.* vbi ſub numer.13. affert exemplum in datione in ſolutum, quę minimè probatur per verba enunciatiua inſtrumenti, cum tunc temporis minimè potuerit interuenire.

12 Extra autem actus, de quibus loquuntur, allegari non poſſunt, ita *Purpur. conſil. ſuo 455. numero tertio in ſecundo.*

Ex inſcriptione libri rationum coniectura ſumitur, aliorum præſidentium, ſi ſcribantur manu priuata, an & quando probent? videndus *Bal. in lege exemplo, Cod. de probation. vbi latiſſimè.*

13 Intelligitur ſecundo quando partes ſunt præſentes, ita *Maluaſ.d.conſil.91.num.42.Purpurat.conſ.367.numer.66. vol.1.& alij.*

14 Sublimitatur tamen iſta principalis limitatio, vt non procedat quoad tertium abſentem, & in eius commodum, ita in terminis *Rimin. Sen.conſ.718. numer.24.in quarto & Decianus conſilio ſuo 52. numer. 44. cum ſeqq. in tertio.*

15 Et pro hac opinione Riminaldus conſidero text. in lege finali, ff. de interrogatorijs actionibus. Quidam habebat plures creditores ſupra hæreditate Caij, inter quos erat fiſcus procurator fiſci, egit pro fiſco aduerſus eum, abſentibus alijs creditoribus, ipſe falſus eſt, fiſco ſe hæredem eſſe, & per conſequens velle ſoluere; an ſibi præiudicet hæc confeſſio quoad alios, quæritur, & dicitur quod non. Ecce ergo quod limitatio non procedit quoad tertium abſentem.

16 Secundo ſuffragatur illa regula, quod confeſſio extraiudicialis facta abſente parte, & non accepta illius nomine non præiudicat confitenti; de qua habentur in lege finali, & in lege certum §. ſi quis abſente, de confeſſis, per quam quidem ratione hanc eandem opinionem infectatus eſt *Dominus Bardellonus, conſil.ſuo 49.n.14.& 15.* vbi etiam plures concordantes deducit.

17 Contrarium tamen verius eſſe arbitror, & ad id probandum moueor ex infraſcriptis.

18 Et primo conſidero *textum in leg. Deſiderium, Codic. depoſit. qui text. licet diſſentiat Cyn.* mirificè intentionem noſtram videtur probare inducendo hoc modo.

Fingamus, quod ille Depoſitarius, de quo in text. qui mutuo dedit pecuniam alteri penes ſe depoſitam, quam pecuniam in inſtrumento contractus ipſius mutui falſus fuit recepiſſe cauſa depoſiti a Sempronio, neget deponenti, ſe prædictam pecuniam recepiſſe certè ſi deponens proferat inſtrumentum mutui, in quo depoſitarius pecuniam illam, quam commodauit, penes ſe a tali fuiſſe depoſitam, illud inſtrumentum probabit depoſitum, & depoſitarius tenetur ad reſtitutionem. Ecce ergo, quod verba enunciatiua inſtrumenti probant etiam quo ad alios, & iſtum text. mirabilem vocat *Bald.per quem ſic etiam aduertit Anania in cap.illud num.13. de præſumptionibus.*

19 Conſidero ſecundo loco talem facti ſpeciem. Caius, & Seius contrahunt ad inuicem, in eo inſtrumento contractus fatetur enunciatiue Caius ſe centum debere Sempronio; An Sempronius aliquo tempore iuuari poſſit ea confeſſione contra Caium, quæritur Iuriſconſultiſs.& dilectus meus *Menoch. poſt alios reſpondit conſil. ſuo* 81. *numero vigeſimo ſecundo, in primo*, quod ſic, & rationem adducit, quia licet hæc confeſſio inter alios emanauerit, reſpicit tamen Sempronij perſonam, cui prodeſſe voluerit Caius. Et hanc *Menochij deciſionem ſequutus eſt. Adrian.Gylman.Rerum iudicatæ Camer.Imperial.lib.primo deciſ.26.n.85.*

20 Tertio poteſt conſiderari text. in cap. finali de fideiuſſoribus, vbi Doctores, notant, quod inſtrumentum confectum inter fideiuſſorem, & creditorem contentem ſe recepiſſe à fideiuſſore, probat inter fideiuſſorem, & debitorem.

21 Quibus ſic ſe habentibus, non officiunt contraria. Ad primum enim reſpondetur, quod ideo ille fatendo ſe hæredem præiudicat ſibi ſolum quo ad illum cum quo litigat, non autem quoad alios creditores hæreditarios, quia non poterat eſſe hæres, vt aduertit ibi gloſſa, *Baldus, & alij.* Si enim potuiſſet, illa confeſſio quoad omnes ſibi præiudicaſſet. Sic præciſè reſpondit *Robertus Maranta, in repetitione lege is poteſt numero 223.ff.de acquirenda hæreditate*, vnde non officit. præterea textus ille procedit in ſimplici nuda confeſſione, nec locum habet in actu geſto, qui maioris eſt ponderis. Sic eleganter animaduertit poſt alios *Clariſs.D. Vincent.Mancinus de Confeſſionibus cap.1.n.30.& videndus, prius numer.* 29.vbi tradit, quod talis confeſſio in inſtrumento etiam in verbis enunciatiuis ſemiplenam facit probationem ad abſentis tertij fauorem. ibique *Ripam, ac Iaſonem concordantes deducit.*

22 Ad ſecundum reſpondetur, & primo regulam illam fallere de æquitate canonico, ſecundum quam dici poſſet, quod valet confeſſio facta etiam abſente parte, quia ſecundum æquitatem canonicam ſola mens ſufficere videtur, vt vult gl. ſingularis in capite quoties verſic. promitto, in fine, prima quæſtione ſeptima. Sic *Socc.in ſuis Regulis confeſſio facta abſente in decima fallentia.*

23 Secundo reſpondetur non procedere, quando huiuſmodi confeſſio facta eſſet in inſtrumento, vel libello, vt eſt *text.vna cum gl.in l.cum præcum, C.de liberali cauſ.* eo enim caſu confeſſio facta præiudicat quoad omnes, cum videatur magis deliberate facta; ſic idem *Soc.citato loco in 1.fallentia.*

24 Et poteſt addi, nam ex inſtrumento tres oriuntur præſumptiones, ſcilicet, quod ipſo prolata ſint vera, ſolemnia, & de voluntate contrahentium confecta, ideo mirum non eſt, ſi confeſſio facta in inſtrumento plene probat, ita poſt alios *Anguiſſol. conſil.ſuo 152. numer. 26.volum.primo*, & videatur in numeris ſubſequentib. vbi multa de inſtrumentorum congruentia deducit, quemadmodum facit etiam.*Pariſ.conſil.ſuo 77. in primis numeris, volum. 3.*

25 Et quod illa regula non probat, quando confeſſio fit in inſtrumento, præciſè tenuit *Rotam Ianuenſ. deciſ.ſua 37.numer. 10.verſ.3.* illa opinio, & melius *ſub numer.14. Maſcard.concl.347. num.81.* vbi inquit eſſe text.in dicta lege Deſiderium.

26 Tertio loco poſſum reſpondere, quod facit ſaltem ſemiplenam probationem, & ideo videmus, quod confeſſio facta abſente parte iuncto vno teſte plene probat. Sic poſt *Baldus addentes ad Aretinum, conſ.ſuo 60. Latè Viuius opinione ſua 138.vol.prima, & Maſcard. citata concl. ſua 346. vol.1.*

27 Aduerte tamen beneuole lector, quod contra nos adeſt Deciſio in terminis *Guidon. Papæ deciſione ſua 24.* ibi enim huiuſmodi facti ſpeciem proponit. Titius vendidit Sempronio quandam domum pretio 100. aureorum aſſeren directum dominium ipſius domus ſpectare ad quendam priorem de connexa. Prior ille vult compellere dictum emptorem, vt dictam dominum ab ipſo recognoſcat prætextu dictæ aſſertionis in inſtrumento ipſius venditionis exiſtentis, dubitatum fuit in Senatu Grationopolitano, an iſte prior iuſtè peteret? fuit concluſum, quod non; ergo verba enunciatiua inſtrumenti minimè probant quoad alios.

28 Quinimo Maſcard. (de hac tamen deciſione Guid. Papæ nullam mentionem facit,) de probationibus *concluſione 541. numero decimoquarto volum. primo*, ampliat, etiamſi eſſemus antiquis; nam ideo minus ſi in vno, vel in pluribus inſtrumentis vnius tantum perſonæ diceretur. Titius vendidit Caio talem rem, quæ eſt de domino talis Abbatiæ, hæc inſtrumenta antiquiſſima non probarent plenè dominium in fauorem ipſius Abbatiæ, id quod etiam ſentit poſt nonnullos relatos *Clariſs.Farin.deciſ.ſua Rotæ Romanæ 23.numer tertio centur.7.*

29 Crederem tamen ſic dici poſſe pro euitando hoc ſcopulo, quod ſit ſpeciale in caſu *Guid.Papæ, & Maſcard.* ibi enim agitur de probando dominio, quod probari non poteſt regulariter per inſtrumentum, vt poſt infinitos
30 proponens hanc regulam docet ipſe *Maſcard. citata concluſio-*

*concluſione* 541. *numero primo*, *&* *ſecundo*. vbi ampliat ; maximè quando inſtrumentum loqueretur enunciatiue.

31 Quinimò nec per inſtrumentum locationis dominum probatur ; ſic idem *Maſcard.concluſ.* 542. *vbi latè, addo Barboſam*, *in repet. leg. ſi alienam*, *numero* 74. *ff. ſoluto matrim.* De hoc tamen & nos loco ſuo aliqua dicemus.

32 Sublimitatur ſecundo illa prima principalis limitatio, vt non procedat, quando principaliter de ipſo enunciato contingit diſputari, ita *Butrius*, *in capit. illud quoque numero tertio de præſumpt. Cephal. conſilio* 369. *numero* 140. *in* 3. *Cacberan. deciſ. ſua Pedem.* 76. *numero* 12. *&* *alij*.

33 Quidquid dixerit *Soccin. conſilio* 68. *numero ſeptimo volum.quarto.*

34 Sublimitatur tertio, quando contrahentes, id eſt, perſonæ nominatæ inſtrumento eſſent perſonæ prohibitæ, nam tunc nullo modo probarent, ita *Purpurat. conſ.* 394. *num.* 3. *in* 1.

35 Secundo fallit Regula principalis, quod ſcilicet, verba enunciatiua inſtrumenti minimè probant contra partem aduerſam patientem huiuſmoui verba in inſtrumento inferi, nam contra eam probant: ita *Henric.Bouer. ſingulari ſuo* 48. *numero* 11. *vbi deducit text. in leg.primo. Codic. de iure haſt. fiſc. libr. decimo cum ſuis concordantibus*, *ita quoque Celſus Hugo, conſilio ſuo* 33. *numer.fin. volum. primo.*

36 Exemplum poteſt eſſe, veluti ſi in inſtrumento inter te, & Sempronium celebrato enuncietur ipſum Sempronium eſſe tuum liuellarium, hoc enim caſu, quia ipſe patitur huiuſmodi verba in eo inferi, hæc verba contra eum probant.

37 Sic etiam contra prodncentem probant: quia inſtrumentum producens videtur confiteri omnia in eo contenta contra ſe, ita *Bimius conſ.* 126. *numer.* 10. *in ſecundo. Peregrinus in ſimili conſil.ſuo* 61. *nnmer.* 10. *in* 1. ſed de hoc latius ſupra.

38 Tertiò fallit Regula principalis in Antiquis, nam eo caſu in quacumque fere materia probant, ita poſt *Iaſon. &* *Decium firmat Mandel. Albenſ.conſilio ſuo* 83. *nu.* 6. *volumine primo, Barbatias, conſil.ſuo* 65. *numer.* 14. *&* 15. *in* 3. *Riminald.ſenior*, *conſil.* 93. *numer.* 5. *in primo. Ferret. conſil.* 61. *numer.ſeptimo volum.primo*. *Cephal.conſil.* 608. *numer.* 17. *in quarto. Purpurat.poſt multos relatos, conſilio* 319. *numer.* 10. *volum.primo. &* 545. *numer.* 15. *in* 2. *Burſat. conſil.* 410. *num.* 66. *&* 67. *volum.quarto. Preteus, conſil.* 8. *numer.tertio Schurp.conſil* 90. *numer.* 3. *centur.* 3. *Pancirol. conſil.ſuo* 128. *numer.* 4. *pulchrè Honded. conſil.* 31. *numer.* 8. *in* 2. *Grot.conſil*, 240. *numero* 32. *in* 2. *Schnard.in dict.leg. ex his, numer.* 11. *&* 12. *Maſard.concluſione* 106. *num.primo & 3. & nouiſſimè Petr.GilKenus, qui quamplures deducit*, *in ſuo tractatu.de præſcript.par.* 2. *membr.primo capit.ſexto numero vndecimo addo Guliern.Guidobon.aduocat ſua* 121. *numero quinto.*

39 Et ratio ea poteſt eſſe, quia in antiquis nulla melior reperitur probatio, quem ea, quæ fit per inſtrumenta, vt poſt alios *Decius conſ.* 146. *nu.* 14.

40 Alia poteſt eſſe ratio ſecundum *Eugenium, conſ.ſuo* 44. *n.* 50. & eſt quod cum in Antiquis difficilior ſit probatio, vt latè *Menoch.de Arbitrar.c.* 115. *libr.* 2. *centur.* 2. ne pereat facultas probandi leuiores admittuntur probationes. Sequitur *Maſcard. concluſione ſua* 733. *per totam vbi pulchrè.*

Adde nam verba enunciatiua, & præcipuè plurium inſtrumentorum habent vim famæ, in antiquis, vt poſt alios concludit *Clariſs. Dom. Mareſcottus Variarum reſolution. libro primo capitul.* 59. *numero* 55. Famam autem in antiquis plenè probare, adeò notum eſt, quam quod notiſſimum ad tradita infra *numero* 65.

41 Sed antequam vlterius progrediamur, breuiter diſcutiendum eſt, quod tempus dicatur antiquum, & quot anni requirantur, de hoc enim maximè digladiantur inter ſe Doct.

42 Nonnulli enim arbitrantur 300. annos ſufficere, alij 40. multi 80. alij etiam 100. & ſic de ſingulis, de quibus omnibus optimè differentes videndi ſunt *Crauett. de Antiquitatibus tempor. par.* 1. *capitul. primo in principio*, *per plures numeros. Dominus Menochius de Arbitr. libr. ſecundo.cent.* 1. *caſu* 3. *vbi refert.* 7. *Doct. opiniones, Maſcard. quoque de probationibus concluſione* 103. *volum.primo. Laderch.conſil.* 10. *numer.* 1. *Honded.conſil.ſuo* 17. *numero* 56. *cum ſeqq. vol.primo. Cl.Eques Peregrinus, de Fideicommiſſis, art.* 43. *num.* 83. *Polydor.Ripa obſeruat.ſua* 69. *& nouiſſime inſignis modernus D.Cæſar Barzius, in ſua* 2. *deciſ.Rotæ Bonon.num.* 32. *cum ſeq.*

43 Scio, quod communis ſententia, & fere ab omnibus recepta eſt, quod requiratur ſpatium centum annorum, vt videre licet per eumdem *Maſcard.citato loco in princip. vſque ad num.* 7. *Maluaſia quoque teſtatur de communi, conſil.ſuo* 91. *num.* 46. *Decian.conſil.* 22. *num.* 28. *in* 1. *& D.Barzius d.deciſione* 2. *nu.* 36. *&* 37. *Addo D.Peregrinum citato num.in fine.*

44 Mihi verò ſemper placuit eorum opinio, qui dixerunt hoc arbitrio ipſius iudicis deferendum, vt ſcilicet, ſecundum qualitates difficultatum occurrentium iudicare debeat, quo anni requirantur, &c. Et huic opinioni tamquã crebriori calculo confirmatæ, & in praxi receptæ ſecundum *Burſatum, conſil.* 235. *numer.* 4. *in* 3. *& prius in conſil.* 151. *num.* 24. *in* 2. *Pedrocham, conſil.* 29. *num.* 145. *vol.prima, & Honded.d.conſilio* 17. *numer.* 58. *nouiſſimè ſubſcribit etiam P.GilKenus, de vſucapion.citat.part.* 2. *membr.* 1. *cap.* 6. *numer.* 83. qui tamen ſubdit hoc verum eſſe, dummodo lapſum fuerit tempus triginta annorũ: Eo enim tempore elapſo vult, vt ſtet poſtea in arbitrio ipſius iudicis iudicare, quod tempus vlterius requiratur.

45 Et hæc mea opinio non eſt inconſona, videmus enim, quod iudicia ſæpè variarunt circa hanc materiam antiquitatis.

46 Bartholomeus namque *Romuleus.in leg.Sciendum*, *de verb.obligationib.n.* 124. *in fine*, teſtatur ſe pluries vidiſſe tempus 50. annorum tamquam antiquum à Romanæ Rotæ auditorio fuiſſe amplexum, & in ſpecie in vna Bononienſi inter Ghyſilerios, & Bentiuolos coram Reuerẽdo P. Neocaſtrenſi.

47 Similiter *Burſat. dicto conſilio* 151. *numero* 34. *in ſecundo*, inquit per Triumuiratum Rotæ Mantuanæ iudicatum fuiſſe tempus 60. annorum eſſe tempus antiquiſſimum.

48 Pariter *Puteus, lib.* 1. *deciſ.ſua* 212. *num.* 1. inquit, quod alias Rota Romna arbitrata fuit, & tenuit, quod tempus 70. annorum eſſet antiquiſſimum, in vna Bononienſi de Sanderijs.

49 Idem *Puteus, libro ſecundo deciſione* 209. *in fine*, inquit, eamdem Rotam tenuiſſe tempus 99. annorum antiquum eſſe,

50 *P.Æmil.Verral.lib.* 1. *deciſ.* 28. *n.* 4. inquit in vna Lucana Cappellaniæ Rotam tenuiſſe tempus centum annorum antiquum eſſe.

Adeò vt videas lector beneuole, quantum iudicia hac in re, varia extiterint. Multa de hac varietate colligere poteris ex *Peregrino de Fideicommiſſis articul.* 43. *numero* 83.

51 Redeundo autem ad tertiam principalem fallentiam declara, vt non procedat, quando inſtrumenta confecta ſunt inter priuatas perſonas, id eſt, non non ſunt publica, nam licet ſimus in Antiquis, nihilominus non probant, ſic in ſpecie docet *Mar. Anguiſſol. con-*

*ſol. conſil. ſuo* 78. *numero ſeptimo, volum. primo.*

Et eſt *tex. communiter adductus*, *in l. inſtrumenta Domeſtica, C. de probat.*

52 Sed tamen contraria opinio longè verior mihi videtur & firmiſſimè teneo, Verba enunciatiua inſtrumentorum antiquorum, etiamſi ſint domeſtica, & confecta inter priuatos, adhuc inducere plenam probationem, quando tamen omnia neceſſaria in ipſis inſtrumentis inſerta reperiuntur.

53 Et pro corroboratione huiuſce meæ opinionis conſidero textum, *in d. l. inſtrumēta domeſtica*, vbi dicitur, quod inſtrumenta domeſtica ſiue alijs adminiculis, (quæ autem ſint iſta adminicula pulchrè explicat *Guid. Papa quæſt. ſua* 441.) ſola non ſufficiunt ad probationem plenam, vt ego interpretor.

54 Verba enim in dubio ſunt in potiori ſignificatu capienda, *iuxta regula, lege prima, §. Qui in perpetuum.* Si ager Vectigal. vel Emphyteuticus petatur, & lege quæritur de ſtat. hominum, cum ſimilibus adductis per *Brunorum à ſole in ſuo compendio propoſitionum iuris in verſiculo, verba accipienda ſunt pagina mihi* 202. *& in verſiculo verba in dubio pagina mihi* 203. Si verò adſint alia adminicula plenè probant: hoc poſito, ſic arguo.

55 Verba enunciatiua inſtrumenti ſimpliciter prolata inducunt ſemiplenam probationem: ſic præciſè poſt alios Berous, *conſilio* 67. *numero ſeptimo volum primo, & tangit Aret. conſilio* 36. *numero tertio.* ergo accedente Antiquitate temporis plenè debet probare: probatur conſequentia, quoniam verba enunciatiua plenè probant in Antiquis, vt patet ex tot authoritatibus ſuo loco deductis.

56 Secundò conſidero, quod etiam priuata, ſiue domeſtica ſcriptura, plenam in antiquis probationem inducit, prout notatur *in l. cum Tabernam §. idem quæſiuit, ff. de pignorib. & l. Lucius, & l. Publia in fine, ff. depoſiti, & alias latius docuimus, in tract. de ſcriptura priuata, libr.* 1. *q.* 4. *num.* 232. *cum ſeq.*

57 Non officiunt contraria: quia procedunt, quando huiuſmodi inſtrumenta eſſent de recenti, & ita reſpondit etiam *Aret. citato conſilio* 42. *numero ſecundo* qui hanc eamdem opinionem ſuſtinet alijs tamen fundamentis.

58 Ampliatur modo illa tertia principalis limitatio, vt procedat etiam contra tertium, contra quem iſta verba probant. Quicquid multi dixerint: ita *Caball. milleq.* 72. *part.* 1. *Eugen. conſil.* 44. *numer.* 24. *volum.* 1. *& Ill. D. Car. Seraphinus, deciſione ſua* 474. *numer. primo.* vbi tamen intelligit de verbis enunciatiuis plurimum inſtrumentorum.

59 Declaratur tamen primo iſta ampliatio, vt procedat, quoties agitur de modico præiudicio, ſecus enim eſſet ſi de magno, ita poſt Barbatiam & alios *Anguiſſol. conſilio* 78. *n.* 8. *in primo Petr. de Monte Picho, conſ. ſuo* 97. *numero* 12. *volum.* 1. & indubitatum hoc eſſe dixit *Eugen. citato conſilio* 44. *numer.* 28. *Sequitur pulchre Maſcardus concl.* 106. *num.* 9.

60 Fateor tamen, quod ſi cum longo temporis ſpatio concurreret etiam longa quaſi poſſeſſio, tunc hæc verba probarent etiam in præiudicium tertij, etſi ageretur de graui præiudicio; ita *Menoch. conſ.* 147. *n.* 14. *in* 2. *Maſcar. citata concl. n. fin.*

61 An autem præiudicium ſit modicum, vel magnum, erit iudicis arbitrio deferendum.

62 Declaratur ſecundo iſta Ampliatio, vt intelligatur, quoties probatio eſt difficilis de ſui natura, veluti in materia filiationis, conſanguinitatis, & ſimilium, aliter enim hæc verba in præiudicium tertij non probarent. ita *Albenſ. dicto conſilio* 83. *Panetrol. conſilio ſuo* 78. *numero* 9. *volum. primo Maſcard. dict. concluſione* 100. *numero* 11.

63 Declaratur tertio, vt intelligatur, quando permultæ ſunt aſſertiones antiquæ, vtputa ſi plurium inſtrumentorum verba enunciatiua extant, illę enim plenè probant contra tertium, ſecus eſt autem, ſi extaret vna ſola leuis probatio antiqua: ita docet *Hippol. Riminald. conſilio* 76. *numer. ſecundo in* 1. *ita quoque Menochius, dict. conſil.* 147. *num.* 13. *in* 2. *& poſt plures relatos in* 402. *numero tertio, volum. quinto, aldo Trentacinq. conſil. ſuo* 3. *numero octauo in ſecundo.*

64 Ratio eſt in promptu, nam plura inſtrumenta de Antiquò habent vim probationis famæ, Bald. *Salycetus, & Doct. communiter, in leg. cum aliquis, Codic. de iure deliberandi, Soccin. conſilio ſuo* 87. *numero quinto volum. primo. & Clariſs. Farinac. deciſ. ſua Rotæ Romanę* 591. *numer. ſecundo.*

65 Fama autem in antiquis plenè probat, licet agatur de graui præiudicio, puta, de probatione dominij, vt habetur *in d. l. cum aliquis, & tradit Soc. conſ. ſuo* 86. *nu.* 2. *vol.* 1. *& Iaſ. conſ.* 81. *nu.* 8. *vol.* 1.

66 Intelligenda eſt autem iſta declaratio, vt procedat, quoties iſta inſtrumenta emanarunt a diuerſis perſonis; ſecus ſi ab iiſdem. Si enim habeant originem ab eiſdem perſonis, ſemper videtur vnicum, & idem teſtimonium, & ob id famæ efficaciam habere non poſſent, ſequitur *Socin. conſ.* 194. *colum. finali. verſiculo ſed ad primum reſpondetur, in* 2. *& Illuſtriſs. Domin. Cardinal. Mantica de Tacit. & Ambig. conuentionibus libr.* 2. *titul.* 7. *numero.* 21. *&* 22. *cum ſequen. vbi latè inſiſtit. & eſt veriſſima propoſitio.*

67 Quicquid dixerit *Eugen. conſilio* 44. *numero* 48. *cum ſequent.*

68 Aduertendum eſt autem, quod *DD. quamplurimi, veluti Natta conſil. ſuo* 283. *numer.* 8. *in* 2. *Riminald. iunior, conſ.* 137. *num.* 26. *in* 2. & alij, tenent, quod in quocumque actu particulari, (dummodo tamen non agatur de probatione confinium,) quem non eſt, veriſimile, quod partes enunciaſſent, niſi ita ſe haberet veritas, ne ex illo enunciato ſibi aliquod præiudicium inferatur, vnicum inſtrumentum ad plenam probationem in Antiquis ſufficiat.

69 Ego autem has DD. opiniones ſic conciliandas arbitror, vt vnum inſtrumentum ſufficiat, quando agitur de modico præiudicio, ſecus autem ſi de graui, nam tunc plura requiruntur.

70 Et ratio eſt, quia in cauſis magni ponderis etiam maximè probationes requiruntur, ſic præciſè *Fab. Turretus conſ.* 81. *num.* 14. *in* 1. *Maſcardus dicta concluſione* 394. *numer.* 21. *& alij.*

71 Aliter etiam diſtingui poteſt; Aut enim enunciatur factum ſpectans ad partes contrahentes, & tunc vnum ſufficit inſtrumentum, aut verò enunciatur factum, quod eos non tangit principaliter, & tunc plura deſiderantur. Sic ex dictis *Riminaldus dict. conſilio* 137. *numero vigeſimonono.*

Illud autem, quod dictum fuit de confinibus, inferius, 72 an verum ſit dicetur.

Ampliatur ſecundo loco eadem tertia principalis limitatio, vt procedat etiam quoad fauorem tertij, intercedentibus maximè pluribus inſtrumentis deriuantibus a diuerſis perſonis, & diuerſis notarijs, [qui non ſint perſonę ſuſpectæ, prout in proxima ampliatione deductum fuit, ſic præciſè poſt alios *Dom. Carol. Bardell. dict. conſilio ſuo quadrageſimonono, numero vigeſimoſeptimo, cum ſequentibus.*

73 Nota tamen eumdem Bardellonum infra ſub numero 41. concludere contrarium, ſentit enim verba enunciatiua probare quo ad partes contrahentes tantum non autem quoad

quoad tertium, & maximè quando diſputari contingere de enunciato. Tu cogita.

74 Ampliatur tertio principaliter, vt procedat etiam confinia, quæ plenè probantur per inſtrumenta de Antiquo, puta, dicendo, quod vendita fuit talis domus, cui ab Aquilone cohæret domus Titij, & à ſubſolano domus Sempronij, & eſt in tali caſtro, vel teritorio, ita poſt alios *Iaſ.conſ.ſuo 81.numer.ſeptimo, & 114, numer.decimoſecundo, vbi adducit textum in capitulo cum cauſam, de probationibus, in cap.ſi Papa, de Priuilegijs in ſexto, cum concordantibus, volum. 1. plures refert Menochius, conſilio ſuo 147.numer.11.in 2. Burſat.conſilio 235.numer.47. in 3. & Valaſc.de Iure Emphyteutico, quæſt.9.num. 22.* & omnium latiſſimè ex recentioribus inſignis *D. Maſcard. de probationib.concluſ.394.num.2.cum ſeq.volum.1. & prius concl. 106.num.3. & 4.in terminis Paris de Puteo, de Redintegratione feudorum, c.181.addo Illuſt. D. Car. Seraphinum deciſ. ſua 1061. n. 4.*

75 Et ratio eſt in promptu, nam probatione confinium non requiritur directa probatio, ſed ſufficit probatio adminiculata per veriſimilia adminicula, quæ inducuntur per huiuſmodi verba enunciatiua, vt latè tradit *Menoch. d.conſ.ſuo 14. n.1.*

76 Et licet adſint quam plurimi, qui contrarium tenuere auſi fuerint, videlicet, quod confines per huiuſmodi inſtrumenta plenè non probetur, ſed dumtaxat quædam præſumptio inducatur, nihilominus à communi non eſt diſcedentium, vt docet *Maſcar.d.concluſ.394. numero.7.* quæ eo magis procedit, quando agitur, inter ipſamet partes, ad latè tradita poſt alios *Cl. Fachin. poſt hæc edita viſum, conſ.ſuo 98.n.8. vol.1.*

77 Subampliatur primo iſthæc tertia ampliatio, vt procedat etiam quoad alias perſonas: quicquid dixerint nonnulli, ita poſt Iaſon in citatis ſuis conſilijs, & alios *Domin.Menoch.citato conſilio 147. numer.tertio. & quarto* vbi reddit rationem *Valaſc.numero præallegato, & nouiſſimè Maſcard.d. concl.numer. 10.* qui has opiniones rectè conciliat.

78 Subampliatur ſecundo loco, vt procedat, etiamſi inſtrumenta eſſent inter alios confecta, & prolata ad alium findm, puta, quando dicitur, actum in tali territorio, tunc enim per huiuſmodi verba probantur confines territorium, & diocœſum; ita *Franc. Marc.deciſ.335. volum.2.* Subampliatur tertio, vt procedat etiam contra tertium ſi inſtrumenta in quibus adſunt verba ipſa authentica, ſint confecta iam annis centum elapſis, ſic eleganter *C. Ioann.Franc. Schenard.conſ.ſuc 40. n.23.*

79 Sed an plura inſtrumenta horum verborum requirantur, ad probandos confines, vel vnum dumtaxat, nou eſt eadem omnium ſententia.

80 Verior tamen, & receptior eſt opinio plura requiri inſtrumenta, vt poſt *Natt.d.conſ.283. Riminald.iunior dicto conſ.137.numer.27. & alios tradit latiſſimè Maſcard. loco citato numero 12. & 13. Valaſc. citato loco, numerro 24. & Excell. Peregrinus de fideicommiſſis articul. 44. numero 84.*

Et ratio hæc eſt: nam fines probantur inter ceterea commuuem opinionem, & famam in iſtis antiquiſſimis, vt notatur in l.ſi arbiter.de probat, cum alijs deductis per *Soc.conſ.ſuo 86. num.2.in 1. De Fama latè Maſcard.concluſ. ſua 396. De communi opinione idem Maſcard. concluſ.403. numero 11.*

Verba enim in dubio ſunt in potiori ſignificatu curatorem ipſius Caij, & latius, vt per eum. Addo poſt hæc edita viſum Ioannem de *Caſtill. ſuarum controuerſiarum quotidianarum c. 26. num. 69.* item ſi prolata ſint de his, quæ potuerunt interuenire tempore confecti inſtrumenti, licet ſecus ſit in alijs ſic precisè *Dec. in authent. ſi quis in aliquo num. 35. C.de edendo.*

81 Sed ſic eſt, quod fama, & communis opinio non probatur per vnum dumtaxat inſtrumentum ſed bene per plura, vt docet poſt multos relatos idem *Maſcar. d.concl. 394.numer. decimotertio,* & ſequutus eſt poſt plures alios adductos *Clariſ.Bardell.conſilio ſuo 49.nu.vigeſimoſeptimo ergo.*

82 Ampliat poſt alios idem *Maſcard. citata concl. numer. 27.* vt ſi duo eſſent inſtrumenta nihilominus plenam non inducerent probationem quoad fines probandos inter alias perſonas.

83 Et eſt aduertendum, prout etiam alias dictum fuit, quod iſta inſtrumenta non debent habere originem ab eiſdem perſonis, ſed penitus diuerſus alias cenſeretur eſſe vnum, & idem inſtrumeutum, & non plura, & ſic non probabunt, veluti ſi omnia inſtrumenta inueniantur confecta ab vno notario, qui ſemper ſcripſit, Actum in tali loco in talibus confinibus, in tali iuriſdictione, hæc enim verba non probant, quia vnum inſtrumentum cenſentur, ita *Felin.docet in capitulo cum cauſam, numero quarto, de probationibus,* Maſcard.*ſequitur citata concluſione, numer. decimoquarto, cum ſequentibus. Honded.conſil.31. numero 31.in ſecundo. Peregrin.citato numero 84. & ſic tenuit etiam Rota Romana teſte Veral.deciſione 337. par, 3. numer. ſexto.*

84 Præterea iſtæ perſouæ non debent eſſe ſuſpectæ, vt *Natt.per text.in capitulo licet ex quadam, de teſtibus, docet Maſcardus citato loco:numero 34.* vtrumque ſic etiam docet: *Bertazzol. ſuo conſilio ciuili primo, numero 94. & 95.*

85 Quomodo autem iſtud intelligatur, videndus *Eugenius dict.conſ.44.n.60.cum ſeqq.*

86 Limitatur tamen hoc, quod dictum fuit de pluribus inſtrumentis, quę requiruntur ad probandos confinas, vt non procedat quo ad ipſos contrahentes, tunc enim, & ſi non eſſent plura inſtrumenta, ſed vnum tantum, nihilominus fines ipſa probarentur, ita dicnnt plures, quos refert, & ſequitur *Maſcard.d.concl.num 18. & 19.* Quod tamen intelligendum eſt, ſi eſſet vnum inſtrumentum principaliter factum ſuper finibus, & cum interuentu perſonarum, quę adhiberi debuerunt, namque illud ſufficeret etiam inter alias perſonas in Antiquis ſecundum *Iaſ. cõſ. 63.num.7.* vbi id pluribus rationibus confirmat in tertio, ſequitur *Clariſ. Peregr. dict. articul.43. citato numero 84. in fine.*

87 Sed pro faciliori omnium intelligentia exemplo rem declaro.

Si Florentinus Archiepiſcopus diæceſim confinem Piſano Archiepiſcopatui habeat, atque inter vtrumque Archiepiſcopatum inſtrumenti confecti tenor enunciatiuè proferatur: acta hæc in domo: aut loco in confinibus. Archiepiſcopatus Florentini ſito, hæc quidem enunciatiua verba probant domum & locum eſſe de Diocęſi Archiepiſcopi Florentini, ait enim Imperator, *in fine, d.leg. optimam Cod.de contrah.ſtip.* huiuſcemodi ſcripturis propter vtilitatem contrahentium fidem adhibendam eſſe. Sed hæc in materia confinium ſatis, latius autem videas penes *Cardin.Tuſch.concl.ſua 700.num.38. cum plurib.ſeq. in litter.C.*

88 Ampliatur quarto loco illa tertia principalis fallentia, vt procedat etiam, quando huiuſmodi verba poſita eſſent in inſtrumento ſollemnitatis enunciante, nam tunc in antiquis plenè probat, ita *Raudenſ.de Analogis capitul. trigeſimooctauo, numero centeſimoquarto.* vbi exemplificat, quod inſtrumentum alienationis rei eccleſiaſticæ enuncians ſolemnitates probat eas interceſiſſe in Antiquis.

89 Ampliatur quinto, vt procedat etiam quoad dominij, & poſſeſſionis probationem, in antiquiſſimis enim per hęc verba eorum probatio inducitur. Sic præcisè *Borgn.*

*Caualc.*

*Caualc. deciſion. ſua 23. numero 81. parte ſecunda.*

90 Quicquid dixerit *Hieronym. de Mote. de Finibus Regund.c.60 n 13.*

91 Et ratio eſt, quia ex curſu tanti temporis iuſtus titulus præſumitur, ſic infiniti, quos in ſimili refert, & ſequitur *Maſcar.concl.1219.n.8.& 9.& concl.1377.numer.16.cum ſeqq.in 2.*

92 Immo quamplurimi relati per *Maſcard.* citata *Concl. 1377.nu.trigeſimoſeptimo*, arbitrati ſunt præſumptionem illam tituli, quæ inſurgit ex tanti temporis ſpatio, eſſe iuris, & de iure, quæ non admititt probationem in contrarium.

93 Sed quid ſi plura eſſent inſtrumenta antiqua, in quib. aliquid nararetur, & eſſent varia inter ſe,quænam ſint attendenda, docet *Maſcard.dict.concl.394. numer. 26.cum ſequentibus.*

94 Ampliatur ſexto,tertia illa fallentia,vt procedat etiam in reſcriptis, ac priuilegijs, in antiquis enim per hæc verba contentorum in eis inducitur plena probatio.Sic poſt alios *Cæphal.conſ.608.n.18.in 4.*

95 Ampliatur ſeptimo,vt procedat etiam quoad probandum ius Patronatus, per hæc enim verba inſtrumento inſerta ipſum in Antiquis benè probatur, ita *Caualcan. deciſione decimaſeptima,numer.2.& trigeſimoquinto, parte ſecunda, ſequutus eſt nouiſſimè Do. Nicolaus Garzia de Beneficijs parte quinta,capitul.9.numer.88.cum ſeqq.*vbi infinitos concordantes deducit, vide tamen de hoc *Marcum Antonium Maceratenſem, libro primo.reſolutione* 80. vbi quærit; an poſt conſtitutiones Sacræ Tridentinæ Synodus poſſit amplius probari ipſum ius Patronatus per hæc verba enunciatiua.Videndus quoque *Maſcard.concluſion. ſua 959.numer.23. cum ſeqq.* vbi an, & quando per verba enunciatiua epiſcopi ipſum ius Patronatus probetur, elegantiſſimè diſſeruit.

Adde tu in præſentiarum aſſertionem Epiſcopi maximè in antiquis probare ipſum ius patronatus, prout & Papæ aſſertionem, ſic præciſè poſt *Puteum, & Achil.de Graſs.docet eleganter Clariſs.Farinac.deciſione ſua Rotæ Roman.542.numero primo.& ſecundo*, Adde quoque, quod enunciatiuè antiquæ collationum corroborant ius ipſum patronatus, ad tradita per *Card. Seraphinum deciſione ſua 1305.num.3.*

96 Ampliatur octauo, vt maximè locum habeat, quando in calce ipſius inſtrumenti eſſet appoſitum iuramentum, quo aſſeretur,omnia in eodem inſtrumento contenta eſſe vera;ſic præciſè poſt nonnullos relatos *Clar. Bardellon. conſ.ſuo 49.n.6.*

97 Hanc tamen ampliationem intellige,ac declara procedere in verbis enunciatiuis principaliter prolatis propter ſe ſecus ſi propter aliud, tunc enim iuramentum nihil operatur. Latè *P.Emil.Verral.alios congerens,deciſ.336. part.3.* vbi loquitur etiam in fortioribus terminis,nempè quando cum iuramento concurrit etiam geminatio enunciationis.

98 Declara ſecundo procedere,ac operari inter partes tantum,non quoad tertium;pulchrè *Maſcard.de probationib. concluſione 360. numer. tertio.* nec mirum, quia iuramentum eſt quid perſonale, vt notum eſt & declarat *Berous, conſil.92. num.15. in 1.*

Ampliatur nono,vt verba enunciatiua in inſtrumentis antiquis probent etiam quoad famam. Sic præciſè poſt *Puteum D. Hector Felic.a:leg. ſua iur.30. numer.4. parte tertia Ampliatur nono*,vt hęc verba probent etiam exemptionem in antiquis, & maximè quando ſunt repetita, & geminata. Sic præciſè *Decius conſilio ſuo 151. numero quinto,& Clariſs.Dom.Fachineus,conſilio ſuo 55.numero 2. libr. primo.*

99 Limitatur tamen iſthæc tertia principalis limitatio ne procedat, quando concurrerent plura ſpecialia; tunc enim verba enunciatiua appoſita in inſtrumento minimè probarent, etiamſi eſſemus in antiquis. Sic præciſè, & ex profeſſò *Clar. Bardellon. præcitato conſil.ſuo 49. per totum.* Nec mirum, plura enim ſpecialia non poſſunt multiplicari, & concurrere ad eundem effectum vnico ictu in eadem perſona, quia iura ſpecialium multiplicationem abhorrent,& latius per *Dom.Bardellon.d.conſ.49. num.23. & 24.*

100 Fallit quarto regula principalis fauore piæ cauſæ, tunc hæc verba inſtrumenti probant,ita poſt *Dec. Plotus conſil. 26. num.2. vol.1.*

101 Fallit quinto quoad ciuilitatem, nam ipſa per huiuſmodi verba in inſtrumento inſerta benè probatur, ita *Alexandr. Raudenſ. de Analogis capitulo 24. numero 24.* Exemplum: Reuocatur in dubium, an Mæuius ſit ciuis alicuius ciuitatis, puta, Veronæ: producitur inſtrumentum, in quo narratur eius patrem fuiſſe ciuem Veronenſem, abſq;dubio hoc modo probant eundem quoq;Mæuium,de quo prius dubitabatur eſſe ciuem ex eadem ciuitate oriundum.Videndus *Vincentius de Franchis deciſione ſua 357.*vbi pulchrè.

103 Sic etiam idem concludendum eſt de nobilitate generis, quæ benè probatur ex antiquis familiæ inſtrumentis, quibus appareat nobiles auos, & proauos illius, de cuius nobilitate controuertitur, maximè verò ſi aut coram Principe,aut apud rationales ipſius Principis,inſtrumenta illa conſcripta proponatur,neque enim facilè credendum eſt Principem,aut rationales permiſſuros,vt nobileem ſe diceret, qui nobilis non eſſet, cum non ſolum publicè interſit,ſed etiam Principis,vt nobiles ab ignobilibus diſtinguantur. Sic eleganter *Antonius Faber in ſuo Cod.Fabr.libr.quarto,titulo 14.definitione 27.Vide eundem, libr.9.titul.28.definitione decimaquinta*,vbi pulchrè de hac materia.

102 Fallit ſexto, quoad dotem, ea enim per verba enunciatiua inſtrumenti inter alios ſequuti probatur, idque fauore ipſius dotis: ita *Verral. deciſione 288. parte prima.*

104 Fallit ſeptimò,quando ſunt geminata, ſeu reiterata in ipſo inſtrumento: Sic poſt alios *Monal. conſ.ſuo 61. numer.6.vol.primo;*& quando in eodem interuenit decretum iudicis. Sic poſt alios *Mancin. de Iuramento parte quarta, effect.151.n.5.*

105 Obſeruandum eſt autem, quod vt hæc verba prolata in inſtrumento probent in omnibus illis caſibus ſupra enarratis, debent ſpecificè, & clare interuenire, non autem in genere, quia alias talis enunciatio ſimplex, & generalis diceretur dubia,incerta,& obſcura ad lege prætor edixit, ff de iniuris, & ideo nulla induceretur probatio: ita poſt Oldradus Caſtrenſem, & alios animaduertit *Crauett.de Antiquitatibus temporum p.1.in verſ.ampliatur n.26.& in ſuo conſ.29.nu.4.in 1.Sic etiam Mazzol.conſ.ſuo 107.n.45.in 1.Maſcard.concl.106.n.6.vol.1.& nouiſſimè P. Bimius conſ.ſuo 137.n.7.vol.2.*

106 Exemplis pro faciliori Tyronum intelligentia rem declaro. Si in inſtrumento vnionis dicatur,quod vnio facta fuit cum omnium iurium ſolemnitate,talia verba vtique non probant ſolemnitates ipſas præceſſiſſe, niſi in ſpecie exprimantur omnes ſolemnitates ad vnionem ipſam neceſſariæ.

107 Sic etiam non ſufficit confeſſio appellati, quod fuerit appellatum; niſi probetur appellatum fuiſſe infra decem dies,& per habentem poteſtatem interponendi ipſam appellationem.

108 Sic quoq;laudum, quo enunciatur inſtrumentum tranſactionis inter partes, non probat ipſam tranſactionem,quando tenor ipſius tranſactionis in ſpecie non exprimitur,ita pulchrè docet hęc omnia poſt plures relatos *Do. Hypp. Rim.conſ.ſuo 365.n.24.& 25. in 4.*

109 Sed

109 Sed antequam finis huic materię imponatur, Videndum eſt, an verba enunciatiua aliquorum actorum inſtrumento poſita probent acta illa interueniſſe.

Verbi gratia, inquit Notarius in inſtrumento, Viſo libello, Viſa litis conteſtatione, &c. nunquid probetur per inſtrumentum illa acta interueniſſe?

110 Concluſiuè agendo breuiter conclude ſecundum *DD. in leg. ſciendum*, *ff. de verb. oblig.* Quod, ſi narratur talis actus inſtrumento, qui potuit interuenire tempore dicti confecti inſtrumenti, per huiuſmodi inſtrumentum probatur huiuſmodi actum interueniſſe; videlicet ſi in illo inſtrumento dicatur: (Vtraque parte præſente) tunc bene probatur interueniſſe præſentiam vtiuſque partis, idem eſt, ſi dicatur in inſtrumento, quod mulier fuit certiorata de beneficio Velleiani, per tale enim inſtrumentum probatur, quod fuit certiorata, quia talis certioratio potuit interuenire tempore confecta inſtrumenti.

111 Secus autem eſset, ſi non poſset interuenire. Exemplum dat *Bar. cit. loco.*

Dicitur in quodam inſtrumento: Viſa ſcriptura debiti, habitaque fide, quod tale eſt iuſtum pretium rei, facta ſubhaſtatione, &c. Certè iſtud inſtrumentum probat, quod conſtat de debito, & quod illud eſt iuſtum pretium, quia hoc tempore venditionis potuit fieri, vnde talis ſolemnitas præſumitur, ſed non probat ſubhaſtationem; quia non potuerat fieri illo tempore, cum debuerat 20. diebus ſtare. *l. 1. C. de Iure Haſt. Fiſc. lib. 10. & leg. primo de fide inſtrumentorum, & latius poſt Bart. citato loco, perſequitur Lanfranc. de Oriano in repetitione, cap. Quoniam contra, num. 48. cum ſeqq. de probationibus.*

## An Verbis enunciatiuis prolatis à Papa fides adhibenda ſit?

## QVÆSTIO II.

### SVMMARIVM.

1 *Papæ Aſſertioni ſtandum eſt.*
2 *Papæ actus non poteſt eſſe niſi circa veritatem, & cur, ibidem.*
3 *Papæ aſſertioni adeò ſtatur, vt non poſſit probari contrarium.*
4 *Ratio, & num. 5.*
6 *Papæ aliquid de iure aſſerenti pleniſſimè creditur, niſi manifeſtam falſitatem aſſereret, & n. 8.*
7 *Papa præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui.*
9 *Papæ creditur non admiſſa in contrarium probatione, quādo atteſtatur de facto proprio non de alieno.*
10 *Et maximè quando ſuper eo ſe fundat.*
11 *Litteræ, in quibus Papa atteſtatur aliquem eſſe ſuum Cappellanum, vel cubicularium ſuum familiarem, benè probant eum eſſe talem.*
12 *Contrarium multi.*
13 *Reſolutio ex Lapo.*
14 *Papæ aſſertioni ſtandum eſt ſuper facto proprio, etiamſi atteſtetur de eo, quod fecit, vel viuit, dum eſſet Cardinalis.*
15 *Amplia hoc procedere in quacumque diſpoſitione, ſiue pura ſiue conditionali, ſiue modali.*
16 *Aſſertio Papæ probat etiam contra laicum non ſubditum.*
17 *Hoc intellige in beneficialibus.*
18 *Non in profanis.*
19 *Cuntrarium multi. Reſolutio ex Gabriele, & Portio ibidem remiſſiuè.*
20 *Papæ atteſtati non creditur, quando agitur de alterius graui preiudicio, & eſt communis, n. 24.*
21 *Exempla, & n. 22.*
23 *Ratio.*
25 *Papę aſſertioni non ſtatur de delicto alicuius, niſi afferat conſtare ſibi de notorio, & inexcuſabili.*
26 *Opinio Auctoris.*
27 *Multa dicuntur notoria, & tamen non ſunt.*
28 *Papæ aſſertioni ſtatur de delicto alicuius, quando diſponit non eſſe recipiendam contrariam probationem.*
29 *Et magis quando concurrunt alia adminicula vltra confeſſionem ipſius Papæ.*
30 *Papæ aſſertioni ſuper facto ſibi a parte narrata, non ſtatur, niſi de facto proprio ipſiuſmet Papæ tractetur.*
31 *Aſſertioni Papæ non ſtatur, quādo conſtat de cōtrario eius, quod ipſe fuit ateſtatur, vel quando principaliter de eo dubitatur.*
32 *Aßertioni Papæ nō ſtatur, quādo de facto alieno atteſtatur.*
33 *Papæ in narratis de facto alieno creditur donec contrarium probetur, & eſt communis.*
34 *Enunciatiua verba Papæ probant, quando Summus Pontifex concedit aliquid motu proprio, & huic aſſertioni innititur eius intentio.*
35 *Clauſula motus proprij non præſumitur, quando non eſt expreſsè litteris.*
36 *Papæ aſſertioni creditur etiam de facto alieno, quando aſſereret ſe de tali facto bene fuiſſe certiorem factum.*
37 *Item quando ſumus in antiquis.*
38 *Amplia.*
39 *Papæ aſſertioni creditur in facto alieno coram ſe geſto. Ratio ibidem.*
40 *Item quando non verſamur in præiudicialibus.*
41 *Similiter ſi de facto ſuo progenitoris atteſtetur.*
42 *Item quo ad inducendam aliqualem præſumptionem.*

1 SEd quæritur, an verbis enunciatiuis, quæ Papa protulit, credennum ſit. Ad quod dico conſtituendam eſſe regulam affirmatiuam, *text. eſt apertiſſimus in clement. vnica probat.* id quod colligitur etiam *ex cap. nobiliſſimus, 97. diſtinctione, & ita Doct. omnes concludunt teſte Pariſ. in d. l. ex hac ſcriptura, n. 44. & Maſcard. de probationib. concl. 1148. in 2.*

2 Et de hoc mirum nemini videri debet, cum actus Summi Pontificis non poſſit eſſe niſi circa veritatem, cum veritas ipſa Deus ſit, cuius vices gerit in terris ſummus Pontifex, ac ideo Sanctus, & Beatus, ac etiam merito verax exiſtimatur, vt inquit *Ioſeph. Ludou. concl. ſua 24. verſ. ego autem, pag. mihi 28. col. 3.*

3 Ampliatur hoc adeo verum eſſe, videlicet, quod ſtandum eſt aſſertioni Papę, vt contrarium probari minimè poſſit, ſic poſt alios *Maſcard. concluſ. 1233. numero 5. in 2.*

4 Et ratio eſt, quia verba enunciatiua Papæ inducunt præſumptionem, & iuris, & de iure: *Barbatias, conſ. 27. n. 8. in 3. contra quam non admittitur probatio.*

5 Adde, & fortius, nam ſi pro dicto Principis ſecularis adeſt violenta præſumptio, quæ non admittit probationem in contrarium: (Hinc *Bald. in lege prima, per illum text. de offic. prætor. & in capitulo cęterum, col. 3. de teſt.* dixit, quod Princeps credit, & nos credere debemus, quia dictum Principis pro lege eſt habendum. Hinc etiam Natta poſt alios clamitat dicendo. Quis enim tantæ ſuperbiæ faſtigio tumidus ſit, vt regulem ſenſum neget?) quanto magis ad verum erit in Summo Pontifice.

6 Ampliatur ſecundo loco concluſio, vt procedat: etiamſi Papa aliquid aſſerebat de iure, nam nihilominus ei crederetur.

7 Et ratio eſt, quia præſumitur, quod ipſe habeat omnia iura in ſerinio pectoris ſui.

8 Quod tamen intelligendum eſt, niſi aliquid aſſereret, quod de iure manifeſtam falſitatem in ſe contineret, ita poſt *Gbr.Maſ. d.concl.n.31. cum duob. ſeqq.*

9 Declaratur tamen iſta principalis concluſio ſupra relata, vt procedat, quando Papa atteſtatur de ſuo facto proprio, tunc enim ſua atteſtatio pleniſſimam facit fidem, ita vt nec contrarium probari poſſit. Sic procedit *tex.in d.clem.1.* atque intelligunt communiter *DD. Gabr. tit. de probation. concluſ. 2. numer. 2. Porius concluſione ſua 27. in princ. et Maſcard dict.concluſ.1233. numero 35. cum ſeqq.*

10 Et eo magis procedat, quando Papa ſuper eo ſe fundat Sic *Mazzol.conſ.89.nu.29. Riminal. Sen.conſ.419.numero 37.in 3. & Turret.conſ.71. num.6.vol.1. Addo Crauett. de antiquitat.in §.propoſitum,n.15.& 16.cum ſeqq.* vbi declarat etiam, quando dicatur intentio Papæ fundari ſuper narratis per eum.

11 Hic ſequitur, quod ſi Papa atteſtatur aliquem eſſe ſuum Capellanum, cubicularium, ſeu familiarem, debeat ſtari ſuæ aſſertioni, vt voluerunt multi relati per *Gabr.citato loco numer.3. & in terminis adeſt deciſio Dom. Lapi in ordin. 7. cum* concludit litteris narratiuis Papæ commendantis iudici ſæculari quendam Plebanum, fidem adhibendam eſſe in hoc, quod ille ſit Plebanus.

12 Et licet videantur eſſe nonnulli, qui in huiuſmodi caſibus aſſertioni ipſius Papæ deferendum non eſſe autument.

13 Nihilominus bene reſoluit *Lapus citato loco numer.6. & Gabriel. citata concl.2. num.4. qui ſub num.6.* declarat etiam qualiter ſi intelligenda deciſio Lapi: vidend.etiam de hac eadem declaratione *D. Alexand. Trentacinq. Var. reſolut. libr.primo tit.de verborum ſignificatione, reſolut.2. numer.10.*

14 Ampliatur iſta declaratio, vt procedat, etiamſi Papa atteſtaretur de eo, quod fecit, vel vidit, dum Purpureo eſſet decoratus galero, vel minoribus conſtitutus, Sic poſt alios *Gabr.dict.concluſ.numero 16.* vbi iura, & auctoritates deducit, *Portius dict.concluſ.27.pagina 84. verſiculo Amplia etiamſi Papa. Pariſ.in d.l. ex hac ſcriptura, numer.44. & alij.*

15 Ampliatur ſecundo, vt habeat locum in quacumque Papæ diſpoſitione ſiue pura, ſiue conditionali, ſiue modali, in qua ſi Papa atteſtetur de facto ſuo, ſemper locum habebit diſpoſitio d.clementinæ primæ, de probat. Sic poſt alios *Gab.num.23.* Vtrumque probat *Maſcar. conſil. 139. num.6.in 1.*

16 Terti Amplia, vt talis aſſertio Papæ probet etiam contra laicum non ſubditum; Sic inter alios *Gabriel citato loco numer.25. Sic etiam Maſcard.concl.139. numer.decimotertio, & 1233.n.87.*

17 Hoc tamen procedit dumtaxat in beneficialibus, ſeu alij ſpiritualib. in quibus Papa habet latiſſimam poteſtatem *cap.2.de præbendis,in ſexto,& cap.propoſuit,de conceſſione præbende.*

18 Secus autem in prophanis, ita *Abb. Roman.Dec.& alij relati per Gabr.n.26.Pariſ.in d.l.ex hac ſcriptura, num.45. & Maſcard.d.concl.139. num.12.*

19 Et licet contrarium teneant nonnulli nihilominus concordat *Gabr.numer.27. & Portius dicta concl.27. pag.86. verſ. limita primo.*

20 Limitatur autem principalis concluſio, vt non procedat, quoties ageretur de graui alterius præiudicio: ita *Portius pag.87.verſic.limita ſecundo dict. concluſ.ita Mazol.conſil.ſuo 98.numer.21.Zuchard.conſ.quinto numero 48. & Gabriel.* poſt multos relatos, *numero 28.& 29*

21 Vbi tradit exemplum ſubdens, quod ſi Papa vellet aliquem priuare feudo, vel bonis ſuis atteſtando quod ſibi conſtet de delicto, hoc caſu non ſtaretur ſuæ aſſertioni; ſequitur *Maſcardus,concl.138.n.14.cum ſequent.*

22 Idem eſt, ſi Papa in ſuis Bullis aſſerat aliquem eſse rebellem, nam ex hoc rebellio nullo modo probatur, ſi aliquo modo non conſtet; ſic præciſè tenuit Rota Romana pro ciuitate Bononiæ, quam Eugen. Papa in quibuſdam Bullis concedendo immunitatem quandam certis caſtris comitatus Bononienſis aſsedebat rebellem teſte *Creſcentio titulo de probationibus,deciſ.6. teste Puteo in alio caſu, lib.1.deciſ.129. & teſte Moledano de probationibus deciſ. 7.*

Sic etiam tenet Gigas de criminè læſæ Maieſtatis titulo quomodo, & per quos crimen læſæ Maieſtatis probetur quæſt. 19.

23 Et ratio eſt in promptu, quia non eſt deferendum Papæ in eo, quod reſpicit ſuam vtilitatem propriam, vt alias decebat *Dec. conſ.445. numer. 61.* etiamſi per viam legis agat; Sic *Gabr. num.48.*

24 Et hæc eſt magis communis opinis quicquid dixerint multi, quos refert *Gabr.ſub n.31. & Ludouic.concl.14.pag. 28.col.3.verſ.*Ego autem.

25 Declaratur tamen, vt habeat locum iſta limitatio, niſi Papa aſseueraret conſtare de notorio & inexcuſabili delicto, quia tunc crederetur eius aſsertioni, etiamſi de graui alterius præiudicio tractaretur.

26 Crederem tamen ego in hoc, quod iſta doctrina procedat, donec poſse probari contrarium, quo probo non amplius ipſius aſsertioni crederetur,

27 Et ratio eſt, quia multa dicuntur notoria, & tamen non ſunt, vt dixit *tex. in capit. conſuluit de appellationibus.*

28 Hoc tamen intellige; niſi ſpecialiter Papa diſponeret non eſse recipiendam contrariam probationem, ſed omnino vellet, vt ſtaretur eius aſsertioni, ſic *Soc.conſ.266. col.2.verſ.confirmantur prædicta in 2.*

29 Ampliatur autem iſta declaratio, vt locum maximè habeat, quando concurrerent alia adminicula vltra confeſsionem ipſius Papæ. Sic Rota Romana in terminis teſte *Creſcent.tit. de probat.deciſ.7.*

30 Fallit ſecundo principaliter regula ſupradicta, quando Papa aliquid atteſtaretur tanquam ſibi à parte narratum quia tunc non creditur tali aſsertioni factæ per narratiuam partis, Sic multi, quos refert *Gab.num.40. Portius pag.89. verſic.5.limita,* niſi tamen de facto proprio ipſius Papæ tractetur, *Maſcard. poſt alios citata concluſion. 139. numer.20.*

31 Fallit tertio regula principalis, quando conſtaret de contrario eius, quod Papa fuiſset atteſtatus, vel quando principaliter dubitaretur de eo. Sic poſt alios *Gabriel,numer.44. & 45. Portius pagina 92.verſ.7.limita,& octauo.*

Hæc quando Papa de facto ſuo proprio atteſtatur.

Quid autem Iuris ſit quando de alieno, ſupereſt videre.

32 Conſtituenda eſt autem regula negatiua, videlicet, eius verba non probare; ad *textum d. Clement.ſi Summus Pontifex. de ſententia excommunicationis, & in capitul. ſi Papa, de Priuilegijs in ſexto. Sic Crauet. conſil. 498. numer. ſeptimo volumine tertio. Sic Burſat. conſilio 310. numero 44. in tertio* Sic tenuit Rota Romana teſte *Creſc. titul.de enunciatione deciſ. 3. Verral. part.3. deciſ.77. & Ill.D.Card.Seraphin.deciſ.ſua 1260.* quæ quidem regula maximè procedit, quando ipſe Papa non reſpicitur informatus.

33 Limitatur primo iſta regula, quando Papa ſuper iſto facto alieno ſuam fundaret intentionem eo enim caſu talis atteſtatio, etſi non faceret pleniſſimam probationem, talem tamen præſumptionem induceret, vt onus probandi contrarium in eum transferretur, qui

contrarium

contrarium vellet aſſerere, & non docto de contrario, ſuæ ſtaretur aſſertioni, ſic infiniti, quos refert, & ſequitur *Gabr.num.49.Port.pag.89. verſ.limita, Pariſ.conſ.5. num. 219.vol.4. & Maſc.d.concl.138.num.22.*

Et licet adſint multi contrarium tenentes relati per *Gabr.ſub n.50.a prima* nihilominus opinione vti communiori non eſt recedendum.

34 Aduertendum eſt autem, quod vt hæc prima limitatio locum habeat, non ſufficit, quod Papa ſuam ſolummodo ſuper illo facto fundet intentionem, ſed requiritur etiam, quod motu proprio ita narrauerit, aliter ſi non motu proprio, ſed ad petitionem partis hoc proceſiſſet, non induceret dicta aſſertio Papę prædictam præſumptionem narratorum in facto alieno conſiſtentium, quamuis in eis eſſet ipſius ſummi Pontificis fundata intentio per id, quod habetur *in capit. ſi motu proprio, & in capit.ſeqq. de præbendis, & in capit.ex litteris cum ibi notatis*, de tranſactionibus cum concordantibus adductis per *Alex. in conſilio 112. numer. ſecundo. in 7. ſic tenuit Rota Romana teſte Puteo libro 3. deciſ. 101. & 338. eod. libro tertio ſequitur Maſcard.concluſione 622. numer.quarto addo Clariſs.D.Alex.Trentacinq.* poſt hæc edita viſum *Var.reſol.libr.primo tit.de verb. ſign.reſolut.2.numer.11.& 12.* vbi pluribus modis hoc ſub declarat: cum conſulas.

35 Et obſerua, quod iſta clauſula motus proprij non præſumitur quando non eſt expreſsè literis inſerta, vt in *d.c. ſi motu proprio*; erit igitur ſemper inſerenda: Sic præcisè *Alexan.citat. conſil.122.n.3.pulchrè, & latè Maſc.de probat.concluſ.1080. volum.2.addo Cardin. Tuſcum, concl.ſua 406. in littera M.* vbi firmam poſt alios proponit regulam, quod motus proprius Papæ non præſumitur. Eum conſulas obſerua præterea, quod aſſertio Papæ de facto alieno, & cum clauſula, accepto per nos, potius iudicatur aſſertio partis, quam Papæ, idem eſt de clauſula (ſicut accepimus) pulchrè *Illuſtriſs. Dom. Card. Seraphinus deciſ. 1336. numer. 4.*

36 Limitatur ſecundò Regula principalis, quando Papa aſſereret ſe de tali facto alieno bene fuiſſe certiorem factum. Sic multi relati per *Gabriel.n.58.* veluti ſi diceret ex certa noſtra ſcientia, & animo deliberato, & ſimilia, quæ operantur præſumptionem informationis. *leg.ſed etſi quis §.fin.& ibi DD.ff.ſi quis cautionib.*

Latius de hac limitatione vide penes *Dom.Trentacinq. dict.reſol.2. n.13. & penes Dom. Farinaccium deciſ.ſua Rotæ Romanæ 522. in nouiſs.*

37 Fallit tertio in Antiquis in quibus Verba Enunciatiua Papæ etiam in facto alieno plenam faciunt probationem. Sic poſt alios *Gabr.dict.numer.59. Portius Pag.91.verſ.2. limita, Rimin.iun.conſil.716.numer.33.in 6. & Burſ.conſilio 324.numer.7.in 3. addo Clariſs.D. Farinac.in ſuis deciſ. Rotę Rom.nouiſs. deciſ. 142. numer,6.* vbi concordantes allegat, *& D.Card.Seraphinum deciſ.ſua 449.num.1.* vbi particulariter loquitur in enunciatione antiqua Papæ, ſuper qua fundat diſpoſitionem. His omnibus addo *D. Vincentium Grilenzonium conſilio ſuo 142. num.4.* vbi ampliat ex dictis verbis probationem quoque induci contra tertium.

Idque pręcipuè procedit concurrentibus alijs adminiculis. Sic inter alios idem *Burſatt.conſil.330.n.27.in 3.addo Clar.Farinacc.deciſ.145. num.3.*

38 Sublimitatur tamen id, vbi ex facto veritas in contrarium demonſtraretur, licet enim ſimus in antiquis, attamen præſumitur Papam errore facti deceptum ſic ſcripſiſſe, ac ideò narratiua eius verba nullius ſunt efficaciæ, quia veritas omnia vincit. *capit.conſuetudo, 8. diſtinct.&* veritate comperta omnia cedunt veritati. cap. veritate, eodem titulo, & in puncto, vt verba narratiua Papæ, vel Principis non probent, docto de veritate in contrarium, ſenſerunt *Bartol.Pacian.* ac alij, quos retulit, ac ſequutus eſt, *Clar.Dom.meus Peeregrinus*, qui hoc tradidit, *conſil.ſuo 26.num.3. vol.2.* Hoc idem docuit in ſimili de œconomo. *Ioan.Guliel. Guidobon.* poſt hæc congeſta viſus *aduocat.ſua 129.n.65.*

39 Limitatur quarto in facto alieno coram ſe geſto: eo enim caſu ne Papa de mendatio redargui poſſit eius aſſertioni deferendum erit, donec probetur contrarium. Sic *Gabr.numer.13. & 14. Portius d.concl.27.pag.48.verſ. Amplia* idem ſi atteſtetur. *Addo Iaſ.conſ.86.num.20.in 3. & ibi Addent. in litt. Q.*

40 Coarctatur quinto regula ſupradicta, quando non verſamur in præiudicialibus, eo enim caſu verba narratiua Papæ etiam de facto alieno plenè probant. Sic *Gabriel. num.62. Port.pag.92.verſiculo quinto, limita, et Maſcard. concl.622. num.10.*

41 Reſtringitur ſexto principaliter, ſi de facto ſui progenitoris teſtaretur, tunc enim, quia præſumitur, quod informatus ita aſſerat, eius aſsèrtioni fides adhibenda erit, ſic *Gabr.num.64.Maſcard.d.concl.622.num.9. et 1233.numer.48.et 49. in 2.*

42 Fallit ſeptimo, quo ad inducendam aliqualem præſumptionem, ſic poſt alio *Gabr.num.57. Port.pag.91. verſ.limita primo, et alij.*

Et hæc ſufficiant. Reliqua videre potes per *Maſcard. Portium, et Gabr.* citatis locis, aliqua etiam apud *Franc. Marcum deciſ.1321.volum.1.et apud DD.omnes in d.Clem. 1.de probationibus. Addo Vital. de Camban. in tract.clauſ. pag. mihi 258. et 259. cum ſeqq. et Illuſtriſs. Card. Tuſch. concluſion.ſua 4.in litter.H, et concluſ.ſua 61.in litter. P,* vbi, an, & quando Papa aſsertioni ſtandum ſit, omnium latiſsimè, ac exactiſsimè diſputatur, cum omnino conſulas.

## An atteſtationi Cardinalis, ſeu Legati de Latere credendum ſit.

## QVÆSTIO III.

PRO reſolutione vide *Gabrielium de probat.concluſ.3. Portium concl.28.et Maſcar.concl.140.vol.1. et concl. 268. eodem vol.* vbi omnium elegantiſſimè, adeundus quoque *Cardin. Tuſch. concluſion.ſua 103. in littera C,* vbi pulchrè.

---

## An verba enunciatiua à Principe prolata fidem faciant.

## QVÆSTIO V.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua à Principe prolata fidem faciant.*
2 *Expenditur textus in Clementina vnica de probationibus.*
3 *Aſſertionis Principis ſtatur præſumptione iuris, et de iure, quod verum dicat, etc.*
4 *Princeps Præſumitur iuſtitia plenus, et non præſumitur falſum dicere, etc.*
5 *Principis ſolo verbo credendum eſt.*
6 *Non det principem labium mendax.*
7 *Principis aſſertioni creditur, vt in contrarium non admittatur probatio.*
8 *Limita in multis caſibus, vt per Maſcard.*

 9 *Verba*

9 *Verba enunciatiua Principis tunc fidem faciunt , quoties ipſe ſe fundat ſuper illis verbis, quod amplia prout ibi.*
10 *Item ſidem faciunt , quandò princeps eſt bene informatus.*
11 *Amplia etiam contra tertium.*
12 *Informatus dicitur , quando facit aliquid motu proprio , & ſine vlla ſupplicatione preuia.*
13 *Nota caſum , in quo vera enunciatiua principis faciunt licet ipſe non ſit informatus.*
14 *Aſſertioni principis ſtatur factæ, tamen verbis enunciatiuis contra ſubditos ſuos dumtaxat.*
15 *Ratio.*
16 *Princeps contra non ſubditum nequit vti plenitudine poteſtatis , quod amplia ex ſententia Maſcard. prout ibidem.*
17 *Verba enunciatiua principis ſidem faciunt maximè quando ſunt iterata.*
18 *Item quando proferuntur de eo quod pendet à mero arbitrio ipſius principis.*
19 *Similiter fidem quoque faciunt de his, quæ ante principatum vidit.*
20 *Enunciatiua verba principalis probant , maximè quando ſumus in antiquis, & n. 21.*
22 *Aſſertiori principis ſtatur etiam in facto recenti , quando princeps huiuſmodi verba protulit motu proprio.*
23 *Similiter ſtatur ipſius aſſertioni, quando narrat factum mixtum, partim ſcilicet proprium, & partim alienum.*
24 *Aſſertioni principis non ſtatur , quando agitur de præiudicio tertii , vel quis iure ſuo priuatur.*
25 *Princeps ſtutuere nequit , quod ſtetur eius dicto , & aſſertioni in præiudicium tertij etiam de plenitudine poteſtatis.*
26 *Ratio.*
27 *Verba enunciatiua principis ſidem faciunt etiamſi agatur de præiudicio tertij , quando tamen ſunt prolata cum conſilio ſapientum.*
28 *Intellige tamen, ſi clarè quid enuncietur in ſpecie.*
29 *Aſſertioni principis non ſtatur, quandò clarè conſtat de cõtrario eius , quod expreſſit.*
30 *Item quando atteſtatur de facto alieno.*
31 *Limitatur, autem id multis modis, de quibus, n. 32. cum ſeq. vſq. ad 40.*
41 *Aſſertioni principis de ſuo facto proprio adeo ſtatur , vt in contrarium probatio non admittatur.*
42 *Ratio.*
43 *Limita, ac Reſtringe.*
44 *Verba enunciatiua principis minimè fidem faciunt, quando læderent honorem ſubditi.*
45 *Item quando ad inſtantiam partis reſcriberet.*
46 *Item quando de ipſiuſmet principis tractaretur intereſſe.*
47 *Ratio , & n. 48. cum ſeq. vſq; ad 61.*
62 *Quid ſi princeps volens alteri præiudicare, afferat cauſam, quam moueatur, an eius aſſertioni ſit ſtandum.*
63 *Exempla ad cognoſcendum cauſas vtilitatis, ac neceſſitatur quibus mouetur princeps ad præiudicandum iuri tertij , ponit Petra.*

1 QVæritur , vtrum verba enunciatiua à Principe prolata fidem faciant. Et fidem facere communis eſt Doct. ſententia : ita *Ruin. conſil. 21. numero primo vol. primo.* vbi loquitur in ſpecie de Duce Ferrarienſ. *& in conſil. 200. num. 1. in 2.* de quo etiam duce loquitur *Laderchius conſil. 107. numer. ſecundo in 1. Menochius in ſecundo, Reſponſ. cauſa Ginarien. aticul. 1. numero 19. & Reſp. 4. num. 51. & in ſuo conſilio 2. num. 19. in primo, & ex Recentioribus latè Maſcar. concluſione ſua 1233. in primis numeris in ſecundo. Sic quoque Capicius deciſ. ſua 86. numero ſecundo.*

2 Adducitur communiter *text. in Clement. vnica , de* probationib. qui re vera nil facit , loquitur enim dumtaxat à ſummo Pontifice, ergo non eſt extendendus ad principem ſecularem, cum eius diſpoſitio ſit exorbitans, & ſecundum aliquos odioſa , argumento *text. in cap. odia de regulis iuris in 6.* Sic etiam animaduertit *Hyppol. Riminal. in additionibus ad Riminald. ſen. conſil. 529. in littera H, vol. 3.* & hoc veriſſimum puto : quicquid dixerit *Crauet. de antiquitatib. in cap. propoſitum, num. 3. cum ſeqq. poſt eum D. Alex. Trentacinq. reſolut. 2. inferius alleganda , numero 19. & 20.*

De iure autem ciuili Bartolus conſiderat textum *in leg. primo §. cum vrbem. de officio præfat. vrb. qui text. videtur aliquantis per probare , licet diſſentiat ibi Rebuffus.*

3 Sed tamen prædicta ſententia eſt veriſſima, quia aſſertioni ipſius principis ſtatur præſumptione iuris, & de iure, quod verum dicat , contra quam non admittitur probatio *leg. antiquæ. C. ad Velleian. ita præcisè Hyppol. Rimin. conſil. 365. numer. 27. volum. 4.*

4 Alia poteſt eſſe ratio, nam princeps præſumitur iuſtitia plenus , & idcircò omnia deliberatæ & prout conuenit , facit, & ideo non eſt credendum, quod falſum dicat, *l. 2. §. meritò, & ſi quis à principe , § ff. Ne quid in loco public. latè Maſc. d. concl. 1233. num. 22.*

5 Et hinc eſt, quod communiter dici ſolet: Principis ſolo verbo credendum eſſe, *c. nobiliſſimus 87. diſtinct.*

6 Non decet enim principem labium mendax.

7 Et hoc adeò verum eſt, vt probatio in contrarium contra ipſius principis aſſertionem non admitatur, latè *Maſcard. d. concl. 1233. n. 29. cum ſeqq.*

8 Limitatur tamen in nonnullis caſibus , de quibus per eundem *Maſcardum à n. 34. vſq; ad. 45.*

9 Declaratur primo Regula ita principalis, vt intelligatur, quoties ipſe princeps ſe fundat ſuper illis verbis, tunc enim probant etiam quoad omnes , & præiudicant quoque ipſi principi. Sic *Riminald. ſenior conſilio 529. numer. 51. in fin. & 52. in 3. Gozad. conſilio 83. numero 10. Leonar. à lege conſilio ſuo Feudali 86. numer. ſexto , Crauett. in dict. §. propoſitum num. vigeſimoquinto, et 16.* vbi declarat, quando principis intentio dicatur fundata ſuper narratis per eum. Sic etiam *Afflictus deciſione ſua 305. numer. 14. et 16.* vbi pulchrè,

10 Declaratur ſecundo , vt eadem concluſio procedat ; quando princeps eſt bene informatus , tunc enim plenè probant, alias ſecus. Sic *Hyppol. Riminald. poſt Felin. conſil. ſuo 68. nu. 35. vol. 1. Sic Menochius etiam in d. Reſp. 2. cauſ. Ferrarienſ. art. 1. n. 18.*

11 Amplia etiam contra tertium , ſic *Turret. poſt alios conſil. ſuo 71. numer. 3. volum. 1. addo Coler. conſil. ſuo 30. numer. 81.*

12 Informatus autem, & præcipuæ de facto tunc dicetur, quando facit aliquid motu proprio, & ſine vlla ſupplicatione præuia, ſic poſt alios *Rimin. conſ. ſuo 365. numer. 5. vol. 4.* item quando facit aliquid ex certa ſcientia , & animo deliberato, *l. ſed et ſi quis, §. fin. et ibi not. Bart. et alii, ff. ſi quis cautionib. Sequitur poſt. plures relatos Maſc. d. concl. ſua 209. num. 11.*

13 Aduertendum eſt, autem, quod in vno quopiam cauſa quandam inducunt probationem næc verba enunciatiua principis; licet ipſe non ſit informatus, quando ab alio , quam ipſe principe, vel à prædeceſſore ſuo eſſent prolata. Tunc enim omnes firmant etiamſi eſſent talia narratiua eorum, in quibus princeps non fundaret intentionem ſuam, nihilominus facerent qualem qualem præſumptionem operantem id quod fama, adeo quod in antiquis ſufficeret pro plena probatione , ſic poſt alios *Alex. conſ. 15. num. 3. in 5.*

14 Declaratur tertio, vt hęc eadem regula procedat dumtaxat contra ſubditos ipſis principis , non alios.

15 Et ratio eſt: quia ſicut non ſubdito præiudicare princeps non poteſt, ita nec contra eum quid aſſerere, per quod præiudicium ei fiat: ita *Crauett. in dicto verſiculo propoſitum, numero decimo, & ſequitur conſilio 807. numero primo, in quinto, addo eruditiſſimum Dominum Alexan. Trentacinq. poſt hæc edita viſum, variarum reſolut. libro primo titulo de Verborum ſignificat. reſol. ſecundo numero 15.*

16 Contra enim non ſubditum princeps non poteſt vti plenitudine poteſtatis, *Abb. & Aretin. in cap. cum nobis, extra de teſt. hinc etiam Maſcard. dict. concluſ. 1233. numer. 81. cum ſequent. & ſub numer. 84. ampliam*, vt procedat etiam contra naturaliter non ſubditum, licet ſubſit ratione cauſæ.

17 Ampliatur modo regula principalis, vt præcipuè procedat, quando verba iſti principis ſunt iterata, quod enim talis iteratio plurimum operatur ſcribit poſt *Decium conſ. ſuo 588. n. 17. in 2. Menoch. in Reſp. 4. cauſæ Ferarienſ. n. 52. vbi quoque deducit tex. in Clem. 1. verſ. Diecœſanis, de iure patro.*

18 Ampliatur ſecundo, vt maximè locum habeat, quando verba iſta proferuntur de eo, quod pendet à mero arbitrio principis, & non propter aliud, ſed propter ſe, & non per errorem, ſed ex certa ſcientia, ſic poſt alios bene erudit. *D. Carol. Tapia in repetitione l. fin. de conſtit. princip. c. 1. p. 1. num. 13.*

19 Ampliatur tertio, vt procedat etiam de his, quæ ante principatum princeps vidit, ita *Maſcardus d. concl. 1233. numer. 45.*

20 Ampliatur quarto, vt præcipuè procedat, cum ſimus in antiquis, ſic poſt alios *Menoc. in dict. verſ. 2. cauſæ Finarienſ. art. 1. n. 107. & in ſuo conſ. 2. n. 107. in 1. addo Maſcar. concl. ſua 919. n. 3.*

21 In ijs enim creditur aſſertioni ipſius principis, etiam ad eius commodum, & in præiudicium tertij. Sic præciſè *Crauet. conſ. 276. num. 1. in 2.* vbi rationem reddit, ſequitur quoque *Riminal. iunior. conſil. 363. numer. 3. in 4.* & hæc eſt veriſſima concluſio, quicquid dixerint *Crau. de Antiq. Cephal.* ac alij, quos refert, ac ſequitur *Trentacinq. conſil. primo num. 9.*

22 Eſt tamen verum, quod etiam in facto recenti eius aſſertioni ſtatur, quando princeps huiuſmodi verba protulit motu proprio, ita inter cæteros *Menoch. conſ. 147. nu. 33. in 2.*

23 Ampliatur quinto, vt procedat etiam, quando princeps narrat factum mixtum, partim, ſcilicet proprium, & partim alienum. Sic poſt *Gab. Maſcard. dict. concluſ. 1233. num. 77.*

Limitatur autem hæc eadem regula multis modis.

24 Et primò, vt non procedat, quando ageretur de prçiudicio tertij, vel quis iure ſuo priuaretur, Sic poſt alios *Rimin. iunior. conſilio ſuo 328. numero 23. in 3. Menoch. citato articulo primo, reſponſ. ſecundo, numero 109. Crauet. in dict. verſicul. propoſitum numero 9.* vbi ampliat in eo caſu non ſtari narrationi principis etiam quo ad præſumptionem, quæ transferat onus probandi in aduerſarium, & ibi multos deducit, ſic etiam *Domin. Tapia in dict. repetitione leg. fin. capitulo primo, numero decimooctauo, parte prima, de Conſtitutionibus princip. Petra de poteſtate princip. capitul. 15. numero 73. & Brunor. à ſole in ſuo compendio propoſition. iuris in verſ. verba narratiua in tertio, &c. adde Maſcard. poſt plures relatos concluſ. ſua 141.*

25 Immo, quod magis eſt, princeps non poteſt ordinare quod ſtetur eius dicto, & aſſertioni in præiudicium tertij, etiam de plenitudine poteſtatis, vt poſt *Decium, & alios docet. Petra dict. tractat. de poteſt. principis, capitul. 21. num. quinto.*

26 Et ratio poteſt eſſe, quia princeps per indirectum nimis grauare poſſent ſubditos, & eis tollere defenſiones, quod non eſt dicendum: ita *Iaſ. conſilio 86. numero 7. in 3.*

27 Sublimitatur tamen primo iſta limitatio, vt non procedat, quando verba principis eſſent prolata cum conſilio ſapientum, licet enim ageretur de prçiudicio tertij nihilominus aſſertioni ipſius principis ſic factæ, plenè crederetur tanquam factæ matura deliberatione. Sic *Capic. poſt Iſerniam deciſ. ſua 166. numer. ſeptimo.* non bene intellectus per *Tapiam in dict. leg. fin. capitul. primo p. 1. num. 19.*

28 Intelligitur tamen iſtud, ſi clarè quid enunciatur, & in ſpecie. Sic pulchrè, & latè *Riminald. iun. conſil. ſuo 365. numer. 23. cum ſeqq. in 4. Crau. conſil. 807. num. quarto volum. quinto.*

29 Coarctatur ſecundo principaliter regula ſupradicta, vt non procedat, quando clare conſtaret de contrario eius, quod princeps expreſſit, licet enim pro eo præſumatur, vt ſtetur eius aſſertioni, attamen talis præſumtio credit veritati, de qua contrarium apparet. Sic pulchrè tradit *Crauett. in dict. verſ. propoſitum, numero 12.* vbi reijcit quoque quandam DD. obiectionem. Sequitur poſt plures alios relatos *D. Trentacinq. d. reſolut. 2. numer. 16.*

30 Fallit tertio, quando princeps teſtaretur de facto alieno, tunc enim ſi non crederetur, ſic poſt *Roman. Iaſon. Aret. Ruinum, conſilio 541. numer. 5. & alios docet Hippol. Riminald. conſil. ſuo 328. num. 26. in 3. latè Marcard. citata concl. 1233. numero 52. cum ſeqq. in 2.* vbi plures rationes deducit.

31 Claudicat aùtem primo iſta limitatio, cùm ſuper illo facto alieno fundaretor ipſius principis intentio, vtpotè cum motu proprio illud factum coram ſe geſtum eſſe aſſeueraret, tunc enim ipſius aſſertioni ſtandum eſset. Sic *Affl. deciſ. ſua 305. numero 15. Aquilinus in leg. Gallus, §. Et quid ſi tantum, in verſ. Quid enim ſi aquæ, numero 107. de liberis, & poſthumis, & alijs, Maſcard. d. concl. 1233. numero 78. & 80.*

32 Ampliat *Bimius conſilio ſuo 98. numero 108. volum. 1.* Etiamſi illud factum alienum coram ſe geſtum non fuerit, nam nihilominus vult præſtandam eſse fidem ipſius aſſertioni.

33 Sed hoc abſolutè negat *Crauett. de antiq. c. 1. par. 1. num. 10.* cui opinioni, & ego aſsentior. vide *Maſcardum d. concl. 1233. n. 60. cum ſeqq.*

34 Coarctatur ſecundo iſta fallentia, quando ſumus in antiquis, eo enim caſu, licet agatur de facto alieno, nihilominus plenè creditur aſsertioni ipſius principis. Sic præciſè poſt alios *Menoch. conſilio ſuo 402. numer. 26. volum. quinto.*

35 Sublimitatur tertio, quando licet princeps de alterius facto teſtaretur de ſua tamen vtilitate non ageretur, eo enim caſu eius aſsertioni ſtandum eſset, immo, ipſi magis crederetur, quam notario. Sic *Dec. poſt Iſern. conſ. ſuo 445. num. 17. in 2.*

36 Fallit quarto ſupradicta tertia limitatio, quando princeps aſsereret factum ſui genitoris, vel prædeceſsorum ſuorum.

37 Quia tunc, cum præſumatur, quod informatus ita aſſeruit, ſtandum erit eius aſsertioni etiam ſuper facto alieno: ita poſt alios *Crau. de antiq. par. primo, capit. 1. num. 12. ſequitur Maſcard. concluſ. 662. num. 9. & ſupra citata 1233. numero 72.*

38 Caludicat quinto, cum agitur de leui præiudicio, nam tunc eius aſsertioni creditur ſuper facto alieno, etiam in non antiquis. Sic poſt *Aret. Corn. & alios Crauet. dict. cap. 1. numer. 13. Maſcard. d. concl. 622. num. 10. & 1233, num. 73.*

39 Et ratio eſt; quia princeps in modico de poteſtate

ordinaria poteſt patrem lædere. Sic *Affl. in capit. 1. titulo qui ſucceſſ. teneantur*, latè *Dec. in capit. quę in eccleſiarum, numer. 119. & 120.* extra de conſtitut. vbi poſt multa iura hac opinione deducta ſubdit hoc eſſe verum, quando conſtat de mente principis, ſecus in dubio, quia non præſumitur regulariter, quod princeps, velit etiam in modico præiudicare, & latius, vt per eum.

40 Fallit vltimo, nam nihilominus inducitur quædam præſumptio, quæ onus probandi transfert in aduerſariū, ita infiniti relati per *Aquilinum citato loco, numero 19. Crauetta parte prima capitul. primo numero 14. & 15. vbi declarat, & Maſcard. dicta concluſione 1233. numero 74.*

Hæc cum de facto enunciat alieno.

41 Cum autem de ſuo ipſius facto agitur, adeo ipſius aſſertioni creditur, vt in contrarium probatio non admittuntur.

42 Et hoc, ne ipſe princeps de mendacio aut falſitate redargui poſſit. Sic poſt multos relatos concludit *Aquilinus in citato verſ. n. 111. Berous in cap. 1. de iudicijs n. 45. & ſuperius tetigimus.*

43 Reſtringitur tamen iſtud, vt non procedat, quando ageretur de præiudicio alterius in iure iam queſito, quod procedit niſi appareat de veritate ipſius cauſæ Sic præciſè *Crau. de antiquitat. part. prima capitul. ſecundo. numero 22.*

44 Fallit quarto regula principalis, vt minimè locum habeat, quando huiuſmodi verba à principe prolata læderent honorem ſubditi, ita *Dec. conſ. 528. col. 3.*

45 Et quando ad inſtantiam partis reſcriberet: ita *Abbas in capit. Dudum, de priuileg. & Alex. conſilio 112. volum. ſeptimo.*

46 Fallit quinto, & vltimo ſupradicta regula, quando de ipſius principalis tractaretur intereſſe, puta, ſi dixerit, quod quis crimen læſæ Maieſtatis commiſerit, vel quod talis fuit rebellis, vel proditor, & ob id ammiſit feudum, quod ab ipſo tenebat.

47 Et ratio eſt: quia tunc teſtificaretur in cauſa propria, in qua nullus eſt idoneus teſtis, *leg. nullus, de teſtibus.*

48 Et alias eſſet in poteſtate ipſius principalis priuare aliquem iure ſuo ſine cauſa, ex ſola ſua aſſertione, quod de iure abſurdiſſimum eſt, vt conſtat ex ſcriptis latiſſimè per *Petram de poteſt. princip. quæſt. 24. per totam.*

Sic docet *Hippol. Riminald. in additionibus ad Riminald. ſeniorem conſ. ſuo 529. volum. 3. in littera H.* Sic pulchrè *Rebuff. de concord. titulo de ſublatione clementinæ litteris, colum. 2. pagin. mihi 743.* Multos ex recentioribus deducit *Ludou. concl. 14. pag. 28. verſ. tranferatur, num. 40. addo Crauett. conſ. ſuo 48. n. 1.*

49 Videndus quoque *D. Alex. Trentacinq.* poſt hæc edita viſus, *conſ. ſuo 1. n. 3. vol. 1. vbi poſt infinitos concordātes adductos ſubdit*, quod ita alias in facti contingentia iudicauit ſacrum conſilium Neapolitanum, teſte *Grammatico, deciſ. ſua 15.* & ratio vltra ſupraſcrita mea ſententia ea quoque poteſt eſſe, quam adducit ipſemet *Grammaticus ſub numer. 8.* quoniam (inquit ipſe) omnia iura mundi diſponentia pro aliquo crimine ipſo iure pœnam imponi, intelligenda ſunt, dummodo ſecuta fuerit ſeruatis ſeruandis ſententia declaratoria per quam declaratur, illud crimen fuiſſe commiſſum, alias pœna non poterit habere exequtionem, ſeu effectum ſuum, adducit *Archid. Bald. Iaſon. Felin. & alios*, ſic pro regula firmantes, de quibus ibi. Hoc idem tenuit etiam ſecundum *Trentacinq. Rota Romana teſte Puteo, Creſcentio, & Gomeſio in deciſionibus per eum relatis.* Sed re vera ſunt extra terminos quæſtionis propoſitæ. Loquuntur enim de Summo Pontifice, prout & ego animaduerti, *in præcedenti quæſt. ſub n. 21.*

50 Et generaliter, quod non credatur principi quod aliquis deliquerit, tenent *Ruin. Crau. Gig. de crimine læſæ Maieſtatis*, ac alij, quos refert, ac ſequitur *Trentacinq. præcit. numer. 3. in fine, addo ego Domin. Decium, conſilio ſuo 606. in 1. dubio volum. 2.* vbi in his terminis ob rationes omnium ſupra deductas elegantiſſimè conſuluit nullius roboris eſſe quandam ſententiam, per quam Sereniſſimus Imperator Carolus IV. declarauit Illuſtr. Pyrrhum, & Federicum de Gonzaga rebelles ipſius Imperatoris, ac Imperatorij, & propter hoc ipſorum feuda, & omnia bona eſſe deuoluta ad ipſum Cæſarem, & prout latius apud eum videre licet.

51 Quæ concluſio tanto magis procedit, quando Imperator, ſeu Rex non atteſtatur de geſtis coram ipſo, nam nec illi etiam cauſam aſſerenti non creditur, nec ob iuſtam cauſam ipſum moueri præſumitur, & huius opinionis duplex eſt ratio.

52 Prima eſt, quia ſi ſtaretur aſſertioni principis de non geſtis coram eo, hoc non poſſet eſſe, niſi quia princeps ab alio fidem recepiſſet.

53 Sed iſta fides non videtur eſſe ſufficiens ad probandum aliquid geſtum in præiudicium partis, quoniam probatio in præiudicium partis non poteſt recipi parte non citata, *capitulo ſecundo de teſtibus*, quam defenſionem princeps tolere non poteſt ment. paſtoralis, de re iudicata, igitur eius aſſertioni non eſt ſtandum.

54 Secunda ratio eſt, quia ſi huic aſſertione crederetur, duo ſpecialia ſimul concurrerent, vnum, quia vni ſoli fides adhiberetur, ſecundum, quia eis crederetur de his, quæ ab altero audiuit contra capit. licet ex quadam, de teſtibus, ſic eleganter docuit poſt *Aret. Calderin. Alex. Corneum, ac plures alios Dom. Alex. Trentacinq. d. conſil. primo num. 4. & 5.*

55 Quinimo ſub numer. ſexto, ſubdit hanc aſſertionem Imperatoris, ſeu Regis de non geſtis coram eo, etiamſi ipſemet Imperator, ſeu Rex in eis ſe fundaret, non facere præſumptionem talem, quæ tranſfundat onus probandi contrarium in aduerſarium, adducit pro corroboratione *Ioannem Andream, DD. omnes in clementina ſecunda de probationibus, vbi Ioannes Bonifacius, columna tertia atteſtatur Romanam Curiam ita ſeruare, adducit quoque Oldrad. Aretin. Alexan. Curt. ſen. in conſil. 20. numero 21.* vbi hanc eſſe magis communem opinionem, & *Cardin. Pariſ. poſt alios, conſilio ſuo 14. numero 23. volum. 3.* vbi atteſtatur omnes DD. ita tenere.

56 Hæc autem conluſio adeò quoque eſt vera, vt etiamſi in priuilegio Imperatoris, ſeu Regis eſſet inſerta clauſula motus proprij, non præiudicaret, ita *Abbas, in capit. cauſam quæ el ſecundo*, extra de teſtibus, & ratio eſt, quia princeps concedendo motu proprio priuilegium inſcius alterius iuris non videtur velle illi præiudicare, *capit. ſuper eo, de officio delegat. & lege 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco public.* Sic præciſè poſt plurimos relatos *Dom. Trentacinq. dict. conſilio primo numero ſeptimo, & 8.* vbi etiam ſubdit hoc idem procedere, etiamſi in ipſo priuilegio adeſſet clauſula, Ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, quia in præiudicium tertij non operatur. *Adducit Caſtrenſ. Bald. Iſerniam, Aretin. Alexandrum Decium, Grammaticum*, ac plures alios, de quibus ibi.

57 Ampliat tandem ſecundum eandem *Trentacinq. ſub numero decimo*, vt ante dicta concluſio procedat, & ipſemet princeps aſſereret notorium eſſe, & ſic eſſet notariam rebellionem, nam nec huic aſſertioni in præiudicium tertij crederetur, ita indiuiduo concludit *Decius, in conſilio ſuo 606. ſub num. decimotertio*, & de hoc duplex eſt ratio.

58 Prima

58 Primã eſt,quia igitur de proprio eius intereſſe,quo caſu eius aſſertioni non creditur,alia ratio eſt:quia quando
59 Princeps reſcribit ex relatione alterius, vtique quemadmodum ille, qui hoc dixit Imperatori non citata parte, nullam fidem facit, ita nec creditur Imperatori in his, quæ dicit ex relatione alterius, vt tradit *Aretin.in capit. cum à nobis,de teſtibus,& in conſilio ſuo 165.in verſic.2.ratio eſt*.

60 Facit etiam pro hac concluſione *text.in Clement.paſtoralis, de re iudicata*, vbi non attenditur aſſertio Imperatoris,quod res eſſet notoria,& quod illud feciſſet exigente iuſtitia, & de Imperiali poteſtate, & per hoc ſententia Imperatoris ibi annullatur præſertim ex defectu citationis,vt patet ibi,in verſ.cœterum.

61 Hæc,cum ſine cauſa verba illa proferuntur à Principe.

62 Quid autem ſi Princeps volens alteri præiudicare afferat cauſam,qua moueatur, an eius aſſertioni ſit ſtandum? Vide *Aquilinum, in dict.§. & quid ſi tantum in dict.verſic. Quid enim ſi aquæ numer.111. cum pluribus ſeqq.pagin.56. Crauettam latiſſimè diſputantem, diſtinguentem, ac reſoluentem, Antiquitatib.parte 1.§.primo, a numer.16. vſque in finem*.

63 Exempla vero ad cognoſcendum cauſas vtilitatis, ac neceſſitatis, quibus mouetur princeps ad præiudicandum iuris tertij,ponit *Petra,de poteſtate Principis, pagin. mihi 193. cum ſeqq.* & quæ ſint iuſtæ cauſæ, idem *Petra docet pag.189.vide per eum*.

Sed hæc ſatis, reliqua ex *Petra, d.tract. ex Gabriel. de probat.concl.2.Portio,lib.1.concl.27. Aquilin.cit.loco Maſcard.d.concl.1233.& prius concl.ſua 890.Crauett.d.cap.1.* & alij petenda ſunt. Addeundus quoque *Illuſtriſ. Card. Tuſcbus,concl.ſua 43.in littera I.*

Vbi etiam an, & quando Imperatoris eſſe rationi ſtetur omnium exactiſſimè diſceptatur. Multa quoque poteris colligere ex *Coleto, d.conſ.ſuo 30. vide per eum*.

## An verba enunciatiua legis inducant ius in eo, quod narratur, vel enunciatur.

### QVÆSTIO V.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua legis non inducunt ius in eo, quod narratur,vel enunciatur, & num.2.*
3 *Amplia hoc procedere in verbis enunciatiuis conſtitutionis, vel ſtatuti.*
4 *Fallit,ſi ſuper illis verbis fundetur intentio legiſlatoris.*
5 *Item quando ſunt geminata.*
6 *Item quando ex mente legiſlatoris contrarium appareret.*
7 *Item,quando legiſlator ipſe factum proprium narrat.*
8 *Alias limitatione. vide Trentacinq.remiſſiuè.*
9 *De materia conſtantius Rogerius.*

1 AN per Verba Enunciatiua legis inducatur diſpoſitio controuertitur. Et non induci reſpondit *Monaehus in capit.ſi Papa,num.7.de priuileg.in 6.Rom.conſ.191.n.5. Aldobrand.poſt plures,conſ.76.n.29.in Balzaran.in tit.ſi de Feudo Vaſal.ab alijs interpellatus fuerit ad text.nu.9. Coletus de Proceſſibus part.3.c.5.n.14.Panc.conſ.6.n.46.vol.1. Hieronim.Enriquez.inter conſ.Petri, conſ.ſuo 86. Simon de Pretis,conſ.59.n.14.cent.3.* & alij.

2 Addo Cl.D.Martam Neapolitanum,in *leg.1.art.3.n.3. ff.de noui operis nunciatione*, vbi poſt plures concordantes adductos ſubdit de hoc eſse duo iura, in *cap.ſi Papa, de priu.in 6.& in clem.1.de prob.* Adnectendus eſt etiam *D. Alex.Trentacinq.lib.1.var.reſol.tit. de verb. ſignific.reſol. 2.num.1.*vbi infinitos alios concordantes deducit,& atteſtatur de vera, & communi concluſ.conſulas quoque *Illuſtr.Card.Tuſc.concl.ſua 5.n.19.in litt.H.*

3 Amplia, vt hæc concluſio procedat etiam in verbis enunciatiuis conſticutionis, vel ſtatuti. Sic poſt *Rom.conſ. 65.Trentac.d.reſ.2.præcitato num.1.in fine*.

4 Communis prædicta concluſio, & à ſcribentibus communiter recepta non procedit primò, ſuper illis verbis fundetur intentio legiſlatoris, ita *Iaſ. in leg.1. Cod.de Sacroſanct.eccleſ.num.33.in prima lectura.* ſic in ſimili aduertit *Schraderus de feudis,p.10.ſect.9.c.14.nu.36.* addo eruditiſſimum Trentacinquium *dicta reſolutione 2.nu. quarto* vbi poſt Romanum,*in conſil.369.in 9.dubio Crauett.conſilio 135.num.32.* & Thomam Grammaticum qui ſubdit, quod huiuſmodi verbis legiſlatoris ſtatur ſaltem præſumptiuè.

5 Fallit ſecundo,quando dicta verba ſunt geminata Brunor. a ſole, in ſuo compendio propoſitionum iuris in verſ.verba geminata legiſlatoris, pagina 202. col.4. infinitos propè alios deducit, ac ſequitur *D.Trentacinq. d. reſol.2. num.5.*

6 Limitatur tertio,quando ex mente legiſlatoris, ſeu ipſorum ſtatuentium contrarium apparet, quia tunc licet verba ex ſe deciſionem non importent; attamen attendi debet mens conſtituentis, quæ deciſionem per ea voluit denotari. Sic poſt *Romanum, & Crauett. Trantac.d. reſolut.2.num.6.*

7 Coarctatur quarto principaliter,quando legiſlator factum proprium narrat,nam tunc verba enunciatiua prolata probant. Sic poſt *Tiraquell.Trentacinq. d.reſolut. 2. num.2.*

8 Alias limitationes refert, ac deducit *D.Trentacinq. d. reſol.2.vide per eum*.

9 De materia ſupradictæ quæſtionis latè diſcurrit *D. Conſtantius Rogerus, in d.lege ex hac,nu.124.vide per eum*.

## An verba enunciatiua in iudicio prolata probent.

### QVÆSTIO VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Pro reſolutione diſtinguendum, & nu.2. & 3.*
4 *Verba enunciatiua prolata in iudicijs aliquando ponuntur in libellis, aliquando in poſitionibus, & aliquando in ſententijs.*

1 IN hac difficultate rem paucis perſtringendo,ita diſtingue. Aut loquimur ante litem conteſtatam, aut poſt.

2 Si primo, concluſio ſit negatiua: enunciantem enim poteſt eſſe,vt pœniteat.

3 Si ſecundo, concludo ſit firmatiua,licet poſſet contrarium probari.

Ita pulchrè ex recentiorib. *D.Vinc.de Franch. deciſ.ſua 60.num.17.& 18.Martheſ.ſequitur, ſing.ſuo 33.numer.4. & Maſc.dict.concl.622.num.19.&* 50. vbi quoque declarat hoc dictum procedere, quando verba enunciatiua ponunt explicitè, veluti ponendo, vel capitulando, non autem in eo, quod explicitè exprimunt. Videndus de hac eadem materia *Parij.in d.leg.ex hac ſcriptura, num.55. & D.Conſtantius Roger. in dict.leg.ex hac, num.108. cum ſeq. & eru-*

BIBLIOTECA GRANADA

*& eruditiſs. Trentacinq.* poſt hæc edita viſus *Variar. reſol. libro 1. tit. de verborum ſignific. reſolut. 2. num 24. & 25.* vbi pulchrè. Addo *Gulierm. Guidob. Aduocatione ſua 49. num. 10.* vbi docet verba enunciatiua prolata in iudicio probare, & obligare. Adducit *Decian. conſil. 91. numero 32. in quinto.*

Obſeruandum eſt autem, quod hæc verba enunciatiua in iudicijs aliquando ponuntur in libellis, aliquando in poſitionibus, & aliquando in ſententijs, in quibus omnibus caſibus an probet, breuiter videndum eſt.

## An poſita in libellis probent.

## QVÆSTIO VII.

QVæſtionem hanc adeò pulchrè, & latè diſtinguendo explicat, ac diſcutit *Vitalis de Cambanis in ſuo tract. clauſularum iuris; pagina mihi 203. & 204. & Io. Baptiſta Schuuartzenthaler in repetitione lege optimam, Codice de contrahenda ſtipulatione, explanatione ſeptuageſimooctauo, cum quatuor ſequentibus*, vt nil aliud ſuppleri poſſe videatur, ad eos, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam, lectorem remitto.

Ego dumtaxat, dicam, quod ſi non plenam, ſaltem ſemiplenam inducent, vt poſt alios docet *Maſcard. d. concluſione ſua 368. num. 11.*

## An in poſitionibus Poſita fidem faciant;

## QVÆSTIO VIII.

PRo reſolutione vide *Pariſium in d. lege. ex hac ſcriptura, num. 56. de donat. Matthesilan. ſing. ſuo 33. Vitalis de Cambanis in tract. clauſ. verſ. enunc. verba in poſit. pagin. mihi 205. & 206. & nouiſſime Ioannem Baptiſtam Schuuartzenthaler, in repet. d. l. optimam, explanatione 83.* Hi enim omnes articulum hunc adeo latè, & pulchrè diſcutiunt, vt opera mea ſine dubio ſuperuacanea videatur: ad eos itaque lectorem remitto.

---

## An ſtetur ſententiæ verbis enunciatiuis prolatæ.

## QVÆSTIO IX.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententiæ verbis enunciatiuis prolatæ minimè ſtatur.*
2 *Aſſertio iudicis non probat acta exiſtere, niſi aliundè cõſtet.*
3 *Contentis in ſententia verbis enunciatiuis prolatis ſtatur in antiquis.*
4 *Item quando eſt lata inter præſentes, & nemo contradicit.*
5 *Item quando, ſi pars fuiſſet abſens, fuiſſet illi intimata, & non eſſet appellatum, & enunciatio feciſſet tranſitum in rem iudicatum.*
6 *Iudicis aſſertionis, an, & quando ſtandum ſit, remiſſiuè.*

1 SEd an ſtetur ſententiæ verbis enunciatiuis prolatæ dubitatur. Et ſtandum non eſſe Reſpondit *Purpurat. conſilio ſuo 548. numer. 55. 12. Paſeth. conſ. 141. numer. 7. & & 142. num 7. Rom poſt alios, quos ibi refert. conſ. ſuo 157. num. 3. in 1.* vbi dicit de hoc plenè notari in cap. Quoniam contra extra de probation. *Cioſ. conſil. ſuo 124. num. 13. in 1. Cæphal. conſ. 265. num. 15. in 2. & Caualc. deciſ. ſua 11. num. 41. vol. 1.*

2 Si enim iudex dicat in ſententia; Viſa petitione, relatione, electione præcepto, vel qualibet alia re ſimili, ipſi vtique non creditur, niſi aliquod aliud adminiculum concurrat, vel aliter probentur enunciata ex actis. Sic *Leonard. d. l. conſ. ſuo Feudali 7. num. 12. Crauett. conſ. 197. num. 10. in 1. Cæphal. 265. nu. 6. in 2. & Maſcard. poſt alios, concl. ſua 35. n. 2. & 3. cum ſeqq. Addo D. Stephan. Gratian. diſceptatione ſua 310. num. 89. p. 2.* vbi pulchrè, & *D. Sigiſmund. Scacciam in ſuo tract. de Appell. lib. 3. c. 2. quæſt. 17. limit. 6. membr. 9. num. 9.* vbi latè.

3 Fallit primo regula iſta in antiquis, eo enim caſu plenè ſtatur contentis in ſententia, *cap. Bonæ memoriæ, de lect. ſic Purpur. d. conſ. 548. num. 55. Caualc. d. deciſ. 11. nu. 41. Ioann. de Amicis poſt alios, conſ. ſuo 25. nu. 25. in 1. latè Maſcard. d. concluſ. 35. num. 21. cum ſeqq.*

4 Fallit ſecundo, quando eſt lata inter præſentes, & nemo contradicit, tunc enim verba enunciatiua ſententiæ probant. Sic poſt alios *Barbatias conſil. ſuo 38. numer. 8. cum ſeqq. in 4. Pariſ. in c. Quoniam contra, nu. 126. de prob. Purpurat. conſilio 425. numer. 38. in 2. Raudenſ. conſil. ſuo 40. numer. 59. in 2. poſt Crauet. Ceſar. de Graſſ. deciſ. ſua 141. num. 8.*

Vel ſi pars fuiſſet abſens, fuiſſet illi intimatum, & non eſſet appellatum, & enunciatio feciſſet tranſitum in rem indicatam. Sic *Crauet. conſil. 168. num. 2. in 1.* Limitatur quarto, quando ipſa verba enunciatiua ſunt emiſſa per modum cauſæ de preſenti nam tunc inducunt diſpoſitionem in ſententia ideoque, ſi iudex pronunciet male appellatum, eo quia ſententia ſit nulla, ſententia ipſa diſponet ſuper nullitate. Sic eleganter poſt *Bald. & alios Dom. Scaccia d. mem. 9. n. 10.*

5 Latius de hac materia diſſerit *Vital. de Camban. de clauſulis, titul. enunciatiua verba in ſententijs, & Ioannes Baptiſta Schuuartzenth. in repetitione d. l. optimam, C. de contrahend. ſtipulat. explanatione 85. vide per eos Adeundus quoque C. Pariſ. in dict. leg. ex hac ſcriptura, numer. 57. & Maſcard. eruditiſſimum, concluſ. ſua 951.* per totam, vbi an, & quando ſtandum ſit aſſertioni ipſius iudicis omnium elegantiſſimè diſceptatur, videndus quoque de hac eadem re

6 *Clar. Menoch. de Arbitrar. libro 1. quæſt. ſua 76. & Ant. Fab. in ſuo C. Fab. l. 4. tit. 14. definit. 7. Addo nouiſſimè Alex. Trentac. var. reſol. lib. 1. tit. de verb. ſignific. reſol. 2. nu. 26. cum infiniti ſeqq.* vbi omnium latiſſimè diſcurrit, eum omnino conſulas, & D. C. Tuſcum poſt hæc congeſta viſum. *concl. ſua 534. in litt. A.*

---

## An verba enunciatiua laudi probent.

## QVÆSTIO X.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua laudi minimè probant.*
2 *Amplia, quando contingit principaliter de ipſo enunciato diſputare.*
3 *Limita nam præiudicant ſaltem partibus, quæ expreſsè non contradixerunt.*

1 AN in laudo poſita probent, ambigitur. Et non probare reſpondit *Cioſ. conſ. ſuo 34. nu. 4. in ſecundo. Simon de Pretis de interpretat. vlt. volunt. libr. 2. ſolut. 3. num. 19. pagin. 156. Roman. conſ. 157. num. 3.*

Et

2 Et maxime quando contingit de enunciatio principaliter diſputare. Sic præciſè poſt alios *Marc. Anton. Maceratenſ. libro 2.reſol.11. num.57.*

3 Eſt bene verum, quod præiudicant partib. quæ expreſſe non contradixerunt, *Crauetta conſ.54.nu.12.in 1.*

---

## An verba enunciatiua à Notario prolata probationem inducant.

## QVÆSTIO XI.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua notarij minimè probant.*
2 *Amplia, & num.3.*
4 *Fallit, & num.5.6.7.8.9. & 10.*
11 *De hac materia videndi DD. remiſſiuè.*
12 *Notabile quoddam adducitur.*

1 AN verba enunciatiua notarij probent, quæritur. Et non probare reſpondit *Berous conſilio 213. numero quarto, in tertio, Purpurat. conſilio 466. numero vigeſimo, in ſecundo, Florian. conſilio ſexto, numero ſexto Barbatias conſilio 42. numero 11. in primo Hyppolit. Riminald. conſil. ſuo 232. num.40. in 2. Pulchrè Vegius conſilio ſuo 67. numero 13. in primo.* Sic etiam tenuit Rota Romana in antiquis titulis de fide inſtrumentorum *deciſ. 12. in nouiſſimis teſte Clariſs. Farinac. in ſua deciſione 105. numer.1.* vbi docet enunciatiua notarij de citatione eandem minimè probare, ſed, & ipſum actum citationis requiri. *Vide Iaſon. in dicta lege ex his, numer 3. & Maſcardus concluſione centeſima quadrageſimatertia.*

2 Amplia, vt nec etiam notario credatur, licet in inſtrumento atteſtetur de productione libelli, de litis conteſtatione, & alijs iudicij actibus, apponendo etiam diem, & tempus de quibus ipſe ſit rogatus.

3 Et ratio eſt ſecundum Doctores, quia aſſertio illa notarij magis videtur eſſe teſtimonialis, quam habens formentum officij Tabellionatus. Sic poſt alios docet *Maſcard. concluſione 35. numer.17. & 18. in 1.*

4 Limitatur tamen iſtud, quotieſcumque Notarius ipſe indiſtinctè diceret, quando, & coram quibus, & quod in ſui præſentia omnia facta, fuerunt, tunc enim ſibi crederetur, ſic præciſè poſt alios *Mart. Monterus in ſuo reſponſo pro Amita inſertos inter ſuas deciſ. 5. Aragoniæ part. 1. numero 45.*

5 Sed an ipſi atteſtanti ſe fuiſſe rogatum de quodam inſtrumento credendum ſit? latè diſſerit *Barbatias, conſil.38.in 4.*

6 Fallit ſecundo, Regula principalis inter partes, quoad eas enim ſaltem quandam præſumptionem inducunt, ita Rota Romana citato loco. Videndus tamen *Ferret. conſilio 215. numero 3. in primo, & Brunorus in ſuo compendio prepoſitionum iuris, in verſicul. verba enunciatiua Notarij,* vbi tenet, quod in hoc caſu plenam probationem inducant.

7 Fallit tertio, vbi agitur de modico præiudicio, eo enim caſu verbis enunciatiuis notarij ſtatur, ita poſt alios *Peregr. Ianinus. deciſ. Real. lib.2. cap.1. numer. 316. ita gloſs. quam ſequitur Innocentius in cap. olim, de cenſib. Abb. conſil.64. in 2. Crauett. conſil. 182. num.15. Aſinius in praxi iud. §.8. fallentia 59. numero 14.*

8 Fallit quarto, quando ea, quæ ipſe allegat, tunc temporis interuenire potuerunt, eo namque caſu ipſi notario fides adhibetur. *Sic Neuizan. conſil. 100. numero ſeptimo.*

9 Secus eſt autem, cum interuenire minimè potuerint, & ratio eſt, quia ipſi non creditur niſi in his, de quibus a partibus ipſis contrahentibus rogatus eſt, *§. illud auth. de Tabellioni* rogari autem non poteſt niſi de his, quæ tunc fiunt ab ipſis contrahentibus, vt docet *Bartolus in Authentica ſi quis in aliquo, C. de edendo,* ſequitur hoc pul-

10 chrè *Domin. Fachineus conſilio ſuo 37. numer.28 volum. 1. Addo Dom. Anton. Fabrum, in ſuo Cod. Fabriano, libr.4. tit. 14. deciſion.26. & erudit. Alexandrum Trentacinq. variar. reſol. lib. primo tit. de verbor. ſignific. reſolut.2. num.67 vſque ad 76.* vbi omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè de hac materia. Coarctatur quinto in his, quæ reſpiciunt eius officium pulchrè *Conſtant. Roger. in d. leg. ex hac, n.68. cum ſeq.*

11 Hæc ſunt, quæ hinc inde a Maioribus noſtris ſparſa in vnum colligere potui. Pro ſatietate tamen vide *Maſcardum, concluſione 1100. cum pluribus ſeqq. in ſecundo, Roger. dicto loco.*

12 Obſerua pro coronide, quod ex verbis enunciatiuis notarij, in contractibus fiſcalibus, Solemnitas præſumitur. Sic poſt *Bald. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. lib. ſecundo titulo 7. num. 19.*

## 1 An verba enunciatiua probant litis conteſtationem præceſſiſſe.

## QVÆSTIO XII.

2 RESpondeo pro affirmatiua, ita poſt *Abbat. P. Surd. conſil.146. num.5. in 4.*

3 Quo pacto autem litis conteſtatio regulariter probetur omnium elegantiſſimè diſſerit *Maſcard. concluſione*

4 *ſua 434. per totam videndus idem concluſione ſua 986.* vbi an ſi reperiatur in actis litem fuiſſe conteſtatam, nec habeatur per quæ verba ex illa ſcriptura probetur ipſa litis conteſtatio docte more ſuo diſceptatur.

## 1 Verba enunciatiua litis pendentiæ an probent litem pendentem, & quando.

## QVÆSTIO XIII.

2 PRo reſolutione vide *Ferret. conſ.170. n.8. vol.1.* Quibus autem modis regulariter litis pendentia, probetur, latè docet *Maſcard. concluſione ſua 987. vol.1. & Illuſtr. D. Card. Tuſch. concluſ. ſua 380. in littera L, per totam.*

---

## An citatio per verba enūciatiua probent.

## QVÆSTIO XIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio non probatur per verba enunciatiua in aliquo actu poſita.*
2 *Declara.*
3 *Solemnitas, quæ non potuit adeſſe tempore actus, non præſumitur interueniſſe per narrationem.*
4 *Contrarium multi.*
5 *Prior opinio vti communior retinetur.*
6 *Citatio probatur ex verbis enunciatiuis, ſi in eo actu, in quo enunciatur, potuit de ſui natura quis in eodem temporis momento citari.*
7 *Exemplum.*

Du-

1 DVbitatur, an per iſta verba enunciatiua probetur citatio in aliquo actu poſita. *Bald. in huiuſmodi difficultate, in leg.final.numer.17.de re iudicata, & Innocent. in capit. quoniam contra, de probation. quos refert, & ſequitur Maſcard.concluſ.ſua 291.numer.13.* ſentiunt pro negatiua.

2 Quorum tamen opinio intelligenda eſt, quando dicta verba ſunt de præterito, & in actu aliquo enunciatiuo, in quo non potuit interuenire citatio tempore dicti actus, & in eodem temporis puncto veluti, ſi in publicis actis enuncietur, Mæuium in exilium emiſſum fuiſſe, quia, cum citatus fuit, non comparuit, vel vt exemplificat idem *Bald. non ſoluit*.

3 Nec id ratione caret, cum enim illa ſit ſolemnitas, quæ adeſſe minimè potuit tunc temporis, quo ipſæ actus celebratus fuit nemini mirum videri debet, ſi non præſumatur talem citationem interceſſiſſe per talem narrationem, ad notat. in authent. Si quis in aliquo, *C. de edendo, & in l ſciendum, ff. de verbor. oblig.*

4 Et licet contrarium tenere auſi fuerint Hoſt. Ioannes Andreas, & Butrius, *in c. Alber. extr. de teſtibus*.

5 A Priori tamen vti veriori, ac communiori minimè recedendum dijudico.

6 Coarctatur tamen præmiſſa concluſio, ſi in eo actu, in quo enunciatur, po[illegible]erit de ſui natura quis in eodem temporis momento citari.

7 Verbi gratia enunciatur in aliquo actu iudicia Sempronium tali die fuiſſe citatum, in eademque in iudicio comparuiſſe, tunc enim ex huiuſmodi verbis optimè probaretur ipſa citatio. Sic poſt Baldus, & alios ipſemet *Maſcard. d. concluſion. 291. numer. 15.*

De materia ipſius citationis, latiſſimè idem Maſcardus concluſionibus ſubſequentib. vide per eum.

---

## An per verba enunciatiua poſſit quis procurator conſtitui.

## QVÆSTIO XV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Procurator vel ad lites, vel ad negotia, per verba enunciatiua conſtitui poteſt.*
2 *Ratio, num. 3.*
4 *Et de hoc nulla eſt dubitatio.*
5 *Si procurator per verba enunciatiua fuerit conſtitutus, illa eadem verba probant.*
6 *Limita, cum agitur de fauore ipſiuſmet conſtituentis.*
7 *Probant autem, ſi de eius odio agatur, & ad fauorem illius, qui ſe procuratorem conſtitutum affirmaret.*
7 *Limita 2. ſi agatur de præiudicio tertij.*
9 *Item ſi poſtea principaliter diſputari contingeret de ipſo enunciato.*
10 Ratio.
11 *Amplia, & numer. 12.*
13 *Verba iſta enunciatiua probant inter ipſos enunciantes.*

CVm non modo ab ipſiſmet cauſarum dominis, ſed & ab eorum procuratoribus lites, & iudicia tractari, atque exerceri ſoluant: Congruè agendum hic eſt, an procurator ad lites, & iudicia ipſa per huiuſmodi verba enunciatiua conſtitui, ac declarari poſſit. Verum quia, quæ de Iudicijs tractantur, communia ſunt cum cæteris, quæ extra iudicium geruntur, ea propterꝫ generaliter hic agemus.

An procurator per talia verba conſtitui poſſit.

1 In hac autem difficultate, rem paucis perſtringendo, conclude pro affirmatiua: ita *Doct. omnes, in l. ne ſatisdatio. ff. rem rat. haberi.*

2 Et ratio ea poteſt eſſe. Nam procurator ſolo conſenſu conſtituitur, & ſolo etiam conſenſu reuocatur, *l. ſi procuratorem la 1. ff. de procuratoribus, clementina 1. de procurator. & Veral. deciſ. 185. numer. 2. part. 2.* qui conſenſus ex his verbis deducitur.

3 Quinimò ipſe procurator ad cauſam admittitur, qualitercumque conſtet, quod habeat, voluntatem eius, pro quo ad cauſam venit. Sic poſt *Vitalinum Verral. deciſione ſua 185. num. 2. part. 2.*

4 Et de hoc, mea ſententia, nulla poteſt eſſe dubitatio ſolum in eo poteſt eſſe fixa difficultas, an ſi per hæc verba procurator fuerit conſtitutus, hæc eadem verba probationem inducant.

5 In qua quidem difficultate concluſio pariter ſit affirmatiua, *text. eſt notabilis, in d. l. ne ſatiſdatio*.

6 Limitatur autem iſta regula, vt non procedat, cum agitur de fauore ipſiuſmet conſtituentis; tunc enim iſta verba minimè probarent.

7 Secus autem eſſet, ſi contra ipſum, & de eius odio ageretur, quemadmodum etiam maximam probationem inducerent ad fauorem eius, qui ſe procuratorem conſtitutum affirmaret, *d. l. ne ſatisdatio, & tradit Illuſtr. Cardin. Tuſchus concl. ſua 33. n. 8. in littera M.*

8 Coarctatur ſecundo, ſi ageretur de præiudicio tertij, ex iam dicta enim enunciatione minimè probaretur quem procuratorem conſtitutum in illius præiudicium, ita pulchrè poſt Felin. Speculator. & alios hæc omnia docet *Roman. ſingul. ſuo 359. & ibi Addentes deciſione ſua 281. numero 1.*

9 Limitatur tertio, ſi poſtea principaliter diſputari contingeret, an re vera ille fuiſſet procurator conſtitutus nec ne, tunc enim per hæc verba id minimè probaretur.

10 Et ratio eſt in promptu: nam mandatum, vel ad lites, vel ad negotia, numquam præſumitur. *DD. omnes, in leg. Sciendum, de verborum obligat.* eſt enim facti, facta autem non præſumuntur, niſi expreſsè probentur, ad lege in libello, §. *factæ, de Captiuis*.

11 Adde, & fortius, quod immo ſi in inſtrumento aliquid contineatur aſſertiuè, ſed incidenter, puta quod in eo dicatur, Sempronius, qui eſt procurator Caij, adhuc illa verba aſſertiua non probant eum eſſe procuratorem, ſi principaliter de eo diſputari contingat. ita *Bal. in Rubrica, C. de fide inſtrumentorum*, quem ſequitur *Ancharan. in clement. 1. de probat. Roman. quoque conſil. ſuo 62.*

12 Amplia, vt nec aliquem per hæc eadem verba procuratorem conſtitutum probetur, ſi poſteà principaliter de eo diſputari contingat: licet Notarius dicat in inſtrumento. Vitius procurator talis, vt conſtat tali inſtrumento manu talis notarij à me viſo, & lecto, adhuc enim per iſta verba non dicitur probatum de mandato illius procuratoris, eſſet enim potius reddere teſtimonium, quam mandatum authenticare. Sic poſt Cardinalem & alios, *Petrus Gerard. de Pet. ſanct. ſing. ſuo 39. numer. 3. & 4.*

13 Auerte tamen, quod inter ipſoſmet enunciantes probant, *ad not. in l. optimam, C. de contrab.* & præcipuè contra ipſummet conſtituentem, pulchrè *D. Tuſch. d. concluſ. ſua 33. numer. 9.* & hæc ſatis latius vide de materia penes eumdem *Tuſcum numeris ſubſequentibus*.

1 An verba Enunciatiua à teſtibus prolata probent.

## QVÆSTIO XVI.

2 COnclude pro negatiua, licet etiam aliter probatio non concluderet; ita poſt alios *Addent. ad Matthesilan. ſing. ſuo 79. numer. 6. Sichard. in d. l. ex his, numer. quarto, vbi redit rationem. Iaſ. quoque, ibidem numer. quinto. Videndi addentes ad Bartol. in d. l. ex hac ſcriptura, columna quarta, in litter. I. in verſ.* an autem verba teſtis, vbi concordantem adducunt *Bartol. in ſuo conſilio incipiente.* Statuto ciuitatis Florentinæ cauetur. Addo *Alexand. Trentacinquium variarum reſolutionum, lib. 1. tit. de verbor. ſignificat. reſolution. 2. numer. 80. & prius P. Decium, in authentica ſi quis in aliquo, numer. 37. verſic. præterea, Cod. de edendo.*

3 Et ratio, mea ſententia, ea poteſt eſſe, quia dictum teſtis debet de neceſſitate concludere, *leg. nonnullis, Cod. de probat.*

4 Ampliat, vt eo magis iſthæc concluſio procedat, quando prædicta verba enunciatiua eſſent emiſſa propter alius, nam tunc nihil probant minuſque vllam inducunt diſpoſitionem. Sic præciſè poſt alios *Clariſſim. vir Dom. Fuluius Pacian.* poſt hæc edita viſus, *conſilio ſuo octauo, numero vigeſimonono.*

---

## QVÆSTIO XVII.

An verba enunciatiua generaliter ſumpta in contractibus diſpoſitionem inducant.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua, & præcipuè ad obligandum, non diſponunt in contractibus, & num. 2.*
3 *Fallit hæc enunciatio quo ad liberandum.*
4 *Ratio.*
5 *Declara, & numer. 6. 7.*
8 *Verba enunciatiua probant in contractibus.*
9 *Amplia.*
10 *Declara, & numer. 11. & 12.*
13 *Limita.*
14 *Verba enunciatiua diſponunt in contractibus, quando ſunt geminata.*
15 *De materia huius quæſtionis videndi DD. remiſſiuè.*
16 *Duo notabilia afferuntur, num. 17.*

1 AN verba enunciatiua diſponant in contractibus controuertitur. Et non diſponere veriſſima eſt ſententia, & præcipuè ad obligandum, *text. eſt in l. Publia, §. Titius Sempronio, ff. depoſit. ita Sichard. in l. ex is, nu. 4. C. de teſtament. milit. Ciof. conſ. ſuo 39 num. 24. in 2.* Sic etiam poſt plures relatos concludit *Igneus in ſua diſpoſition.* An Rex Franciæ recognoſce. Imperatorem, &c. *n. 68.* vbi quoque hanc concluſionem communiter ampliam eſſe teſtatur addo *D. Franciſcum de Cald. de contract. emphyt. lib. 2. q. 1. numero 33.* vbi infinitos concordantes deducit, & atteſtatur de communi.

2 Nec obijciat de *text. in l ſi quis mihi bona fide §. ſi primo, ff. de acquir. hæred.* nullo enim pacto facit ad rem, vt videre licet per *Bart. in d. §. ſi 1. & per Igneum in d. ſua diſp. nu. 73.*

3 Fallit primo iſta concluſio quo ad liberandum, eo enim caſu iſta verba diſpoſitionem inducunt. tex. eſt in l. tale pactum, in principio de pactis, vbi videbas mihi 10. & cum vellem tibi facere pactum de non petendo, ſic dixi. Profiteor te non teneri, quæritur, ibi, an ex his verbis intelligaris ab illo debito liberatus? & Reſpondetur, quod ſic.

4 Et ratio, quoque ea poteſt eſſe, quia fauorabilior eſt liberatio, quam obligatio lege *Arrianus de act. & oblig. & l. fauorabiliores. de reg. iur. Sic præciſè Peregr. art. 51. nu. 6. in principio. de fideicommiſſ. addo Cl. D. Carol. Bardell. conſilio ſuo 54. num. 18. in 1. & Illuſtriſs. Cardin. Mantica de Tacit. & Ambig. contention. libr. 2. tit. 7. nu. 18.*

5 Aduertendum eſt autem, quod iſta verba enunciatiua, quæ diſpoſitionem inducunt quoad liberandum, non debent eſſe prolata propter aliud, quia tunc non diſponerent. *Textus eſt in leg. iubemus, C. de liberal. cauſ. per quem etiam ſic reſpondit Hypp. Riminald. conſ. ſuo 130 numer. 11. vol. 2.*

6 Imò tamen in d. l. ex hac ſcriptura, de donationib. limitabat id inter præſentes, quod pariter ſequitur *Pariſ. ibid. numer. 49.* Quod quidem qualiter intelligatur, videndus *Soc. ibid. num. 66.* vbi omnium pulcherrimè.

7 Aduertendum ſecundo loco, quod iſta prima fallentia procedit, quando agitur de liberando aliquem à debito pecuniario, ab aliqua pęna, vel alijs huiuſmodi, ſecus ſi tractetur de liberando aliquem a nexibus ſeruitutis, quia eo caſu non inducitur liberatio ex verbis enunciatiuis, niſi ſaltem quinque teſtes interuenerint. Sic Imola *in d. leg. ex hac ſcriptura, numer. 10. Socin. pulchrè, & latè numer. 64. 65.* vbi rationem adducit, quare libertas, quæ eſt omnibus rebus fauorabilior, difficilius detur, quam inducatur liberatio ab aliquo debito. Sic quoque ſequi videtur *Pariſ. ibidem num. 49.*

8 Fallit ſecundo loco Regula principalis quoad inducendam probationem, tunc enim iſta verba mirificè operantur, *text. eſt in d. leg. Publia, §. Titius, ff. depoſiti,* vbi Titius miſit epiſtolam Sempronio, qua ſignificauit ei ſic. Notum tibi facio, quod pænes me habes decimo, pondera auri plus: vel minus, & ſacculos ſignatos 10. & 10. trophymata. (quid autem ſi trophyma, vide poſt *Alciat. lib. 1. Diſpunct. capitulo 18. & Antonium Auguſtin. libro 4. Emendat iuris capitulo decimoſexto, Menochium de Arbitrar. lib. ſecundo, centuria 1. caſu 93. numero 17. & Schardium in ſuo Lexico. in verſic. Trophyma.*) quæritur ibi, an per hanc epiſtolam Sempronius iſtarum rerum depoſitionem probare poſſit? & dicitur quod ſic: ergo.

Ita quoque poſt alios limitat *Gigas conſil. ſuo 49. numer. 44. volumine primo, addo Antonium Fabium in ſuo Cod. Fabrino libr. 4. tit. 14. definit. 23. vbi pulchrè.*

Addo etiam textum in leg. ſi proponebatur, de leg. ſecundo.

9 Ampliatur iſta limitatio, vt præcipuè procedat quando agitur inter ipſaſmet partes, ſeu contrahentes, inter eos enim omnino probant, *text. eſt in leg. optimam, cum ibi notatis, Cod. de contrahenda ſtipulat. Valaſc. de iure Emphyteutico, quæſt. 9. n. 1. addo Ioannem Franciſcum Schenardum conſilio ſuo 35. numer. 46. & ſeqq.* vbi etiam tradit verba enunciatiua in contractu probare inter eaſdem partes, quoad contrarium apparet etiam ad minoris pręiudicium, & latius, vt per eum.

10 Declaratur tamen id, vt locum habeat, dummodo huiuſmodi verba contineant id, in quo partes poſſunt ſibi præiudicare, & dummodo prolata ſint circa ea, quæ potuerunt interuenire tempore celebrari contractus, alias non procederet. Sic præciſè declarat *Iacob. Rebuf. in leg. 1. numer. 2. & ibi Addentes in littera A, de fide inſtrumentorum, & iure haſt. Fiſc. libr. 10. clarius autem ex ſententia*

tia

tia *Bart.Guid.Pap.ſingul.ſuo 373.numer.5.cum ſequentibus* vbi tradit exempla. Sic etiam *Minſing. decad. 3. reſponſ. 30.numero decimoquinto Honded.conſilio 58. numero quarto,& quinto.*

11 Item dummodo prolata ſint circa id, de quo ipſemet partes poſſunt ad libitum diſponere.

12 Et dummodo neceſſaria ſint ad actum, in quo proferuntur, ita *Dec.conſilio 359.num. 6.* ſic poſt alios *Maſcard. concluſione ſua 622.n.51.& 52.* volumine primo, item quo ad validitatem dumtaxat illius actus propter proferuntur, ſecus quo ad probandum principaliter id, quod eſt denunciatum, ſi illud principaliter deducatur in iudicio. Sic poſt alios *Domin. Aretin.in lege ſi certis annis, numero quinto. Cod.de pact.*

13 Fallit tamen iſta limitatio in contractibus ſuſpectis, ſic poſt alio *Bimius conſilio ſuo* 124. *numero vigeſimo ſecundo,in ſecundo.*

14 Limitatur tertio loco principaliter regula ſupradicta quando hæc verba ſunt geminata, virtute enim geminationis tunc diſponunt. Sic poſt *Iaſon. concludit Raud. de Analogis capitulo* 24. *numero* 70. *per textum in lege cum ſcimus, Cod.de Agricol. & cenſib. libro vndecimo, vbi Rebuf.ſub numero ſecundo*, inquit, quod etiam regula illa, quod verba enunciatiua in contractib. prolata non ſunt obligatoria, procedit, niſi tamen confeſſio emanauerit vna poſt aliam,& ſic bina interceſſerit, quia tunc reſultabit etiam obligatio; ſequitur *Calcan. conſilio ſuo* 19. *numer.*12.

15 De materia huius quæſtionis pulchrè, & latè *Vital.de Camban.in ſuo tractat. clauſularum, in verſiculo enunciatiua verba in contractibus pag.mihi* 211. *cum ſequentib. vide per eum, vidend.quoque Alexand.Trentacinq. variar.reſolut.libr.*1 *tit.de verbor.ſignific.reſolut.*2.*num.*51. *cum plurib. ſeqq.vbi latiſſimè.*

16 Addo pro coronide, verba enunciatiua in contractu cum minore geſto appoſita quæ contra maiorem probarent, probare etiam contra minorem, ſi curatoris authoritas in contractu interuenit ipſo, non aliter. Hactenus nimirum vt contrarium probandi onus in minorem ipſum transferatur. Sic egregiè *Ant.Fab. poſt hęc edita viſus in ſuo Cod.Fabriano libr.*2.*tit.*12.*definit.*3. vbi exemplificat, & ſubdit ita fuiſſe deciſum.

17 Addas etiam verba enunciatiua poſita in contractu geſto cum principe probare, ſi veriſimile ſit, quod enunciatur, vt puta, quod maritus ex mandato, vxoris, de quo non aliter conſtat, tranſegerit de re vxoris, neque enim probabile eſt principem contracturum fuiſſe cum eo, qui ſe mandatnm habere diceret, niſi viſo mandato, licet dici ſoleat, mandatum nunquam præſumi, hoc verò maximè obtinet in antiquis. Sic egregiè ibid. *Faber.in dict.ſuo Cod. lib.*4.*definit.*63.

---

## QVÆSTIO XVIII.

### Interpellatus his verbis, ſi non ſoluat, an conſtituatur in mora.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiuis interpellatus ad ſoluendum, ſi non ſoluat an conſtituatur in mora.*
2 *Exemplum.*
3 *Bartoli opinio reijcitur.*
4 *Negant infiniti.*
5 *Fundamenta,& num.6.7.8.& 9.cum ſequent. vſque ad* 18
19 *Aſſirmant alij multi.*
20 *Media quibus hæc opinio firmatur,& numer.21.22.23.cum ſeqq.vſque ad* 32.
33 *Negatiua eſt verior, & receptior.*
34 *Diſtinctio Authoris,& num.*35.
36 *Confirmatur, & numer.*37.
38 *Et eſt communiter recepta.*
39 *Signa inſpecto iure poli ſufficiunt etiam per interpellationem.*

1 QVæritur, An quis verbis enunciatiuis ad ſoluendum interpellatus, ſi non ſoluat, conſtituatur in mora iuxta *l.Magnam,C.de contrah.ſtipulatione.*

2 Exemplum poteſt eſſe. Si creditor dicat debitori: Ego multum indigeo pecunia quam mihi debes.

3 Licet enim Bartolus lege ſi quis mihi bona fide, §.primo, de acquirenda hæreditate, dicat hæc verba non eſſe enunciatiua, ſed diſpoſitiua, nihilominus eſſe enunciatiua verius eſt, vt videre licet penes *Ingeum in ſua diſputatione, An Rex Franciæ recognoſc.Imperium, & cætera, numero ſexageſimonono.*

4 Negatiuam opinionem tenuit primus omnium *Cinus in lege in Minorum, Cod. in quibus cauſ.in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, numero decimoprimo, Cuman. in dicta lege ſi quis mihi bona, §. iuſſum. numero decimo ſexto, de acquirenda hæreditate. Alberic.in leg.quod te, numero nono, ff. ſi certum petatur, verſiculo* vidi conditione, vbi Bolognett. quoque *numero cinquanteſimo octauo. Iaſon.in lege ſi ex legati cauſa numero decimoſexto*, de verborum obligationibus, dicit hanc eandem opinionem in puncto iuris veriorem eſſe idem *Iaſon in dicta leg. ſi quis mihi bona, §. primo, numero decimo primo, idem Bolognett.in leg.vinum, nnmer.45.ff.ſi certum petatur, & in lege non ſolum, §. morte numero 196. de noui operis nunciatione Maſcardus de probationibus concluſione* 101.*numero finali, volumine ſecundo, igneus latè in dicta ſua diſputatione numero ſexageſimooctauo, cum ſequentibus, & ex recentioribus Dominus Menochius de arbitrar.libro ſecundo, centuria quinta, caſu* 461. per totum, & hanc opinionem ſeruatam in palatijs teſtatur *Alber.citato loco.*

5 Pro hac ſententia conſideratur communiter primo, quod ad conſtituendum aliquem in mora verba debent eſſe incitatoria, & prouocatoria, quibus ſignificetur inſtantia creditoris, vt notatur in *l.Mora, de vſuris, Bart.in d.§.Morte numero* 53.

6 At hæc verba (indigeo pecunia, quam mihi debes,) non ſignificant inſtantiam, & incitationem aliquam ad ſoluendum, quia, vt optimè conſiderat Menochius, non ſequitur iſtud de neceſſitate; Indigneo mea pecunia, ergo eam mihi numera igitur, &c.

7 Secundo conſiderat excellent. *Menoch. d.loco numer.*7. quod, vt debitor in mora conſtituatur debet ipſe debitor certo ſcire ſe tunc dare oportere *l.quod te, ff.de ſi cert.pet.*

Sed ex huiuſmodi verbis à creditore prolatis debitor non fit certus ſe tunc dare oportere, quia verba iſta neceſſario, & concludenter non ſignificant interpellationem, cum ſint dubia,& minus generaliter prolata.

8 Et verba interpellationis debent eſſe certa,& clara, *leg. aut qui aliter, verſ.*1.*ff.quod vi, aut clam, ergo,&c.*

9 Tertio pependit excellentiſs. *Menochius textum in l.Iulianus, §. idem Iulian. & in leg.in venditione, vbi Caſtrenſ. de actionib.empt.* vbi generalis illa denunciatio oneris annexi rei vendita non ſufficit, ne deinde venditor teneatur actione illa ex vendito.

10 Quarto communiter conſideratur, quod ex mora magnum debitori infertur pręiudicium, *leg.ſi ſeruum, §.ſequitur, de verb.obligat.* & ratio eſt: quia per illam oneratur debitor vltra ſortem principalem, ſicut dicitur in *d.leg. mora,& in l.pecuniæ, de vſuris.*

11 At in his, quæ magni sũt pręiudicij, ſimplex admonitio,

non

non obligat monitum,*l.ſi filius,vbi gl.de Tutel.ergo etc.*

12 Quinto vltra *Menoch.conſiderant DD. communiter textum in materia feudali in cap.1. §.licet Vaſal. ſi de feud.defunct.fuer.controu.inter Dom.& Agnat.Vaſal.qui tex.* hoc probat, quod Vaſallus ſeruire promptus , quamuis actu non ſeruiat,etiam per 1000. annos, feudum non amittit, niſi ad operam ſuam pręſtandam expreſsè requiſitus fuerit; colligitur ergo ex illo text. quod ad conſtituendum aliquem in mora,requiritur expreſſa interpellatio, aliter nunquam conſtituitur.

13 Sextò loco vltra alios conſidero, quod propria natura verborum enunciatiuorum eſt , vt tantum diſponant, quantum eorum ſonus,& ſignificatio patiatur,vt alias diximus,addo nunc *Hypp.Rim.conſilio ſuo 31.n.36. vbi concordantes deducit in primo.*

Sed ex ſono horum verborum rectè colligi non poteſt, quod debitor ſit interpellatus, ergo &c.

14 Corroboratur fundamentum,nam , vt dictum fuit hic ſumus in odioſis.

15 At verba enunciatiua in odioſis nullo modo diſponunt,vt ſuo loco dictum fuit, ergo, &c.

16 Septimò ego conſidero , quod quemadmodum in debitore requiritur manualis oblatio,*lege obſignatione, C.de ſolutionibus , & non ſufficit verbalis leg.quidam æſtimauerunt.de rebus creditis,l.acceptam,C.de vſur.cum concordantibus*. Sic etiam in creditore requiritur , quod actualiter petat per verba directa,& non obliqua.

17 Octauo conſiderari poteſt imputandum eſſe ipſi creditori, qui cum potuerit debitorem ſuum apertius , & vt fieri ſolet , interpellare , hac interpellandi formula fuerit vſus:*ad textum in leg.quicquid aſtringendæ , de verb. oblig. & leg.veteribus,de pactis.*

18 Nono poteſt conſiderari *tex. in d. leg.mora in verſiculo Cæterum*,ibi; Omiſſa eſſet repetendi debiti inſtantia, &c. quemadmodum facit *Igneus cit.loco n.70. ad quem lectorem remitto.*

Decimò,ac vltimo ſic etiam argui poteſt . Specialitas in vno caſu inducit regulam generalem ſine dubio in contrarium,*l.1.ad Municipal.l.cum prætor.de iudic.*

Ad ſpeciale eſt , vt verba enunciatiua fauore liberationis diſponant,prout eſt *tex.in l.tale pactum,in princ.de pactis*,nec mirum,fauorabilior enim eſt liberatio,quam obligatio,*l.Arianus,de actionibus, & obligationibus , & l.fauorabiliores,ff.de reg.iuris* , ergo veriſſima comprobatur eſſe regula in contrarium,quod huiuſmodi verba in obligatorijs non diſponant. Si ſic eſt, ergo ex huiuſmodi verbis debitor interpellatus non conſtituitur in mora , quia ex mora ipſius debitoris committitur obligatio ad periculum interitus rei debitæ,& aliquando ad pęnam, & aliquando ad intereſſe *l.quod te vbi DD.ff. ſi cert.petatur, & l.ſi pęnam,Quando dies legat.ced.*

19 Contrariam tamen opinionem,quod, ſcilicet, debitor ex his verbis interpellatus,ſi non ſoluat, conſtituatur in mora,tenet primus omnium *Bar.in d.§.1.num.1. Caſtrenſ. in d.l.ſi quis mihi §.ſed quid,num.5. Imol.ibidem nu.4. Alexander , num.10.* qui dicit hanc eſſe magis communem, *Aret.numero 11. Iaſ.ſibi contrarius in lege vinum, numero decimoquinto,ff. ſi cert.petatur, Purpurat. ibi ſub num.23. cum ſequentibus,& Decius ſub numero decimotertio , idem videtur tenere Cagnol.in lege quod te,numero 87.ff. ſi cert. petatur.Plaut.ibi libro quarto,numero 17. & Ioannes Ant. à Leo.de Fortiatis pag.mihi 20. fere in fine, Baueria de mora 5.par.num.35.Pancirol.conſil.121.numer.28. Socin.in ſuis regulis in verſic.interpell. verſ.* Amplia iſtam regulam , & nouiſſimè poſt multos alios relatos exercitatiſſimus *Andreas* kobl.*exercitatione ſua 13.n.15.vbi latè inſiſtit. Addo Carroc.in ſuo tract.de Depoſit.part.tit. de culpa Depoſitarij , num.45.*

20 Adducitur priori loco pro hac ſententia *tex.in d.§. pater filio,vbi pater,cuius iuſſus in adeunda per filiumfam. hæreditate*,eſt neceſſarius, cenſetur iuſſiſſe ipſi per illa verba enunciatiua:Scio filio,quod inuigilabis hęreditati tibi delatæ,vt hæreditatem capias,ergo & hic.

21 Secundo communiter conſiderantur *tex.in l.etiam hoc modo,& in l.& eo modo,ff.de leg.1. quos text.alias induximus.*

22 Tertio conſideratur regula illa vulgatiſſima , quod taciti,& expreſſi par eſt virtus,*l.cum quid,ff.ſi cert.petatur.*

23 Sed ſi debitor eſſet expreſsè interpellatus,vtiq.ſi non ſolueret, conſtituetur in mora , ergo idem dicendum eſt , & ſi tacitè.

24 Quarto conſiderari poteſt , quod ſi ex his verbis debitor non cenſeretur interpellatus , iſta verborum enunciatio eſſet fruſtratoria,& otioſa,quod minimè dicendum , quilibet enim actus in dubio cenſeri debet, vt valeat , *lege quoties,de verbor.obligationibus.*

25 Et quælibet clauſula ſtare debet cum effectu operatiuo ad tradita pulchre per *Clar. Peregr. conſil.ſuo 77.num.50. vol.1.*

26 Corroboratur nam ex huiuſmodi verbis liquet de intentione creditori,quam ſpectare debemus *leg.ſcire oportet,§.ſed etſi maximè,de excuſat.tutor.& leg.3.C.de liberal. præter.*Nec alia fuit mens, & voluntas creditoris , quam interpellare debitorem . Nec officit,quod verba non ſint apta,& idonea.

27 Reſpondetur enim , quod non attenditur , quod quis loquatur,ſed in quem verba dirigantur,*l.cum pater, §.donat.de leg.2.*

28 Quinto accedit, nam cauſa neceſſitatis, ſeu indigentiæ expreſsè attendi debet, quamuis alia petitio non fiat , & ratio eſt, quia notificatio debiti habetur loco interpellationis,per *not.in lege Palus,§.quæro de bon. liber.*

29 Et quia ex cauſę expreſſione voluntas attenditur *l.cum pater,§.dulciſſimis, de leg.2.*

30 Sexto conſideratur *tex.in l.ſed et interpellatus,in princ. de recept. arbit. quo loci gl.*intelligit interpellationem pro ſola notificatione.

31 Septimo *Bal.inducit textum in l.eum qui , §. filiusfam.ff. de acquir.hæredit.* vbi dicitur , quod ſi pater ſcribit filio , quod ei eſt relatum, quod hæreditas, de qua per eum fuit certior factus, non eſt idonea ſoluendo, eo ipſo prohibere videtur filio additionem ipſius : ergo idem videtur dicendum in caſu noſtro , quod ſi debitori dicatur à creditore.Ego indigeo pecunia, quam mihi debes ; eo ipſo intelligatur interpellatus debitor ad ſoluendum ipſam pecuniam.

32 Octauo Andreas Kohal.conſiderat, interpellationi ſolemnia verba nullatenus neceſſaria ſunt , eique ſufficiat, quibuſcumque verbis de mente, ſiue intentione creditoris non obſcure liqueat,*leg.prima,vbi Doct. Cod.de formul. & impetr.act.ſublat.*

33 In huiuſmodi difficultate arbitror ego priorem ſententiam in puncto iuris veriorem,rationibus ſupra deductis. Nec eſſet difficile reſpondere contrarijs, *Menoch.enim in d.caſu 461.* omnibus ferè commodas adaptat reſponſiones:ad textum in d.§.ſi pater,quod eſt pręcipuum aduerſæ partis fundamentum , optimè etiam reſpondit *Igneus citato loco num.73. & ſub num.76. inferius reſpondit textui per Bald.deducto.*

34 Sed tamen pro harum opinionum conciliatione cogitabam,ſic dici poſſe,quod aut debitor, cui a creditore facta fuit denunciatio,erat talis perſona, quam propter reuerentiam , aut timorem iuſtum creditor debuit timere , & ideo aliter denunciari non poterat , & iſto caſu procedat ſecunda opinio.

35 Aut erat talis,cui abſque timore expreſsè poterat fieri denunciatio,& tunc habeat locum prior ſententia.

36 Et iſta diſtinctio facile poteſt comprobari , videtur

enim ita diſtinguere in ſimili *text.in l.1.§. quæ onerandæ ibi*,tamen cauſa cognita ſi liquido appareat libertum metu ſolo, vel nimia patroni reuerentia ita ſe ſubieciſſe, &c. ff.quarum rerum actio non datur, ad idem videtur *tex. in l.pecunia,ff.de furtis,& in l.in coniunctione filiarum, C. de nuptijs.*

37 Vltra alios ego conſidero textum huiuſmodi difficultem decidentem in *l.cum vero:§. apparet igitur verſic. plerumque, de fideicommiſſarijs libertatibus*, vbi ſic legitur (plerumque enim per ignauiam, vel timiditatem eorum, quibus relinquitur libertas fideicommiſſaria, vel per ignorantiam iuris ſui, vel per auctoritatem,& dignitatem eorum, a quibus relicta eſt, vel ſeruis petitur vel in totum non petitur fideicommiſſaria libertas, quæ res obeſſe liberati non debet.)

38 Et hæc diſtinctio eſt communiter recepta: eam enim ſequitur.*Loriot.in ſuo trac.de Mora,axiomate, 6.Cin. in d.l. in Minorum citatio,n.11.in fin.Florian.in l.mora, de vſur.n. 3.*& infiniti alij. Et ab ea non eſt recedendum.

39 Vnum dumtaxat omittendum haud reor, quod ſupradicta diſputatio poſſet procedere inſpecto foro fori, non iure poli:quia eo iure etiam ſigna ſufficiunt pro interpellatione.Sic inter alios præciſè *Purpur.in d.l.vinum,numer. 37.cum ſeq.Addo Maſcar. concl.ſua 934.num.36.vbi inter cæteros adducit D.Thomam 2.2.queſt.33.in fin.art.1.& Richard.in 4.ſentent.diſtinct.35.art.1.q.2 De ſupradicta queſt. videndus Franciſc.Cald.de iure emphyt.lib.2.q.1.n.34. vbi latè.*

---

## An interpellatio vnica extraiudicialis ſufficiat ad conſtituendum debitorem in mora.

## QVÆSTIO XIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Vnica interpellatio extraiudicialis an ſufficiat ad conſtituendum debitorem in mora.*
2 *Ordo ſeruandus in hac quæſtione.*
3 *Allegantur authores quæſtionem hanc examinantes.*
4 *Verba leg.mora,verſ.& non ſufficit,de vſuris,afferuntur.*
5 *Salicet.intellect. adhuc verſiculum.*
6 *Reprobatur.*
7 *Intellectus quorundam Antiquorum adducitur.*
8 *Damnatur,& num.9.& 10.*
11 *Solo temporis curſu,& diei aduentu mora contrahitur.*
12 *Coraſij ad eundem verſiculum.*
13 *Refellitur,& n.14.15.& 16.*
17 *Ludou.Sharond.interpretatio.*
18 *Reijcitur,& num.19.*
20 *Cuiacij ſenſus affertur.*
21 *Reprobatur,& n.22.& 23.*
24 *Repetere debitum nil aliud eſt,quam voce interpellare.*
25 *Clariſſ.Menochij interpretatio.*
27 *Refellitur,& num.28.& 29.*
30 *Andræ Kobl. expoſitio deducitur.*
31 *Damnatur,& num.32.& 33.*
34 *Intellectus Authoris veriſſimus, & nu.35.& 36. cum ſeq. vſque in finem.*

1 SEd alia non minus pulchra, quam difficilis oritur dubitatio. An (dato,quod ex his verbis debitor extraiudicialiter interpellatus,ſi non ſoluat, conſtituatur in mora)vnica tamen ſufficiat interpellatio,ſeu denunciatio,an vero plures requirantur.

2 In hac difficultate.Ego dumtaxat quaſdam DD.auctoritates ex recentioribus adnotabo, & verſabor latiſſimè ſuper intellectu,*l.mora,verſ.& non ſufficit, de vſur.qui tex. deducitur pro opinione*, quod duplex requiratur.

3 Authores ſunt iſti *Andreas kobl.d. ſua exercitatione 13. num.27.*vbi infinitos deducit,quos non refero,*Menoch.de arbitr.lib.2,centur.3.caſu 220.ſub num.29. vſque in finem*, & omnium latiſſimè,& elegantiſſimè *P. Rebuff.in d.l.mora,de vſuris.*

4 Verba autem verſiculi ſunt: L. Mora fieri dicitur,&c. (Et non ſufficit ad probationem Moræ,ſi ſeruo debitoris abſentis denunciatum ſit a creditore,procuratoreve eius, cum etiamſi ipſi inquam domino denunciatum eſt. Cæterum cum poſtea is ſui poteſtatem faceret,omiſſa eſt repetendi debita inſtantia, non protinus per debitorem mora facta intelligitur.

Vari intellectus adhunc verſiculum reperiuntur.

Primus intellectus eſt *Saliceti, in d.l.mora, n.12. in fine*, dicentis,quod ideo ibi repetitio inſtantiæ locum habet,& non ſufficit vnica tantum interpellatio,quia prima non tenuit facta incongruo loco, & tempore.

5 Sed vbi prima fuiſſet valida,vna pura,& ſimplex interpellatio ſufficiſſe.

6 Sed iſte ſenſus Sal.maximo diuinationis vitio laborat, vt etiam animaduertit *Corraſ.lib.2.Miſcell, capitulo 6.numer.6.in fine*, neque congrue, videtur intentioni I.C. cupientis in eo verſiculo planius comprobare denunciationum ſeruo debitoris abſentis factam ſufficere ad probationem moræ.

7 Secundus eſt intellectus quorundam antiquorum dicentium debitorem primo interpellatum comparuiſſe, ſeq.nedum ſatisfacere poſſe dixiſſe, cui creditor hac de cauſa dilationem dedit,itaq; licet in mora debitor per ſolam interpellationem fuerit conſtitutus, quia tamen eidem creditor dilationem dedit, mora omnis cenſeri debet purgata, & ideo opus eſt repetitione inſtantiæ, adeo vt in mora iterum conſtituatur.

8 Iſte pariter ſenſus refellendus eſt, propterea quod inſolenter diuinat, nullum enim verbum adeſt in textu de dilatione conceſſa a creditore debitori ſuo, propter quam ſit facienda repetitio inſtantiæ.

9 Nec textui ſecundo loco congruit, quoniam Martianus,in verſiculo cum etiam,vbi vltra denunciationem domino factam requirit inſtantiam repetendi debiti, adducit pro corroboratione eius, quod modo de denunciatione ſeruo factam dixerat, vt cum denunciatio domino facta non ſufficiat, multo minus denunciationem ipſius ſeruo factam ſufficere intelligatur:Eoque ſicut in verſiculo, & non ſufficit conceſſam fuiſſe ſeruo dilationem fingi minimè poteſt, ita nec in annexo verſiculo cum etiam, alioquin propter maximam caſus, & rationis diuerſitatẽ verſiculus hic (cum etiam) pro illius confirmatione nihil omnino faceret, & non poſſet adduci.

10 Tertio addo ego, & conſidero, quod ſi fuit conceſſa aliqua temporis dilatio, prout ipſi dicunt, tempus iſtud fuit certum;puta viginti,vel triginta dierum,aliter, non video,quomodo poſſit concedi rectè dilatio,vt agatur de fauore ipſius debitoris.Tranſacto autem vltimo die ex viginti,vel triginta conceſſis,ſi debitor non ſoluit,ipſo iure conſtituitur in mora,nec opus eſt alia repetitione inſtantiæ.

11 Solo enim temporis curſu, & diei aduentu mora contrahitur,*lege pecunias, §.vſurarum,de vſuris,lege magnam, Codice de contrahenda ſtipulatione, & latius proſequitur Antonius Faber,lib.6.coniecturarum iuris, capitulo 7. columna ſecunda,circa medium Ioannes Robertus libro ſecundo ſententiarum iuris,capitulo decimoſeptimo*, ſic eſſet ſuperuacanea illa repetitio inſtantiæ, quod non eſt dicendum.

12 Ter-

12 Tertia eſt interpretatio *Ioannis Corraſij Miſcell. iuris, lib.2. cap.6.num.7.* dicentis, tunc ſufficere vnicam interpellationem ad conſtituendum aliquem in mora, quotieſcumque debitor interpellatus amplius ſui copiam non facit, eo enim caſu, cum creditor non poſſit ita facile ipſum denuò interpellare, ſufficit vnica tantum, ſed quando debitor compareret, & creditor non renouat inſtantiam, coniectat lex eum non perſeueraret in ea voluntate, an in mora debitorem velit conſtitui, & ideo vnica interpellatio non ſufficit.

Sed hæc ſubtilis licet, & tãto viro digna expoſitio, nihilominus facilè flecti poteſt: Regula eſt enim in iure vul-
13 gatiſſima, quod ſemel factus certior, non eſt amplius certificandus, *l.1.§.vlt.ff.de act.empt.c.eum qui centus, de reg. iuris, in 6.cum concordantibus, deductis per Cl. Menoc. conſ. ſuo 533.n.6.in 6.& 876.n.2.addo Card. Tuſchum, concl.ſua 199.in litt.C.* vbi an, & quando certus debeat certiorari, eleganter ediſſerit, quem vide, Vnde cum debitor iam vna interpellatione certior redditus ſit, non amplius certificandus eſt.

14 Nec officit, vt ſubdit Corraſius, quod mora multum afferat præiudicij, & in multum præiudicialibus plures interpellationes requirantur, *l.1.§.de inſpiciendo, ff.de ventre inſpic.& in l.1.de libell.dimiſſ. cum concordantibus.*

15 Reſpondetur enim, quod ſatis poteſt ipſe debitor tot moræ præiudicia euitare, poſteaquam monitus nouit, quid agendum ſibi eſt. Quorſum igitur iam certum, certum facere? *l.1.ff.de don.præleg.*

16 Nec aduerſantur relata loca, optimè enim reſpondit *Menochius meus dilectiſſimus, de arbit.iud.lib.2.cent.3.caſu 220.n.40.cum ſeq.*

17 Quarta eſt interpretatio *Ludouici Charondæ lib.2. ſuorũ veriſimilium, cap.10.* qui opinatus eſt vnam ſolam ſufficere interpellationem ad moram inchoandam, ſed non ad perficiendam, quoniam aliquod temporis interuallum requiritur, iuxta *l.ſi quis filium, §.ſtipul.de collat. bon.l.ratum, & l.quod dicimus de ſolut.* & ideo inſtantiæ repetitio, quæ requiritur, non alia ratione requiritur, quam ne deſiſtendo velle videatur debitorem in mora non conſtitui, ſed potius ſoluendi tempus ei prorogare.

18 Sed optimè a *Menochio citato caſu 220. n.45.* reprobatur iſte ſenſus Charondæ, inquit enim quod aut vult Charondas poſt interpellationem inſtandum eſſe à creditore alijs interpellationibus, & tunc ſentit contra communem, & male: ſemel enim per interpellationem factus certior non debet amplius certificari, vt ſupra dixi.

19 Aut vero vult poſt interpellationem tempus eſſe concedendum, ita vt ille debitor ſolutionem parare poſſit, & tunc nil hic caſus differt ab eo, qui vult ſtatim ſoluere, ſed ad pecunias parandas tempus requirit, *iuxta d. l.10. dicimus, de ſol.* Cui opinioni, & nos aſſentimur, vt ſcilicet illico mora contrahatur ex vnica interpellatione, aliquod tamen temporis ſpatium ad parandam pecuniam concedatur, ſequitur *Carroc.de Depoſ.tit. de culpa depoſitarij n.48.*

Quantum autem temporis ſpatium ſoleat concedi, vide penes *Menochium eruditiſſimum, de arbitr.citato lib.2. caſu 27.*

20 Quinta eſt interpretatio *Iacobi Cuacij tract.8. ad Africanum, in l.cum patriſam.de vſuris,* fere in fine, quem ſequitur *Euerard.Bronchorſt.cent.1.cap.100.* dicentis vnam interpellationem teſtato, hoc eſt, teſtibus, atque notario adhibitis factam ſufficere ad conſtituendum aliquem in mora, ſi modo inſtantia repetendi debiti, abſque tamen teſtibus, poſt interpellationem perſeuerauerit, atque huic ſententiæ adhærere videtur etiam *Faber lib.6. coniecturarum iuris, c.7.in princ.*

21 Sed iſta Cuiacij, & ſequacium expoſitio longiſſimè à veritate abhorret, nullibi enim ſcriptum reperitur interpellationem extraiudicialem, de qua nos loquimur, fieri debere coram teſtibus, & notario; imò totum contrariũ communiter receptum eſt: ſufficit enim quocumque modo conſtare denunciationem factam fuiſſe, ita poſt alios pulchrè, & latè docet bene eruditus *D. Andreas Kohl. exerc.ſua iuris 13.n.18.col.3.*

22 Nec iura per eos allegata, *Textus videlicet in lege ſi procuratorem, §.igitur, verſiculo & ſi, ff.Mandati, & in lege qui Romæ, §.coheredes, ff.de verborum obligationibus,* quidquam faciunt, ibi enim talis facti contingit ſpecies, ex qua niſi quatenus deciſio ſuper ea fundatur, non licet arguere *Iaſon poſt alios, in d.l.qui Romæ, §.Callimachus, ff.de verb. oblig.*

23 Nec ex eo ius ſumitur, quod ex abundanti fit, vt ait *Cuiac.in d.l.patriſam.*

Vnde cum præſuppoſitum Cuiacij de denunciatione teſtato interponenda iuri minimè conſentaneum videatur, nec etiam illud, quod conſequitur, ſuſtineri poteſt, alias ſi repetitio inſtantiæ perſeuerare deberet, vna ſola interpellatio non ſufficeret ad conſtituendum aliquem in mora.

24 Quia repetere debitum, vt inquit *Menochius citato caſu 220.num.45.* nil aliud eſt, quam voce interpellare, quod non eſt dicendum.

25 Sexta eſt interpretatio diſſertiſſimi *Menochij cit. caſu 220.n.33.* inquit enim ibi exponendo dictum textum, quod vna interpellatio facta ſeruo debitoris abſentis non ſufficit, cum ſui copiam debitor exinde facit, quoniam fieri poteſt, vt dominus illius interpellationis notitiam ob ſerui negligentiam non habuerit, quare in mora verè non conſtituitur, ſi præſens interpellari adhuc poteſt, & confirmat id per *textus in l.item veniunt, §.petitam, verſ. ſed ponamus denunciatum, de petitione hæred.*

Quando autem interpellatio fit debitori principaliter obligato, ſiue ſit abſens, ſiue præſens, vnica tantum ſufficit, inquit ipſe, & ideo poſt illa verba, Cum etiamſi ipſi inquam domino denunciatum eſt, addit verbum iſtud, ſufficiat, & ſic vult vt legatur ibi affirmatiuè.

26 Sed decipitur in hoc excellentiſſimus Menochius: legendum eſt enim negatiuè, vt ſit ſenſus, quod ſi denunciatio etiam fuerit facta ipſi debitori, abſenti tamen, vnica non ſufficiat.

27 Et ratio eſt in promptu, quoniam debitori abſenti denunciatio poteſt fieri dumtaxat per epiſtolam, vel per nuncium, vt *Doct.omnes concludunt.* Hoc ſuppoſito, nonnè poteſt eſſe, quod epiſtola aliquo caſu ad manus ipſius debitoris non perueniat, quod nuncius fortè fortuna occidatur, capiatur ab hoſtibus, vel intereat, antequam denunciationem ipſi debitori ſignificare poſſit? certè ſic. Cur igitur vnica tantum interpellatio facta debitori abſenti debet ſufficere ad incurrendam moram, ſi creditor neſcit certè, an debitor fuerit interpellatus, & cum poſſit eſſe, quod debitor, vt dixi, de huiuſmodi interpellatione non ſit certior factus, quo caſu numquam moram incurreret? Mora enim numquam contrahitur abſque propria legitima interpellatione.

28 Nec dicat Menoch. quod ſi negatiue tex.ille legatur in ea parte, in qua loquitur de ſeruo, erit ſine probabili dubitatione, cui enim eſſet dubium, inquit ipſe, quod ſi non ſufficit ſemel ipſimet domino denunciare, non etiam ſufficeret, ſi eſſet domino mediãte perſona ſerui denunciatũ.

29 Reſpondetur enim maximam fuiſſe dubitationem penes, I.C. an ſcilicet, ad incurrendam moram ſufficeret, ſi domino debitori eſſet denunciatum mediante perſona ſerui, ad quod reſpondit I.C. interrogatus non induci, poſtea adducendo caſum magis dubitabilem id confirmat, dum inquit, quod etiamſi ipſi debitori abſenti denunciatum eſſet, nihilominus mora non contrahitur ſed requiritur repetitio inſtantiæ, cum tamen ipſemet debitor ſui copiam facit.

30 Septima eſt interpretatio *Andræ Kohl. præcitata ſua excitation.13.num.18. col.4. & 5.* in ſumma poſt multas ambages concludentis, quod ideo ibi opus eſt repetitione inſtantiæ, tum quia interpellatio ſeruo facta propter iuſtam debitoris abſentiam, & inhabilitatem ſerui protinus ab initio fuit per ſeſe inualida quoad inducendam debitoris moram, adeo, vt tractu temporis conualeſcere vix poſſit, *l.quod initio,ff.de reg.iur.* cum etiam, quia ſiue adhuc debitori abſenti ſeruus denunciauit interpellationem factam nihil eſt, quod imputetur ei, qui non tenebatur ſe præparare ad ſolutionem, priuſquam interpellaretur ad *textum in l.ſi quis filium,§.ſtipulatio,de collat.bonor.* & ideo concludit, quod vt debitor moram induerat, renouanda eſt repetitio ipſius inſtantiæ.

31 Verum de iſta interpretatione valde dubito: mihi enim perſuadere haud poſſum, quare denunciatio, & valida poſſit fieri debitori abſenti per epiſtolam, vel nuncium, non autem per ſeruum; cum imò per ſeruum dominus ipſe poſſit facilius interpellatione ſibi facta certiorari.

32 Concludendum eſt igitur, quod non illa de cauſa opus eſt repetitione inſtantiæ, domino copiam ſui faciente, quia ſeruus ſit inhabilis, vt inquit, kohl, ſed quia debitor non poteſt eſſe certus, an ſeruus retulerit ipſi domino denunciationem ſibi factam, necne.

33 Hac eadem ratione quoties debitori propter abſentiam, aut aliud iuſtum impedimentum ab ipſius parte interueniens denunciari nequit, non ſufficere proteſtationem interim factam, niſi eo reuertente, vel impedimento ceſſante, creditor ipſi primo quoq. tempore denunciet, ſcriptum reliquerunt communiter Doctores, *in lege de pupillo,§.ſi quis ipſi, ff.de nouis operis nunciation.*

34 Relatis, ac inſimul reiectis his omnibus DD. expoſitionibus ad hunc textum *l.Mora in verſic.* & non ſufficit, supereſt, vt noſtrum quoque proponamus intellectum.

35 Arbitramur igitur legem iſtam duos caſus vnico contextu definire in illis verbis. Et non ſufficit ad probationem, &c.

36 Alter eſt, quando interpellatio eſt facta ſeruo debitoris abſentis.

37 Alter vero eſt, quando eſt facta ipſemet debitori abſenti, dicimus nos, non præſenti, & hoc per dictionem illam, etiam, quæ eſt implicatiua eiuſdem qualitatis, & quia præcedentia declarat etiam ſequentia.

38 Et in vtroque caſu inſtantiæ repetitione opus eſſe dicimus, & ſic duplicem requiri interpellationem ad hoc, vt debitor conſtituatur in mora, quia ille erant abſens, non præſens, quo caſu vna tantum ſufficeret.

39 Et ratio differentiæ inter denunciationem factam præſenti, & abſenti hæc eſt, quia ſi facta eſt ſemel tantum præſenti, ſufficit, quoniam certum eſt, quod ipſe debitor eſt factus conſcius, quo caſu nil aliud quæritur, quando autem denunciatio eſt facta abſenti, tunc quia certum non eſt ipſum certioratum, non eſt mirum, ſi duplex requiritur interpellatio, quando tamen facit copiam ſui, & ſic text. iſte loquatur in abſente.

40 Hic fuit intellectus *Clar. & Excellent. Dom. Marc. Antonij Othej præceptoris mei, dum d.l.mora,* me auditore, publicè interpretaretur, & mihi videtur veriſſimus, cui etiam applauderem videtur *Plautius in l.quod te in præfatione, n.23. ff. ſi cert. petat.*

---

## An verba enunciatiua ſic generaliter ſumpta diſponant in vltimis voluntatibus.

# QVÆSTIO XX.

### SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua diſponunt in vltimis voluntatibus ex communi.*
2 *Lex ex hac ſcriptura de Donationibus, expenditur, & n.5.*
3 *Contrarium tenet Author.*
4 *Verbum diſponere, refertur ſemper ad vltimas voluntates.*
6 *Opponit idem Author, & n.7.*
8 *Soluit, & num.9. & 10.*
11 *Verba enunciatiua nec plenam probationem inducunt in vltimis voluntatibus ex ſententia Authoris.*
12 *Ratio.*
13 *Limita quoad ſemiplenam.*
14 *Enunciatiuæ defunctorum voluntates obſeruantur, ſi tamen aliter probarentur.*
15 *De materia videndi DD. remiſſiuè, & præcipuè Anton. de Leo.*

1 DVbitatur an verba enunciatiua generalia ſumpta diſponant in vltimis voluntatibus. Et diſponere ſcripſere *Doct. omnes in dicta l.ex hac ſcriptura, ſequitur Mantua ſingulari ſuo 658. in principio, & poſt alios Surd. conſilio ſuo 241. num.3. in 2. & 572. n.52. vol.4. Addo Excell. Dom. Martam Neapolit in l.1. art.3. numero tertio, ff. de noui operis nunciat. pag.41. adeundus quoque Sichard. in l. ſi donatio per epiſtolam, num.1. & num.5. in fine, C. de donat. & Dom. Stephanus Gratianus diſceptatione ſua 216. numero 1. lib.2.*

2 Pro hac opinione conſideratur communiter *tex. in d. lege ex hac ſcriptura,* vbi teſtator ita dixit in teſtamento: Sciant hæredes mei, me veſtem vniuerſam, ac res cœteras, quaſcumque in diem mortis meæ mecum habuero, libertis meis donaſſe: Quæritur ibi an valeat hæc donatio, & dicitur quod ſic. Et tamen eſt facta verbis enunciatiuis, ergo verba iſta prolata in vltimis voluntatibus diſpoſitionem inducunt: Et ita in ſummarium deducit *d.l. Bart. ibi.*

3 Contraria tamen ſententia verior ſemper mihi viſa fuit, & conſidero, quod iud. inquit in §. diſponat, auth. de nuptijs (diſponat teſtator, & erit lex eius voluntas.)

4 Perpendo verbum illud diſponere, quod ex ſui propria natura ſemper refertur ad vltimas voluntates *gloſſ. & DD. in Rubrica, ff. ſolut. matrimon. latè Hyppol. Riminald. in princip. tit. Inſtit. de donationibus, n.1355. pag. mihi 158 & Brunor. à Sole, in ſuo compend. propoſit. iur. in verſic. verbum diſponere, pulchrè Viuius opin. ſua 1040. volum.3. addo Clar. Dom. Menochius, conſil. ſuo 210. num.2. cum ſeqq. in 3. & Clar. Farinaccium deciſ. ſua Rotæ Romanæ 879. num.1.* ergo in vltimis voluntatibus debent adeſſe verba diſpoſitiua, non autem enunciatiua: incluſio enim vnius, eſt excluſio alterius.

5 Qua ratione ſic ſtante non officit text. in d. lege ex hac ſcriptura: pro contraria opin. perpenſus, quia ibi verba illa enunciatiua ſunt prolata principaliter propter ſe, quo in caſu expreſſa inducunt diſpoſitionem: vt inferius dicetur, & præſertim in vltimis voluntatibus.

Noſtra autem dubitatio procedit, an verba enunciatiua generaliter ſumpta diſponant in vltimis voluntatibus non conſiderata aliqua particulari eorum ſpecie, & reſpondemus pro negatiua.

6 Minus officit, ſi diceretur. Hæc verba diſponunt, quoad inducendum fideicommiſſum, vt ſuo loco dicetur, & tamen fideicommiſſum eſt vltima voluntas; ergo in quacumque vltima voluntate hæc verba debent diſponere.

7 Et eo magis, quia idem iudicatur de genere, quod de qualibet eius ſpecie, *l.quæ de tota, ff. de rei vendicatione.*

8 Re-

8 Reſpondetur enim dupliciter,& primo quod legatum, & fideicommiſſum non ſunt ſpecies propriè vltimarum voluntatum , ex quo per ſe ſubſiſtere non poſſunt , aut enim fideicommiſſa teſtamento,aut Codicillis,aut in epiſtola relinquuntur,pulchrè *Card.Mantic.de coniect. libr.1. tit.5.num.2.vnde,&c.*

9 Reſpondetur ſecundo,& melius,non valere ſequentia: Diſponunt in fideicommiſſis: ergo & in vltimis alijs voluntatibus.Ratio eſt in promptu,nam tritiſſimum eſt.

10 Fideicommiſſa induci quibuſcumq;verbis ſiue diſpoſitiuis, ſiue enunciatiuis, imo nutu induci poteſt fideicommiſſum,vt latiſſimè ſuper his inſiſtit *Excell. Peregr.art.1. n.45.cum duobus ſeqq.* Quod non verificatur in alijs vltimis voluntatibus vnde ſuccedit regula illa,quod in diuerſis diuerſum ius ſtatuitur.

11 Imò ego teneo , quod nec plenam inducant probationem hæc verba in vltimis voluntatibus eſt ad litteram , & a nemine perpenſus, *in l.rationes, verſ. eiuſdem iuris eſt, C. de probat.& ibi in ſpecie Sichard. n.6.*

12 Et iure merito. Si enim teſtatori non obtemperatur, multo minus creditur,*l.verba,C.de teſt. & l. ſcriptura, vbi text.ad litteram,D.communia vtriuſque iud.*

13 Semiplenam tamen inducent,vt alias diximus:ita quoque ſenſit *Dec.in l.ex his verbis C.de teſtam.milit. addo Ludouic.de Caſanat.conſil.ſuo 15.n.13.* vbi ſubdit, quod bene inducunt probationem,& declarationem eorum, quæ in ipſa vltima voluntate geſta ſunt.

14 Adde pro coronide enunciatiuas defunctorum voluntates pro legibus obſeruandas,ſi tamen aliter probentur, ſic præciſè, *gl.in d.l. rationes in verſiculo quam quantitatem,in fin.*vbi multa iura de hoc atteſtantia coaceruat.

15 Sed de his ſatis. Latius autem diſſerunt *DD.in lege cum proponebatur,de leg.2.& Vital. de Camban. in tractatu ſuo Clauſularum , verſiculo enunciatiua verba in vltimis voluntatibus pag.mihi 221. cum ſeqq.* Adeundus quoque de hac eadem materia *D.Aloyſius de Leo,in d.l. rationes num.12. C.de probationibus,* vbi quærendo, an verba enunciatiua emiſſa in vltima voluntate probent,ſeu diſpoſitionem inducant,ita diſtinguit. Aut verba enunciatiua proferuntur propter ſe;primo caſu talia verba plene non probant,nec etiam inducunt diſpoſitionem,ſecundo autem caſu. Aut fuit adiectum iuramentum,& probatur,vt hac lege,& hoc procedit non ſolum,quando expreſsè teſtator iurat, ſed etiam quando dicit ſe iuraſſe: Aut vero ceſſat iuramentũ, & tunc ſi pars fuit præſens,vel notarius,vel ordinarius recepit confeſſionem pro parte,& tunc probat; aut nemo recepit hanc confeſſionem, & tunc talia verbam nõ probant actum enunciatum, ſed inducunt legatum, vel hæredis inſtitutionem ſecundum qualitatem verborum, & latius vt per eum,quem omnino videas,Satis.

---

## An verba enunciatiua prolata in teſtamento diſponant.

## QVÆSTIO XXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Vltima voluntas etiam in genere reperitur.*
2 *Quatuor ſunt ſpecies propriæ vltimarum voluntatum Teſtamentum,ſcilicet,Codicil.Epiſtola, & Mortis cauſa donatio.*
3 *In teſtamento enunciatiua verba prolata minimè diſponũt.*
4 *Ratio.*
5 *Amplia,& num.6.& 7.*
8 *Limita,& num.9.10.11.& 12.*
13 *Proponitur. Quæſtio.*
14 *Reſolutio.*

Firmata concluſione capitulo præcedentis , verba enunciatiuè prolata in vltimis voluntatibus in genere ſumptis, (vltima enim voluntas in genere etiam reperitur, vt *in l.licet cum gl.vlt.& ibi notatur, C.de pactis,pulchrè Card.Mant.de coniect.lib.1.tit.14.n.1.* minimè diſpoſitionem inducere. Videndum modo eſt, an ſaltem in aliqua earum ſpecie diſponant,ac probent. 1

2 Cum autem quatuor ex ipſius *Manticæ ſententia, in d. lib.1. cap.5.* Vltimarum voluntatum propriæ exiſtant ſpecies, Teſtamentum videlicet, Codicillus, epiſtola, & mortis cauſa donatio (legatum enim,& fideicommiſſum etiamſi ſint ſpecies vltimæ voluntatis, non tamen per ſe ſubſiſtunt,vt alias diximus.) de ſingulis diſceptari opere pretium eſſe duximus.

Dubitatur itaque primo,an in teſtamento diſponant.

3 Et non diſponere veriſſima eſt ſententia.

4 Sic inter alios *Caballin.millel.ſuo 40.nu.1.* & ratio mea ſententia ea poteſt eſſe,quia teſtatorem voluiſſe, vel de eius mente apparere non ſufficit,niſi procedat diſponendo,ideſt,per verba mere diſpoſitiua, iuxta notata in præcitato,*§.Diſponat,ita Oſaſch.in ſua Pedemont. 110. n.15.& nouiſſimè poſt plures relatos Stephan.Gratian.deciſ.ſua Marchiana 207.num.3.addo Saltc.in dict.l.Rationes, num.1.* vbi etiam firmat pro regula,quod verba enunciatiua a defuncto prolata non ſeruantur.

5 Ampliatur primo iſta concluſio,vt precipuè procedat, quando tractatur de diſpoſitione inducenda contra eum quem teſtator grauare non poteſt , contra enim eum dicta verba enunciatiua minimè diſponunt,ſic præciſè *Bartol.in d.l.rationes in lectura antiqua,n.5.* vbi ſubdit de hoc eſſe caſum,in *d.l.rationes,& in l.3.§.1.ad Syllanian. & in l.verba,C.de teſtamentis.*

6 Amplia ſecundo,vt maximè locum ſibi vendicet,quando tractatur de eo, quod per ipſummet teſtatorem minimè poteſt induci.Sic præciſè idem *Bart.in dict. l.rationes præcitato,n.5.* vbi ſubdit de hoc eſſe iura *in l. 1. Arbitrium tutel.& in l.ſcriptura,C.communia vtriuſq. iud.*

7 Amplia tertio,vt nec etiam probent. Sic in ſpecie poſt infinitos relatos *Clariſſ. Decian. conſil. ſuo 120. numer.17. vol.3.*

8 Fallit autem iſtud, quotieſcumque coniecturæ in teſtamento exiſtentes contrarium ſuaderent, eo enim caſu, & diſpoſitio , & plena probatio per verba ipſa poſita in teſtamento induceretur:Sic præciſe *Sichard. conſ. ſuo teſtamentario 8.num.27.*

9 Fallit ſecundo principaliter inſpecta diſpoſitione Iuris Canonici , eo enim iure verba enunciatiua teſtatoris fidem ſemiplenam ſaltem faciunt abſque iuramento , ad not. in capitulo fin. de ſucceſſionibus ab inteſtat.Sic in puncto *Alberic. in d. lege rationes num.8.* vbi latè de materia.

10 Fallit tertio , nam vera enunciatiua prolata ſuper eo, quod per teſtatorem poteſt induci , diſponunt contra eum,quem teſtator grauare poteſt;Sic præciſè *Bart.in dicta lege rationes præfat.num.5. in fine,*vbi plura in hoc propoſito deducit.

11 Addo *Cuman.in dicta lege ex hac ſcriptura n.5.ff. de Donationibus,*vbi ſimiliter docet, verba enunciatiua teſtatoris diſponere in his,in quibus teſtator poterat diſponere, & ſubdit de hoc eſſe *textum in l. cum pater §.filio, de leg.2. & in l.1.C.Arbitrium Tutelæ.*

12 Fallit etiam nonnullis alijs modis, de quibus ſigillatim *Cuman. in d.l. ex hac ſcriptura præcitato numer.5. vide per eum.*

13 Sed pro Coronide huius materiæ pulchra ſub oritur hic dubitatio , & eſt an Confeſſio facta de debito per te-

ſtatorem in ſua vltima voluntate probet contra eum , ſi ſuperuiuat, licet facta ſit in abſentia partis.

14 Pro reſolutione huiuſce difficultas videndus *Cuman. in d.l.ex hac ſcriptura,n.6.Pariſ.ibidem n.13. & eruditiſſimus Maſcardus,concluſione ſua 359.per totam*,vbi omnium do. ctiſſimè, ac elegantiſſimè materiam illam, An,& quando confeſſio facta in teſtamento contra ipſum teſtatorem probationem inducat, diſcutit,atque declarat, ad eos, ne ex ſcripta conficiam,abſque lectoris vtilitate, & aliena mihi videar vſurpare,beneuolum lectorem remitto. Adeundus quoque *Illuſtr.D.Card.Tuſchus,concl.ſua 639,in litera C. vbi pulchrè*.

15 Secundo loco ſubingreditur alia dubitatio,& eſt.Si pater vſus fuerit verbis enunciatiuis, an eius voluntas ſuſtineatur,tamquam ex teſtamento imperfecto? *D.M.Antonius Natta, in repetitione ſua, l.ex hac conſultiſſima, §.ex imperfecto n.204.C.de teſtamentis*, pulchra quidem diſtinctione inter verba enunciatiua prolata propter ſe,& propter aliud, hanc difficultatem enodat , eumdem lector conſultat.

16 Tu tantum nota, ( vt nihil in tactum relinquam ) quod probatur teſtamentum ex aſſertione patris inter liberos, etiam per verba enunciatiua , ideò ſi probatur aſſertio patris inter filios , quod ipſe fecerit teſtamentum ſic, & ſic,illa verba probant teſtamentum factum inter ipſos filios.Sic poſt *Bald.Card.Tuſchus,concl.ſua* 115.*n*.42. *in litera T*.

---

## An diſpoſitio aliqua in materia teſtamẽtaria reſultare poſsit ex verbis enunciatiuis,ſi tamen non ſint expreſſa, ſed dumtaxat tacita, puta ſubintellecta in virtute dictionis taxatiuæ.

## QVÆSTIO X.

*SVMMARIVM.*

1 *An diſpoſitio aliqua in materia teſtamentaria reſultare poſſit ex verbis enunciatiuis, ſi tamen non ſint expreſſa, ſed dumtaxat tacita,puta,ſubintellecta in virtute dictionis taxatiuæ,dubitatur.*
2 *Exemplum pro iunioribus.*
3 *In huiuſmodi difficultate non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*
4 *Bart.ſentit pro negatiua motus per textum in l.rationes, in fine C.de probationibus.*
5 *Et eius opinio eſt communis.*
6 *Author tuetur contrariam.*
7 *Eius fundamenta, & n.8.9.10.11.12.13.14. & 15.*
16 *Reſpondetur ad textum in d.l.rationes.*
17 *Limitatur iſta concluſio.*
18 *Ampliatur.*

1 SEd alia non minus pulchra quam difficilis excitatur hic queſtio,& eſt,An diſpoſitio aliqua in hac materia teſtamentaria reſultare poſſit ex huiuſmodi verbis enunciatiuis,ſi tamen non ſint expreſſa, ſed tacita dumtaxat, puta ſubintellectione virtute dictionis taxatiuæ?

2 Exemplum pro iunioribus, Titius, cum eſſet creditor D.Aloyſij Tomaſini de aureis centum, ex cauſa mutui, in ſuo teſtamento,quod condidit, ita dixit; Sciant hæredes mei,quod D.Aloyſius Tomaſinus debet mihi 50. tantum ex cauſa mutui,dubitatur hoc caſu, an per iſta verba tacita enunciatiua ſubintellecta per dictionem illam taxatiuam,tantum inducatur aperta diſpoſitio, ita vt intelligatur à teſtatore ipſi Domino Aloyſio remiſſa alia 50.An vero ipſemet Aloyſius etiam pro dicto reſiduo ab hæredibus dicti Titij adhuc inquietari poſſit?

3 In huiuſmodi difficultate non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.

4 *Bart.Auriga noſter,in dicta lege ex hac ſcriptura,ſub n.9.* ſentit apertè pro negatiua; videlicet remiſſionem minimè cenſeri factam, motus *per textum in l. rationes in fine, C.de probationibus*.

5 Et eius opinio eſt communis.

6 Contraria tamen ſententia mihi ſemper verior viſa fuit.

7 In primis conſidero textum huiuſmodi difficuliatem decidentem in *lege tertia,§.cum Titio, ff.de adimend.legat.* vbi ſic legitur. ( Cum Titio centum teſtamento legaſſet, & eidem Codicillis ita legaſſet.Titio quinquaginta dumtaxat, nec amplius hæres meus dato;non amplius 50. legatarium petiturum. ) Quid clarius?

8 Secundo ſic arguo. Idem operatur tacitum,quod expreſſum,*vulgat.lege cum quid ff.ſi cert. pet. & lege iam hoc iure,de Vulgari*, licet enim elocutione non ſit expreſſum, intellectu tamen percipitur,lege ratum, de ſolutionibus, lege in his,de conditionibus,& demonſtrationibus, *Bald.*
9 *in lege vltima n.5. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus*, & ideo receptum eſt, vt licet exprimantur , quæ tacitè inſunt, nihil tamen magis importet, ac inducat eorum expreſſio,*l.3.de leg.1.cum concordantibus*.

10 Sed per verba enunciatiua expreſſa abſque dubio inducitur diſpoſito, & potiſſimum fauore liberationis vulgata,lege tale pactum, ff.de pactis ergo.

11 Stringitur argumentum, nam ipſamet verba enunciatiua inducitur liberatio in pactis inter viuos initis, & ſic in contractibus,vt in *dict.l.tale pactum*, & nos abundè docuimus,*ſupra eod.quæſt.17.num.3,cum ſeq.* ergo multo magis id verificari debebit in vltimis voluntatibus,cum ſint fauorabiliores,*ad l.in teſtamentis,de reg.iur.*

12 Et eo magis, nam etiam tacitè liberationem relinqui poſſe compertiſſimum eſt,*ad l.non ſolum, in princ.de liber. legat.*

13 Tertio principaliter ſuffragari videtur poſſe textus in *lege prima,C.de falſ.cauſ.adiect.* legato, vbi cum Titius eſſet creditor Sempronij puta de Aureis 50. & ita dixiſſet in ſuo teſtamento 50.illa,quæ debebat mihi Sempronius, ab eo peti vero,quia ſoluit,cenſetur per hæc verba liberatus ipſemet Sempronius , & ſi conſtet dicta centum per ipſum minimè ſoluta, niſi liquido per hæredem probari poſſit ipſum defunctum eundemmet Sempronium liberare noluiſſe,ergo idem in caſu noſtro concludendum eſt.

14 Quarto conſiderari etiam poteſt virtus, & effectus dictionis Taxatiuæ,quæ conſiſtit includendo caſum expreſſum,& alios excludendo,vt notatur *in l.ob æs, C.de prædijs minorum,& in leg.1.in princip.ſi quis ius dicenti non obtemperauit*.

15 Quinto accedere videtur, nam huic eidem opinioni ſubſcripſere *Cuman.in d.l.ex hac ſcriptura,n.5.verſ.3.limitatio eſt.Pariſ.ibidem,num.33.in fine,cum duobus ſeqq.* vbi etiam firmat hoc idem quoque tradi expreſsè a *Bartol. quem ibi ſequuntur omnes Scribentes, in l. ſi quidem, Cod.de tranſact.*vbi vult, quod ſi creditor appoſuit dictionem taxatiuam,in reſiduo ſibi præiudicat, id quod etiam per illum *text.clarius firmauit,in d.l.3.§.cum Titio,ff.eod.de adimendis legat.* & poſt alios omnium elegantiſſimè *Soc. iun. in eademmet l.ex hac ſcriptura n.49.*

16 Et hac opinione retenta,non officiunt contraria. Ad textum enim,*in d.l.rationes, adductum à Bart. reſpondetur vna cum Cumano,Pariſio,& Soc.relatis locis*, ibi non adeſſe dictionem illam taxatiuam ( tantum ) prout ibi clarè videre eſt,vnde non officit.

17 Ob-

17 Obſeruandum tamen, quod concluſio iſta ſic firmata ab omnibus limitatur, ac reſtringitur, quotieſcumque error ipſius teſtatoris cõcurreret, vtpote quia opinatus eſſet re vera ſibi à dicto Do. Aloyſio 50. dumtaxat deberi, non autem 100. eo enim caſu ſine dubio liberatio de illis 50. ad fauorem dicti Dom, Aloyſij non induceretur, text. eſt pulcherrimus, & ad litteram, in *d. l. 1. Cod. de falſ. cauſa adiect leg. & ſequitur Socin. in ſpecie, præcitato, num. 43.* vbi etiam ſubdit hoc idem contingere, etiamſi verba eſſent clara, & expreſſa.

18 Ampliatur modò, vt eo magis procedat, ac locum ſibi vendicet ſupradicta firmata concluſio, ſi ipſius defuncti iuramentum etiam interceſſerit, vtpote quia dixerit ipſemet teſtator; Sciant hæredes mei, Aloyſium debere mihi tantum 50. ex cauſa mutui, & ita iuro, text. eſt de hoc mirificus, in authentica quod obtinet, *C. de probationibus, ſequitur Soc. iun, in d. l. ex hac ſcriptura, num. 55. & Pariſius, ibidem nu. 38. verſic. 4. concluſio. Addo Sichar. in l. rationes, num. finali, C. de probationibus,* vbi pulchrè, & latè docet inter cetera, quod licet hæres poſſit probare maius debitũ, tamen non eſt admittendus, quia iuramentum teſtatoris ligat etiã hæredẽ, *c. 2. de pactis, lib. 6.* adeò vt ſi hæres vellet probare de periurio, amitteret omne commodum, quod
19 à teſtatore haberet, *ad l. rem alienam, prope finem, ff. de pignor. act.* cum concordantibus, & eſt ratio: quia iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris, ideſt, vt rem faciat valere omni meliori modo, quo poteſt, *ad l. cum pater, §. filius matrem, delegat. 2.* vbi pulcher eſt caſus. Sed hæc ſatis. Latius autem vide penes, *D. Conſtantium Rogerium, licet ſatis confusè, in l. ex hac, ff. de donationib. ſub num. 47. cum ſeqq.*

De materia autem dictionis taxatiuę, an ſcilicet ſit negatiua reſidui, latiſſimè diſſerit, *Cl. Do. Fuluius Pacian. de probat. lib. 1. c. 31. vide per eum. Sat locum tetigiſſe.*

---

## An diſpoſitionem inducant ad pias cauſas.

## QVAESTIO XXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua diſpoſitionem inducunt ad pias cauſas ex communi.*
2 *Fundamenta, & num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Contra per Baldum.*
14 *Media, & num. 15.*
16 *Opinio Authoris, & num. 17. 18. 19. & 20.*
21 *Cornei conſilio 149. in 2.*
22 *Caſtrenſ. Reſp. 137. in 2.*
23 *Decij conſult. 159. in 1.*
24 *Beltrand. Doct. conſil. ſuo 340. num. 10. in 1.*
(21–24) *Expediuntur.*
25 *Socin. iun. conſil. 179. in 2.*
26 *Deciſio cuiuſdam Dom. Angeli Epiſcopi Raccanatenſ. improbatur.*
27 *Alexandri Raudenſ. deciſione 47. enucleatur, & nu. 28.*
29 *Matthæus Brunus, conſil. ſuo 87. numero trigeſimotertio, damnatur.*
30 *D. Sfortiæ Oddi, conſil. 64.*
31 *Bald. Reſp. 129. in 4.*
(30–31) *Perpenduntur.*
32 *Modeſtini Piſtoris, q 146. part. 4. adducitur.*
33 *Dubitatio pulchra proponitur.*
34 *Opinio Authoris.*
35 *Fundamenta, & num. 39. vſque ad 40.*

SEd an huiuſmodi verba ſic generaliter ſumpta diſpoſitionem inducant in teſtamento ad pias cauſas non eſt eadem omnium ſententia.

1 Opinionem enim, quod inducatur, tenuit *Bartol. in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccl. num. 76. vbi Andreas de Beſſetis, nu. 203. Pulchrè Decius, in l. ex his, num. 27. C. de teſtam. milit. idem conſil. 159. num. 2. vol. 1. Iaſ. in d. l. ex his, num. 2. verſ. 5. limita, & conſil. 155. num. 2. in 4. Maſcard. concl. 388. nu. 3. & poſt alios, in 622. num. 41. in 1. idem concl. ſua 1176. nu. 58.* vbi ſubdit hoc etiam verum eſſe in contractibus. Hanc eandem ſequitur *Pancirol. conſil. 132. numer. 17. Alexand. Raudenſ. deciſ. ſua Piſana 46. num. 8. par. 1. & omnium latiſſimè D. Sfortia Oddus, conſil. ſuo 64. vol. 1.* & hæc eſt receptiſſima opinio, quam etiam nouiſſimè ſequutus eſt *Cl. D. Fachineus poſt hæc edita viuus, conſil ſuo 30. num. 10. in 1. & D. Alexander Trentacinq. Variar. reſol. lib. 1. tit. de verb. ſignif. reſol. 2. nu. 91.*

2 Comprobatur autem primo hęc ſententia per *tex. in c. fin.* de ſucceſſion. ab inteſt. ſub illis verbis.

Aſſeruit ſe, & bona ſua contuliſſe monaſterio, & ibi. Reſpondit ſe non poſſe teſtari, quia ſe, & omnia ſua contulerat monaſterio. Ex quibus quidem verbis colligitur validum teſtamentum cuiuſdam *D. Abbat. de quo ibi.*

3 Conſideratur ſecundo, quod an requirantur verba diſpoſitiua, vel enunciatiua in condendis teſtamentis, iſta dicitur ſolemnitas, & diſpoſitio iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, vel gentium, eo enim iure omnia verba probant, dummodo conſtare poſſit de voluntate teſtatoris.

4 At in diſpoſitione ad pias cauſas ſufficit ſolemnitas iuris gentium, vt notatur in cap. relatum, il primo de Teſtamentis, ſequitur *Matthæus Brunus conſilio ſuo 87. num. 23.* ergo videtur dicendum, quod iſta verba ſufficiant in teſtamento ad pias cauſas, quandotamen de teſtantis apparet voluntate.

5 Tertio accedit, nam ſi iſta verba diſponunt in teſtamento militari, *l. ex his, Cod. de teſt. milit.* multo magis debent diſponere in diſpoſitis ad pias cauſas, tamquam fauorabilioribus.

6 Quod autem pia cauſa ſit fauorabilior milite probatur.

Nam diſpoſitio captatoria non valet in militum diſpoſitionibus, *l. captatorias, C. eodem tit. & tamen ad pias cauſas valet, c. cum tibi, de teſt.*

7 Quarto conſideratur, quod huiuſmodi verba enunciatiua generaliter ſumpta de ſui natura ſemiplene probant, vt alias diximus, ergo fauore piæ cauſæ plene debent probare.

8 Ipſius enim fauore, & verba adulatoria, & iactatoria, quæ alias non diſponunt, plenam inducunt probationẽ, & diſpoſitionem, ita plurimi, quos refert, & ſequitur *Odd. d. conſ. 64. num. 84. Raudenſ. d. deciſ. num. 8.*

9 Suffragatur quinto. Nam valet argumentum de libertate ad piam cauſam in materia præſertim relictorum, & vltimarum voluntatum.

10 Probatur in primis, quia ipſum libertatis relictum ex eo cenſetur ſic fauorabile, quia cenſetur relictum pium, ſeu pietatis cauſa factum, *l. 1. §. 1. & ibi Bald. C. commu. ſeruo. manumiſſ.*

11 Secundo probatur, quia ita tenet *Bal. in l. 2. C. de fideic. libert. & Euerhard. in loco libertat. ad piam cauſam.*

12 Sed huiuſmodi verba diſponunt fauore libertatis, *leg. Paulus reſpondit, §. Paulus, ff. de fideicom. libert. ergo, & fauore pię cauſæ.*

13 Contrariam tamen opinionem tenet *Bald. in d. l. Habeat, num. 148.*

14 Et pro hac opinione cõſideratur in ſumma, quod ideò verba iſta enunciatiua non diſponunt, quia agitur de imperfectione, vt ita loquar, voluntatis, teſtator enim non

poteſt

poteſt perfectè exprimere voluntatem ſuam, vnde eſt defectus in ſubſtantia, non in ſolemnitate, adeo vt neque in teſtamento ad pias cauſas poſſint inducere diſpoſitionē, cum ſit defectus in ipſa ſubſtantia.

15 Secundo conſiderari poteſt *text. in c. cum eſſes, iuncto c. ſequenti, de teſtamentis,* vbi requiruntur verba diſpoſitiua in teſtamento ad pias cauſas, & aliæ ſolemnitates, de quibus ibi non autem verba enunciatiua.

16 Ego in hac difficultate pro veritate habenda ſic diſtinguendum arbitror.

17 Aut verba iſta enunciatiua ſunt de præterito, vt ſunt illa, quæ habentur *in d. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* vel de præſenti, & iſta diſponunt.

18 Aut verò ſunt de futuro, vtputa ſi quis dicat; Volo inſtituere eccleſiam, vel talem monaſterium, & iſta non diſponunt. Et ratio eſt: quia non dicitur propterea teſtamentum condidiſſe, licet coram teſtibus etiam dixerit ſe velle inſtituere talem eccleſiam.

19 Aliud eſt enim dicere ſe vellet teſtari, & aliud teſtamentum facere. ita *Decius, conſil. 626. in fin. & Cepb. conſ. 227. num. 12. vol. 5.*

20 Item quia regula tritiſſima eſt in iure, quod non ſufficit teſtatorem velle, niſi quoque diſponit. ita poſt alios *Odd. d. conſ. 64. num. 9.*

Quod autem hæc diſtinctio allata ſit iuridica, & procedat facile probari poteſt.

21 Super illo enim membro, quando ſcilicet huiuſmodi verba futurum tempus reſpiciunt, vt non diſponant etiam ad pias cauſas, adeſt in terminis pulchrum reſponſum Cornei.

Quidam enim Dom. Blaſius ibi ſepè, ac infinitis vicibus dixerat, quod volebat, quod bona ſua poſt eius obitū obuenirent Monialibus Sanctæ Catharinæ de Vrbino, & id coram teſtibus confirmauerat. Defuncto præfato Blaſio Moniales egerunt aduerſus poſſeſſores bonorum ipſius Dom. Blaſij; conſultus Corneus, an iuſtam fouerent cauſam? Reſpondit pro negatiua, vt eſt videre in eius *conſil. 149. vol. 2.*

22 Affertur ſecundo loco in terminis quædam deciſio, *Paul. de Caſtro,* fuit enim penes ipſum dubitatum, an inſtitutio cuiuſdam conſortij, ſeu confraternitatis probaretur, ex eo quod apparebat quendam teſtatorem dixiſſe, quod volebat inſtituere dictum Conſortium? Reſpondit *Caſtrenſ. conſil. ſuo* 137. *in* 2. minimè probatam eſſe. Quia talis inſtitutio erat collata in futurum euentum, & expreſsè reſpondit ſub numero ſecundo, dicto capitulo finali, de ſucceſſione ab inteſtato, quod ibi ſunt verba enūciatiua de præterito. Vnde mirum non eſt, ſi inducunt diſpoſitionem, ita quoque interpretatur ibidem mentem. *Bart. in d. l. habeat, C. de ſacroſ. Eccl.*

23 Adeſt tertio loco in iiſdem terminis cōſultatio Decij, in conſilio ſuo 159. volumine primo, in quo caſu cōſuluit pariter *Iaſ. conſil. ſuo* 155. *vol.* 4. *vide per eos.*

Extra autem terminos piæ cauſæ in alia tamen materia multum deſeruit doctrina *Beltran. conſil. ſuo* 340. *num.* 10. *vol.* 1. vbi dicit, quod licet teſtator voluerit hæredita-
24 tem ad filium peruenire in aliquo actu, vel ſcriptura, Si tamen tunc ibidem hoc non diſpoſuit, non poteſt vt ex teſtamento eius agi, per *l. quidam cum filium, & ibi Bald. de hæred. inſtit.*

25 Occurri ſecundo mirabilis conſultatio *Socc. iun. conſil. ſuo* 129. *in* 2. vbi interrogatus de quodam, qui caſualiter interrogatus dixit, quod volebat poſt mortem ſuam bona ſua fore talis, vt ſcilicet diceretur de bonis ſuis diſpoſuiſſe. Reſpondit ampliſſima pro negatiua, & ibi deducit quamplurimas Doctorum conſultationes in his terminis.

26 Multum quoque deſeruiunt tradita per *D. Menoch. de Arbitrar. libr.* 2. *cent.* 5. *c.* 496. *nu.* 18. cum infinitis ſeq. vide per eum. Ex his igitur redditur dubia deciſio cuiuſdam D. Angeli Epiſcopi Raccanatenſis inſerta inter conſilia vlt. vol. *Zillet. conſ.* 55. *vol.* 1. qui reſpondit quandam Margarituciam rectè fuiſſe teſtatam, dum protuliſſet hęc verba. *(Io voglio far teſtamento, & voglio laſciar lo mio, che ſia dato per l'amor de Dio, & per l'anima mia à chi pare à me, & come torno dalla Torre de Palma, ſi lo farraggio,)* ex his enim verbis non colligitur aliquo pacto deliberata ipſius teſtatricis voluntas, quod tunc voluerit teſtari.

27 Pariter enim valdè dubitaui de deciſion. *Alexander Raud. in ord.* 46. vbi vult, quod quædam mulier nominata Thomaſina, poſſit petere bona cuiuſdam ſui mariti, qui vindicatus ab ipſa à ſeruitutis iugo, in quo à Turcis detinebatur, cum ſępius inſtaſſet, vt ad eum adduceretur ſcriba condendi cauſa teſtamentum, in quo volebat omnia bona ſua remunerationis cauſa prædictæ Thom. relinquere, ex hac luce, antequam Notarius eò perueniſſet fuit ſubtractus.

28 De hac inquam deciſione valde dubitaui. Sed quia ibi adſunt multæ circumſtantiæ tùm pietatis, & loci, cum temporis, cauſæ, & perſonarum de quibus apud eum in facti ſpecie videri poteſt, quæ omnia intentioni prædictæ Thomaſinæ mirum in modum ſuffragari videntur, idcircò, & ego *Dom. Raudenſ. ſententiæ libenti animo ſubſcribo.*

29 Sed toto errauit cœlo *Matthæus Brun. conſil. ſuo* 87. *nu.* 33. *in* 1. dum ibi concludit per hæc verba diſpoſitionem induci fauorem piæ cauſæ, etiam quando prolata ſunt de futuro. Aduerſantur enim omnia ſupradicta, nec vlla ex authoritatibus per eum deductis eius falſam opinionem probat.

30 Super autem altero membro, videlicet quando iſta verba ſunt prolata de præterito, vt tunc diſpoſitionem inducant ad pias cauſas, adeſt pulchrum conſilium *Sfortiæ Odd. d. conſil.* 64. *volum.* 1. Quidam enim Anſel. de terra Caſtilionis Aret. pluribus, & iteratis vicibus dixerant, coram tamen teſtibus, quod ipſe fecerat teſtamentum, & quod hęredem inſtituerat hoſpitale S. Mariæ Nonæ Ciuitatis Florentiæ. Fuit dubitatum, an defuncto D. Anſelmo præfatum hoſpitale iuſtè petere poſſet bona dicti defuncti ex iam dictis confeſſionibus conſultus *Odd.* vt dixi, pleniſſimè reſpondit pro affirmatiua.

Hoc idem ante eum docuit quoque *Socc. iun. conſil. ſuo* 189. *num.* 20. *vol.* 2. quem ſequutus eſt præciſè *Ill. D. Card. Tuſcus, concl. ſua* 102. *num.* 1. *in litt. T.*

Declaratur tamen iſthæc concluſio, vt minimè procedat, quando pręceſſiſſet aliud teſtamentum ſolemniter factum, de quo reuocando ageretur quoniam tunc diſpoſitio, ſeu teſtamentum, quod præſumeretur per illa verba enunciatiua, & ſic teſtamentum, quod non poſſet dici ſolemniter factum, nō operaretur reuocationem primi ſolemniter facti. Sic præciſè poſt *Oldrad. tradidit idem Soc. præcitato conſil. ſuo* 189. *num.* 99. *& num.* 100. vbi etiam docuit in ſimili. Poſt nonnullos ibi relatos, quod opinio *gl. in l. iubemus C. de teſtamentis,* quod valeat teſtamentum factum ad interrogationem alterius per ſimplicē reſponſionem, ſic factum ab eo, qui grauiſſimè infirmabatur, nō procedit, quando talis per prius fecerat ſolemne, & validum teſtamentum de quo reuocando ageretur, & latius vt per eum, conſulas. Videndus idem *Socc. d. conſil. ſub nu.* 98. vbi quoque tradidit, quod dicta verba enunciatiua de præterito inducunt ad plus præſumptionem iuris, cui ſtādum eſſet, niſi contrarium probaretur; adducit Abbatem, & alios in dicto capitulo finali, de ſucceſſion. ab inteſtato.

31 Adeſt autem extra terminos piæ cauſæ pulchra *Bald. conſultatio in ſuo conſilio.* 179. *in* 4. vbi dicit, quod ſi pater dixerit, ſe certo aliquo modo teſtatum fuiſſe inter filios, dicitur per hæc verba enunciatiua probatum hoc teſtamentum patris ergo, &c.

32 Super

32 Super vltimo vero membro, videlicet quam verba iſta ſunt prolata de præſenti, vt tunc pariter diſpóſitionem inducant ad pias cauſas, adeſt pulchra deciſio *Modeſtini Piſtoris, in quæſt. ſua 146. p. 4. ibi enim*, Quidam Epiſcopus Hauburgenſis in teſtaméto ſuo inter cætera diſpoſuerat, & quia ad piam cauſam hæredem inſtituto, volo, vt de pecunia mea numerata mille aurei elocentur, quo penſiones horum in pauperes annuatim diſtribuantur. Dubitabatur ibi, an prædicta verba inducerent inſtitutionẽ ad pias cauſas? Modeſt. reſpondit, quoniam illa verba erans prolata in tempore præſenti, idcircò inſtitutionem importare, & vt latius per eum.

Adde tu, quod ideò in hoc caſu per dicta verba inducitur diſpoſitio, quoniam ipſamet verba nequeunt dici enunciatiua, ſed diſpoſitiua. Enunciatiua enim verba proprie appellantur, quando, vel de præterito, vel de futuro actum enunciant, ſed quando verba ſunt præſentis temporis, & non enunciant actum in futurum explicandum, nec actum tanquam iam explicatum in præteritum, tunc appellantur diſpoſitiua, *l. quoniam, C. de teſtam. & l. 2. Cod. communia de leg. Sequitur Anguill. conſil. 29. numero 23. vnde, &c.*

Hæc ſatis. Vide *Tiraq de priuil. piæ cauſæ priuil. 86.*

33 Sed pro coronide huius materię, videlicet quando verba enunciatiua prolata ſunt in teſtamento talis, quæ de facili poſſet excitari quæſtio diſcutienda eſt.

Mæuius condit teſtamentum, & legat vſumfructum omnium bonorum ſuorum Sempronio, Caio in proprietate inſtituto, & poſtea ita inquit. Et quia præfatus Sempronius debet mihi 500. volo, vt eadem duorum annorũ curriculo Caio hæredi meo reſtituat. Defuncto teſtatore Sempronius legatarius conſequitur vſumfructum prædictorum bonorum Caius exinde hæres petit illa 500. debita defuncto teſtatori ab ipſomet Sempronio. Negat Sempronius ſe aliquid debere teſtatori: Replicat Caius de confeſſione teſtatoris facta in teſtamento, per quam ipſe factus eſt debitor: Excipit Sempronius ob illam ſe non obligari.

Dubitatur igitur, an per iam dictam confeſſionem factam in teſtamento. Sempronius ille factus fuerit reuera debitor illorum 500. & ſic an per illammet confeſſionem potuerit teſtator ipſi Sempronio grauamen inferre.

34 In hac difficultate, vt breuitati conſulam, ſentio Sempronio per hanc confeſſionem abſque dubio grauamen illatum eſſe, ita vt ad ſoluenda prædicta 500. omnino ab hærede proprietario cogi poſſit.

Moueor infraſcriptis iuris rationibus.

35 Et primo ſic arguo. Legatarius agnoſcens legatum tenetur parere iudicio defuncti, *l. 13. C. de fideicommiſſ. libertat.*

36 At Sempronius legatarius agnouit legatum, conſequtus eſt enim vſumfructum omnium bonorum, ergo videtur paruiſſe iudicio defuncti, qui voluit grauare ad præſtanda illa 500. &c.

37 Secundo legatarius petẽs legatum dicitur in omnibus, & per omnia approbare teſtamentum, inſtitutionem, & voluntatem teſtatoris, ita vt amplius ei contrauenire nõ poſſit. Pulchre *Honded, conſil. ſuo 89. numer. 31. vol. 1. Hinc Pariſ. conſ. ſuo 39. num. 6. in* 3. inquit, quod legatarij tenentur obſeruare diſpoſita per teſtatorem.

At Sempronius legatarius agnouit legatum, ergo, &c.

38 Tertio accedit, nam legatarius tenetur ſemper agnoſcere legatum cum onere illi adiecto, alias priuatur legato, pulchrè *Honded. conſ. ſuo 63. numer.* 104. *vol. 1. Gratian. deciſ. ſua. Marchiæ* 147, *num. 2. &c.*

39 Quarto ſuffragatur, nam legatarius legatum ſibi factum agnoſcendo, voluntati teſtatoris etiam quoad alia dicitur conſenſiſſe. Pulchrè *D. Cæſar Barzius, deciſ. ſua 86. num. 46.*

40 Hinc vulgatum illud; Qui repudiat onus adiectum legato, cenſentur quoque repudiare legatum, *l. 8. §. fin. ff. ſi cert. pet.* Si ſic eſt, ergo Sempronius legatarius, cum legatum fuerit conſequutus, dicitur conſenſiſſe voluntati teſtatoris, qui voluit ipſum honoratum in illis quingentis grauare, iuxta Regulam *l. ab eo, C. de fideicomm.* ergo non poteſt conqueri. Satis.

---

## An in codicillis diſponant.

## QVAESTIO XXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Enunciatiua verba diſponunt in codicillis.*

2 *Ratio diuerſitatis inter teſtamentum, & ipſos codicillos, numer. 3. 4. & 5.*

1 VIſo an Verba enunciatiuè prolata in teſtamento diſponant videndum modo; quid iuris ſit in Codicillis. Et diſponere communis eſt Doct. ſententia. Sic inter cæteros *Card. Mantic. de coniect. libr. 6. tit. 4. nu. 7.* vbi quoque exemplificat.

2 Diuerſitatis autem rationem inter teſtamentum, & ipſos codicillos eam eſſe reor, quia in codicillis voluntas teſtatoris etiam minus ſolemni ſeruatur, & hoc contingit, vel reſpectu teſtium, quia ſufficiunt quinque teſtes mares vel fœminæ etiam non rogati, *leg. fin. Cod. de codicil. & ibi notat.*

3 Vel quia in eis ſufficit quæque voluntas etiam conie-
cturata, Quinimo ſolo nutu ipſius teſtatoris codicilli fie-
4 ri poſſunt capite annuendo abſque aliqua expreſſione verborum, dum tamen memoria læſa nõ ſit, vt ad literam dicit *text. in l. nutu, de leg. 2. ſequitur Gramat. deciſ. ſua 73. num. 8. & 35.*

5 Quæ omnia in teſtamentis minimè procedere, adeò notum eſt, quam quod notiſſimum, &c.

---

## An verba enunciatiua in epiſtola prolata diſponant; ac probent.

## QVÆSTIO XXIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Duplex eſt epiſtola.*

2 *Quid ſit epiſtola, quæ inter ſpecies vltim. voluntat. refertur. Declaratur.*

3 *In hac ſpecie epiſtolæ quinque teſtes requiruntur.*

4 *Et iiſdem teſtibus debet eſſe ſubſcripta.*

5 *Verba enunciatiua in hac ſpecie epiſtolæ prolata diſponunt, Ratio.*

6 *Exemplum, & num. 7.*

8 *Verba enunciatiua prolata in epiſtola, quæ ad diſpoſitionem inter viuos refertur, probant ſolummodo contra ſcribentem.*

9 *Doctrina Bart. deducitur.*

10 *Enunciatiua verba prolata in epiſt. probant contra ſcribentem, & num. 18.*

11 *Contrarium Marcabr. ab Anguill. Fundamentum eius ſtat in l. epiſtola, ff. de pactis.*

12 *Opinio iſta Marcabrunus reprobatur per Authorem.*

13 *L'epi-*

13 *L'epiſtola ſupracitata enucleatur,& n.14.15.16.& 17.*

19 *Enunciatiua verba prolata in epiſtola probant contra ſcribentem,& ſi ipſa epiſtola careat die, ac Conſule,neque ab ipſo mittente ſubſcripta, vel ſigillata ſit.*

1 TErtio loco iuxta ordinem propoſitum indagandum eſt,an verba enunciatiua in epiſtola prolata diſponant,ac probent. Ad clariorem autem dicendorum intelligentiam præſciēdum eſt duplicis eſſe generis epiſtolam, quandam enim pertinet ad vltimas voluntates, & quædam ad diſpoſitionem inter viuos, & prout etiam aduertit *Bartol. in leg.Carridemus* , *ff.de pollicitationibus.* De vtraque pauca quædam diſſeramus.

2 Epiſtola priori loco, quæ inter ſpecies vltimarum voluntatum refertur,& de qua præcipuus eſt hic locus, ea eſt,quæ niſi ſolo nomine differt à codicillis. Si quis enim relinquat inter præſentes,ſimpliciter codicillatur, ſic inter abſentes codicillatur in formam epiſtolæ, veluti ſi ad aliquem ſcribat, *l.epiſtolam,ff.ad Trebellianicam,* & huiuſmodi codicilli dicuntur litteræ,ſiue epiſtola,vt colligitur ex *l.& in epiſtola,C.de fideicommiſſis cum gloſſa,& in l.cum quis,§.nuptura,de legat.3.& hoc ſentit Speculator, in titulo de inſtrumentorum editione,§.porrò verſic.ſi quis autem velit in abſentia Codicillari,* faciat per epiſtolam.

3 Et in hac quidem ſpecie vltimæ voluntatis, quemadmodum, & in codicillis,quinque teſtes requiruntur, notatur in *d.l.& epiſt.C.de fideicommiſſis, & iiſdem teſtib. debet eſſe ſubſcripta,alioquin nullius eſt momenti,gl.in lib.1.in verſic.litteras, Cod.de codicillis,& latius, vt per Mantic.de coniect.libr.primo,tit.11.& per Riccar. ad Rubric.de teſtamentis,num.100 & 101.*

4 Hoc præmiſſo. Videndum modo an verba enunciatiuè prolata diſponant in epiſtola?

5 Et rem paucis perſtringendo. Concluſio ſit affirmatiua. Si enim codicilli, & epiſtola ſunt vnum, & idem, nec niſi ſolo nomine differunt, ergo quemadmodum huiuſmodi verba in ipſis prolata diſponunt, ſic etiam prolata in epiſtola debent diſpoſitionem inducere.

6 Exemplum autem de hoc mea ſententia poteſt eſſe, cum ego , verbi gratia, coram quinque teſtibus ſcribo Sempronio,& ita dico. Annuncio tibi,quod habebis poſt mortem meam vſumfructum fundi Semproniani ipſum enim tibi legaui.

7 Clarius autem exemplum deſumitur communiter per *Doct.ex leg.Miles ad ſororem,ff.de legat.2.*

Quo vero ad epiſtolæ genus, quod ad diſpoſitionem inter viuos refertur, dubitari pariter contingit, an verba enunciatiua in ipſa epiſtola prolata fidemfaciant,ac pro-
8 bent, *Bald.in l.1.num.3.C.de contrahend.* & committenda ſtipulatione, huic quidem difficultati ſatisfaciendo conſiderat duos caſus.

Primus eſt,quando fit enunciatio ſuper eo, quod partes facere potuiſſent, & tunc ipſamet epiſtola inducit obligationem,& eam inductam probat, *text.eſt in leg.Titius,la 2.ff.de conſtituta pecunia.*

Secundus eſt,quando non poteſt confici, quod enunciatur, per epiſtolam inter contrahentes, & tunc non inducit obligationem,ſed eam inductam probat, *l.fin.§.fin.ff.depoſit.*

9 Hos eoſdem caſus ante ipſum conſiderauit *Bar.in l.non epiſtolis,C.de probationibus,eius verba talia ſunt.*

Si vero epiſtola continet verba enunciatiua , tunc ſi quidem fit enunciatio ſuper eo , quod partes facere potuiſſent,inducit probationem,vt *l.1.C.de committenda,& contrahenda ſtipulatione.*

Si vero ſuper eo,quod partes inducere non potuiſſent, vt paternitatem, tunc dicta epiſtola nihil prodeſt, adminiculatur tamen aliqualit. Hactenus Bart. quem præciſè ſequutus eſt *Ang.in d.l.non epiſtolis. His adde Ruin.conſil. ſuo 185.nu.7.vol.1.& eruditiß. Trentac inq.variar.reſolut. lib.1.tit.de verbor.ſignif.reſolutio 2.num.81.*

10 Obſeruandum tamen volo vltra ſupradicta, quod regulariter ipſamet epiſtola contra ſcribentem fidem facit, & ſi ea verba enunciatiua inſerta ſint. Sic præciſè teſtatus eſt *Paul.I.C.in leg.Publia, §.Titius,ff.eod.ſequitur poſt alios Maſcardus de probationib.concl.ſua 627.numer.17.& Cl.Menoch.de Arbitrar.lib.2.Centur.1.caſu 94.numer.10. addo Adr. Cilman.rerum iudicatarum camera Imperialis, lib.1.deciſ.26.num.84.& eſt veriſſima concluſio.*

11 Contrariæ tamen ſententiæ adhæſiſſe viſus eſt *D.Marcabr.ab Anguil.conſil.ſuo 29.num.9.vol.1.*

Mouetur per textum, in l.epiſtola in prin.ff.de pactis, vbi talis proponitur facti ſpecies. Titius inſtituit me ſolū hæredem,ego autem credens te cohæredem meum, miſi epiſtolam tibi hoc modo,ego talis Pamphylus Puta,tibi Mæuio cohæredi meo perennem præcor felicitatē:Quæritur modo, an propter hoc ſic cohæres meus, & reſpondit Vulpian.quod non: Ecce ergo,quod verba enunciatiua in epiſtola prolata minime probant contra ſcribentē ſi enim probarent,Mæuius proculdubio,ad quem epiſtola illa exarata fuit vtique efficeretur cohæres. ergo.

12 Hac tamen Marcabruni viri alioqui eruditiſſimi opinione minime reluctante,à ſuperiori vti communiter recepta,minimè recedendum dijudico.Nec officit *tex.in d. l.epiſtola*,multipliciter enim reſpondetur,& Primò,quod
13 per errorem ibi epiſtola illa exarata fuit, & ſic per errorem ille vocatus fuit cohæres, error autem facti nemini nocet,*l.error,& l.regula,ff.de iuris, & fact.ignor.* Veritas enim erroribus geſtorum minimè vitiatur,vt *l.illicitas,§.veritas,ff.de off.præſid.*

14 Præterea non potuit ſcribens illum,cui ſcripſit, cohæredem ſuum facere,niſi conſenſu, ſi tamen conſenſu facere potuiſſet: Hunc autem errantis nulla voluntas, nullus conſenſus eſt,*l.cum teſtamentum,C.de iure,& fact.ignor.& leg.2.de iudic.*Sic in puncto,quod epiſtola illa per errorē fuerit exarata,docuit *Odoffred.in d.l.epiſtola,* vbi quoque quadruplicem rationem deducit, cur contra ſcribentem ex dictis verbis enunciatiuis erroneè prolatis,non inducatur probatio;vide per eum. *Oddofred.ſequi viſus eſt Alberic. ibidem.*

15 Adde tu idem quoque iuris fore, etſi ſcribens ipſe,illum, cui ſcripſit,pro cohærede ſuo habuerit conſulto:nec ſanè mirum,epiſtola enim, nō facit aliquem cohæredem, ſed diſpoſitio vltimæ voluntatis: Sic præciſè *gl.in d.l.Epiſtola,in verbo.* Nullam ſequuti ſunt *Oddofred.Bald.Alber. ac alij ibid.*

16 Secundo principaliter reſpondeo, & dico, quod licet epiſtola illa,qua Mæuius coheres nuncupatus fuit, non plenè probet contra ſcribentem, quod ille ſit cohæres, præſumptionem tamen contra ipſum inducit; quod ille ſit talis donec per eumdemmet ſcribentem probetur cōtrarium. Sic eleganter tradit in cęteros. *Ang.in d.l.epiſtola,*vbi ſubdit hoc fuiſſe inuentum *Iacobi Butrigar. licet in meo C.Butrig.* nullum verbum reperiam. Conferunt hic, quæ ſcripſimus *in tr.noſtro de ſcript. priuata lib.3.quæſt..... num....*vbi docuimus, quod licet per epiſtolam conſanguinitas,ac neceſſitudo minimè probentur,inducitur tamen per ipſam quædam pręſumptio conſanguinitatis ad fauorem nominati,quæ transfert onus probandi aſſerentem contrarium.

Hoc idem de filiatione,fraternitate, & ſororitate concluſimus infra hoc eod.*lib.q.32.& 33.*ibi late deducta hic pro repetitis habeantur.

17 Aliter tertio loco reſpondit Imol.in dict.leg. ex hac ſcriptura ferè in fin.commenti, ff.de donat.inquit enim ideò ibi epiſtolam contra ſcribentem minimè probare, quia non continebat enunciationem diſpoſitionum per partes, ſed diſpoſitionum per tertium.

18 Rema-

18 Remanet ergo ex ſupradictis firmum illud axioma, Verba enunciatiua in epiſtola prolata contra ſcribentem fidem facere, id quod etiam ſequuti ſumus *in d.trac.noſtro de ſcript.priuata lib.3.tit.de epiſtola in genere, num.83.*

19 Amplia hoc procedere, licet ipſamet epiſtola careat die, ac conſule, neque an mittente ipſo ſubſcripta, vel ſigillata fuerit, ad *l.cum tabernam, §. idem quæſiit, & ibi DD. da pagin. Sic præciſè poſt alios D.Maſcar.d.concl.627.num.* 18.*cum ſeq.* vbi latè, & hæc ſatis latius vide de materia penes *Vitalem de Camban. in ſuo tract.de clauſul. in verſic. enunciatiua verba prolata in epiſtolis, per Schrad.in l.admonendi, num.270.cum ſeq.ff.de iureiur. & nouiſſime per Trentacinq.variar.reſol.lib.1.tit.de verbor.ſignific.reſolutione 2. num.81. Tangit etiam C.Pariſ.in d.l.ex hac ſcriptura, n.53.* Eos omnes conſulas. Adeundus quoque *Do.Conſtantius Rogerius, in d.l.ex hac, n.69.cum ſeq. vbi latiſſimè.*

## An per verba enunciatiua Donatio cauſa mortis inducatur.

### QVÆSTIO XXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio cauſa mortis verbis enunciatiuis inducitur.*
2 *Perpenditur tex.in l.ex hac ſcriptura de Donationibus.*
3 *Donatio cauſa mortis aſſimilatur legato.*
4 *Legatum inducitur per verba enunciatiua.*
5 *Verba enunciatiua prolata ab eo, qui in extremis laborat diſponunt.*
6 *Quæ fiunt à conſtituto in mortis articulo creduntur fieri animo deliberato.*
7 *Donatio cauſa mortis vt plurimum ab illo ſolet fieri, qui eſt conſtitutus in artic.mortis.*
8 *Probatur, & num.9.& 10.*

1 OCcurrit quarto loco dubitari, an, per verba enunciatiua prolata donatio cauſa mortis inducatur, & valeat. Et vt paucis rem complectar, ſentio pro affirmatiua. De hoc autem priori loco eſt *textum ad litteram, in lege ex hac ſcriptura, de donationibus*, vbi ſic legitur.

2 Ex hac ſcriptura ſciant hæredes mei me veſtem meam vniuerſam, vt res cæteras quaſcumq; in diem mortis meę mecum habui, illi & illi libertis mei donaſſe: dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere, & *gl.ibi in d.verb.* pertinere ſubijcit poſtea hæc verba. Nam per talem ſcripturam videtur donare cauſa mortis.

3 Secundo loco moueor tali ratione: Donatio cauſa mortis in omnibus, & per omnia aſſimilatur legato, *l.illud generaliter, ff.de mortis cauſa donat.* & diſpoſitum in legato cenſentur quoque diſpoſitum in ipſa donatione cauſa mortis, text.ad literam, *in l.vlt.C.eod.de mortis cauſa donationibus, & §.1.inſtit.eod.*

4 At legatum inducitur per verba mere enunciatiua, *l.ſi donatio, C.de donat.* & inferius dicetur ergo idem, & de donatione cauſa mortis concludendum eſt.

5 Tertiò ſic arguitur. Verba enunciatiua prolata ab eo, qui in extremis laborat, abſque dubio diſpoſitionem inducunt. Sic poſt *Albenſ.conſil.ſuo 223.concludit Polyd.Ripa de actis in mort. art.c.82.num.9.*

6 Motus ea ratione, quod quæ fiunt à cõſtituto in mortis art. creduntur fieri animo deliberato.

7 Sed donatio cauſa mortis, vt plurimum fieri ſolet ab ipſo, qui eſt in artic.mortus conſtitutus.

8 Aliquando enim quis imminente periculo commotus ita donat, vt ſtatim fiat accipientis, ſed ſi mors non ſequatur reſtituatur.

9 Aliquando quis periculo mortis commotus nõ ſic dat, vt fiat ſtatim accipientis, ſed tunc demum, cum mors fuerit inſecuta teſte *Iuliano in leg.Iulian. ff.eod. de mort.cauſ. donat.*

10 Et in ſumma iſta donatio in tempus mortis. ſemper confertur, *Clar.poſt alios in §.donatio cauſa mortis, qu.10. num.1.& 2.* ergo, &c. Satis.

## An verba enunciatiua ſimpliciter prolata fideicommiſſum inducant.

### QVAESTIO XXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua fideicommiſſum inducunt.*
2 *Quidquid dixerint Antonius Faber, & Polydorus Ripa.*
3 *Fundamenta, & num.4.5.6.7.8.& 14.*
9 *Expenditur text. in l.Titio teſtamento, §.Titio cum nuberet de leg.2.*
10 *Verbum ſum es, eſt, eſt mere diſpoſitiuum.*
11 *Fallit, quando eſt futuri temporis ex Bal.Clar.Peregrin.improbatur ibidem.*
12 *Alciat.diſput.19.lib.4. affertur.*
13 *Reſoluitur.*
15 *In fideicommiſſis potius inſpicitur voluntas teſtatoris, quàm vera.*
16 *Amplia etiamſi voluntas ex coniecturis colligatur.*
17 *Verba enunciatiua fideicommiſſum inducunt, maximè quãdo agitur de conſeruanda agnatione.*
18 *Amplia duobus alijs modis, de quibus, & num.19.*
20 *Verba enunciatiua non inducunt fideicommiſſum, quando futurum euentum reſpiciunt ex communi.*
21 *Ratio.*
22 *Author contra.*
23 *Communis retinetur.*
24 *Verba enunciatiua futuri euentus bene inducunt fideicommiſſum, quando ſunt directa ad filios, vel ad nepotes, quidquid dixerit Cl.Peregr.*
25 *Enunciatiua verba minime fideicommiſſum inducunt, quãdo ſunt ad honoratum.*
26 *Author contra.*
27 *Fideicommiſſum an inducatur ex verbis diſpoſitiuis, vel enunciatiuis, nil refert.*
28 *Diſpoſitiua verba fideicommiſſum inducunt, ſiue teſtator cum grauato loquatur, ſiue cum honorato.*
29 *Verba enunciatiua in ratione prohibitionis, non inducunt abſolutum fideicommiſſum ex Burſato.*
30 *Fideicommiſſum, an ex his verbis. Rogo vt velis reſtituere, an inducantur vide Riminal.iun.*
31 *Fideicommiſſum an ex verbis commendatitijs inducatur. vide D.Menoch.*

HActenus de proprijs vltimarum voluntatum ſpeciebus, an videlicet verba enunciatiua in ipſis prolata diſponant, ac probent, diſſeruimus: nunc de improprijs videlicet de fideicommiſſo, ac legaro ſermo ſubijciendus eſt.

Dubitatur igitur, An per verba enunciatiua ſimpliciter prolata fideicommiſſum inducatur.

1 Et induci reſpondit *Crot.in ſuo conſil.13.num.15.vol.1. & in 279.num.2.in 3.Dec.conſil.23.num.3.38.num.2.in 1. 584.num.9.& in 637.num.9.in 2. Curt.ſen.conſil.40.num.* 19.*Pro-*

*19.Proſper Paſeth.conſil.ſuo 92.num.14. in 1.Rubeus conſ. 120.num.1. Aldobrand.conſil.31.num.11.vol.1. Veg.conſil. 74.num.434.vol.1.& prius ſub nu.380. Purpur.conſil.375. num.11.in 1.Portius Imol.conſil.ſuo 40.nu.25. vol.1.Crau. conſ.645.num.2.in 4.vbi latè. Petra de fideicomm.quæſt.5. num.47 Decian.conſil.ſuo 1.numer.301.in 1.Odd.conſil.65. num.3.Menoch.pulchrè conſil.ſuo 369.num.4.vſque ad 8.in 4.& nouiſſimè Turret.conſil.ſuo 71.num.65.in 1.Addo poſt hæc edita viſum D.Ludouic. de Caſanate conſil. ſuo 15.num. 11.vbi inter alios concordantem adducit Cæphal. conſil.ſuo 134 num.26.idem Caſanate, conſil.ſuo 16.num.20.* vbi plures alios concordantes adducit,*& conſil. ſuo 19.num.fin.* vbi pulchrè,adnectendus etiam *D.Card.Tuſch.concluſ. ſua 249.num.5.in littera F,& Card.Pariſ.conſil.ſuo 88.num.5. p.2.* vbi præcipuè docet hoc procedere, cum conſtat de mente ipſius teſtatoris,& latius,vt per eum. Addas etiam *D.Syluium Sphanocchium,de operis noui nunciatione, lib.9. num.71.*

2 Et hæc eſt veriſſima ſententia, quidquid dixerit *Ant. Faber.lib.14.coniecturarum iur.c.2. & 3. & Polydor.Ripa obſeruatione ſua 72.num.2.*

3 Et pro corroboratione huius opinionis, adducitur priori loco text.in l.vnum ex familia, §.fin.de legat.ſecũdo,vbi quidam maritus poſt inſtitutam vxorem ſuam,ita dixit verbis enunciatiuis. (Non dubito vxor,quin filijs meis, quacumque ad te peruenerunt, reſtituas) dicitur ibi: quod hoc eſt fideicommiſſum, & valet. Ecce ergo, quod verba enunciatiua fideicommiſſum inducunt.

4 Secundo perpendo *textum in leg.fideicommiſſa, §.hæc verba,de leg.3.*vbi verba ſunt adeò clara,vt nil amplius ſic enim ibi legitur.

5 Hæc verba te fili rogo, vt prædia, quæ ad te peruenerunt,pro tua diligentia diligas, & curam eorum habeas, vt poſſint ad filios tuos peruenire, licet non ſatis exprimant fideicommiſſum,ſed magis conſilium,quam neceſſitatem relinquendi, tamen ea prædia in nepotibus poſt mortem patris eorum vim fideicommiſſi videntur continere.

Ad idem tertio loco videtur eſſe textum à nemine perpenſus,in *d.l.fideicom.§.cum eſſet, verſ.fin.* vbi habentur talia verba (ſi quis ita ſcripſerit; ſufficiant tibi vineę, vel fundus,fideicommiſſum eſt,quoniam & fideicommiſſum illud eſſe arbitramur.Contentus eſto illa re.)

6 Suffragatur quarto loco, text.in l.etiam hoc modo,de leg.1.vbi ſic legitur.Etiam hoc modo cupio,vt des,opto, vt credo re daturum, fideicommiſſum eſt.

7 Ad idem eſt text.quinto loco, in l.& eo modo eodem tit.vbi dicitur, (& eo modo relictum, exigo, Deſidero,vt des, fideicommiſſum valet: ſed & ita, volo hæreditatem meam Titij eſſe, ſcio hæreditatem meam reſtituturum te Titio.)

8 Confert ſexto,pulcher *tex.in l.codicillis,§.mater,de leg. 2.*vbi illa verba, habes filios ſororum tuarum, quibus relinquas, fideicommiſſum inducunt.

9 Suffragatur ſeptimo,*l.Titia cum teſtamento:§.Titia cum nuberet,de leg.2.* ſecundum intellectum Cumani, & aliorum, & mea ſententia veriorem,ſub illis verbis: Caium Seium virum meum commendo tibi,ò filia, cui volo dari ad vitam,&c. & poſtea ibi: erunt enim poſt mortem eius tua,& filiorum tuorum, hæc enim vltima verba ſunt enũciatiua futuri euentus, quæ cum ſint relata ad filios bene fideicommiſſum inducunt,vt dicetur inferius.

Et hanc opinionem, quod iſta ſint merè enunciatiua, tenet poſt alios *Paul.de Monte Picho, in d.§.Titium cum nuberet ſub num.*4.quam opinionem ea ratione corroboro; nam videtur, quod iſta emiſſa fuerint potius ad alliciendum filiam ad beneuiuendum cum ipſo marito legatario, ne eum moleſtaret de dote, quam ad diſponẽdum, quod ex verborum ſerie facile conſtare poteſt.

10 Nec officit verbum illud,quod prouenit à verbo ſum, es, eſt,quod eſt mere diſpoſitiuum.

11 Quia Reſpondit ex mirabili doctrina *Bald.in l.verbum volo, ante numerum primum,C.de fideicom.* quod quando verbum iſtud ſum, es,eſt, eſt futuri temporis, prout ibi, tunc non eſt diſpoſitiuum, ſed amittit vires ſuas, & ſit enunciatiuum, quidquid dixerit *Cl.Peregr.art.1.num.52. in fine.*

12 Miſſus officit etiam illud,quod ſcripſit *Alciat.lib.4.diſpunction.c.19.*dum dicit,quod ratio dubitandi in eo tex. non erat,an illa verba: Poſt enim mortem eius &c. eſſent enunciatiua, vel diſpoſitiua, & per conſequens, an fideicommiſſum eſſet præſtandum. Ea enim eſſe diſpoſitiua facile conſtare poteſt,cum Iuris Conſultus ibi abſque dubio præſupponat,fideicommiſſum illud deberi. Sed in eo ſita erat dubitatio,num etiam ea, quæ vltra dotem marito ſuo mulier legauerat,eſſent huic filię reſtituenda,& tãdem fuit concluſum pro affirmatiua; ergo,inquit Alciatus, diſputare,an illa verba ſint enunciatiua,vel diſpoſitiuã,fruſtratorium eſſe videtur.

13 Quoniam de facili poteſt reſponderi, dato enim quod ibi non eſſet ſita dubitatio,prout reuera apparet,non ſequitur ideo minus,quod illa verba ſint diſpoſitiua,ex quo ipſemet I.C. præſupponit abſque dubio fideicommiſſum eſſe præſtãdum,quia etiamſi ſint verba enunciatiua, prout reuera credo, nihilominus fideicommiſſum debetur, cum etiam ipſum per eadem verba inducatur, vt ſupra vidimus. Non ſoluit igitur Alciat.ibi id, de quo in præſenti conuertitur.

14 Adſtipulatur huic ſententiæ poſtremo loco *tex. in leg. Pamphilio,de leg.2.& in l.cum proponebatur eo. quem tex.* omnium elegantiſſimè deducit.*Caſanate d.conſil.16.num. 20.*vide per eum; alia iure deducit quoque *D.Peregr.art. 1.de Fideicommiſs.num.47.*

15 Rationem autem huiuſce concluſionis eam crederem eſſe,quam affert *Cæphal.in præcitato conſil.134.ſub nu.27. in 1.*quia in fideicommiſſis voluntas potius inſpicitur teſtatoris,quam verba *l.cum virum, Co.de fideicommiſſ.& l. 3.§.conditio.de adimend.leg.etiamſi voluntas* iſta ex coniecturis colligatur *l.cum proponebatur, de legat.2.* cum con-
16 cordantibus deductis *per D.Peregr artic.10. addo D.Menoch.conſil.ſuo 1135.num.5.*

17 Ampliatur ſupradicta concluſio, vt præcipuè procedat,quando agitur de conſeruanda agnatione,ita *Decian. poſt alios,conſ.ſuo 41.num.122.vol.1. Card.Mantic.de coniect.lib.3.tit.12.in fine,& alij.*

18 Amplia ſecundo,vt maximè locum habeat, cum agitur de declarando ipſo fideicommiſſo, facilius enim declaratur factum fideicommiſſum,quam de nouo inducatur,*argum.l.patre furioſo,ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.*

19 Si præcisè poſt alios *Ludou.de Caſanate conſil.ſuo 25.nu. 12.& conſil.ſuo 16.num.27.cum ſeqq. ubi elegantiſſimè,& conſil.ſuo 20.num.19.*

20 Limitatur autem primo, quotieſcumque verba iſta importarent quendam futurum euentum, tunc enim fideicommiſſum minimè inducunt. Veluti ſi teſtator in prohibitione alienationis bonorum, quam fecit, vtatur his verbis, (ita enim feci, vt de nomine noſtro bona nunquam exeant.) Sic præcisè poſt *Bart.in l.pater,§ fundum, de leg.3.Anguiſſol.conſil.191.num.4.193.numer.4.& 194. num.8.uol.1.Cæph.conſil.510. num.6.uol.4.* & videtur *eſſe text.in terminis,in l.Iulianus, §.ex his uerbis,de leg.3.*

21 Et ratio quoque poteſt eſſe, quia verba enunciatiua reſpiciunt ſemper tempus pręteritum,vbi inter alios docet *Menoch.conſil.ſuo 772.num.14.uol.8.*

22 Ego autem de hac ſcribentium doctrina, communiter recepta valde dubito, in pluribus enim legibus ex ſupradictis mihi videntur adeſſe verba enunciatiua futuri euẽtus,& nihilominus fideicommiſſum inducitur.

23 Sed tamen ab ipſa non eſt recedendum.

24 Declaratur tamen iſta Limitatio, vt non procedat, quotieſcumque verba iſta enunciatiua futuri euentus directa eſſent ad filios, vel ad nepotes; prout de filijs eſt *text.in dicta lege vnum ex familia, §.final.& in dicta lege Titia cum teſtamento, §.Titia cum nuberet, & de nepotibus, in dicta lege fideicommiſſaria, §. hæc verba de leg.tertia*, Sic præciſè docet *Roman. ſingulari ſuo 154. numero ſecundo, Alexander Raudenſ. conſilio ſuo vigeſimoquarto numero 12. in ſecundo ſequitur Maſcardus poſt alios de probationibus concluſion.775.numer.fin.volum. primo*. Sic quoque terminauit *Rota Romana in nouiſſimis deciſ.640. numer.16. vol. primo.* Et hæc opinio eſt tenenda, quicquid dixerit *Excell.Peregrinus, artic.primo numer. 47. in fine.*

25 Limitatur ſecundo principaliter regula ſupra dicta, quotieſcumque iſta verba directa ſunt ad honoratum, ſic præcipuè *Caſtrenſ. in l.primo num. 13. de leg.2. Clarus poſt alios in §.Fideicommiſſum, quæſtione quarta,numer.12. Alciat.conſilio 31. numero.21. libr. 9. Pancirol. conſilio ſuo 193.numer.ſexto latè Mantica libr.3. tit.12.num.ſecundo & nouiſſimè Clariſ.Peregr.artic.primo numer.48. artic. 14.numer.23.& in ſuo conſil.69. num.18.in 3. addo eruditiſs. Do. Ludouic. de Caſanate poſt hæc edita viſum conſilio ſuo 16. numero 23.*

26 Mihi tamen nunquam placuit iſta Doct.diſtinctio cómuniter recepta, vt ſcilicet, quando hæc verba directa ſunt ad onoratum diſponant, ſecus autem ſi ad honoratum, nam imo inuenio, quod etiam quando relata ſunt honoratum diſponunt, & fideicommiſſum inducunt, *text.eſt in dict.§. Titia cum nuberet, in leg. fideicommiſſ.§. cum eſſet,verſ.fin.de leg.3. & per nos latius dicetur in lib.3. q.1.nu.9. cum ſeq.*

27 Vlterius conſidero, quod an fideicommiſſum ex verbis diſpoſitiuis, ſiue enunciatiuis inducatur, nil refert, dummodo tamen teſtatoris voluntas deſeruiat, vt alias latè diximus, & concludit *Peregr. artic. primo num. 51. in fine.*

28 Sed diſpoſitiua verba abſque dubio fideicommiſſum inducunt, ſiue teſtator cum grauato loquatur, ſiue cum honorato, *l.miles ad ſororem, in prin.& l.cum.pater,.§.donationis de leg.2.Pariſ.in d.l.ex hac ſcriptura, de donationibus, n.30.& prius ſub nu.2. Mantica lib.3.tit.12. n.1. idem lib.8.tit.1.num.14.& D.Pereg.cit.num.51.* ergo idem debent operari enunciatiua.

De huiuſcemodi limitationis veritate omnium latiſſimè,ac elegantiſſimè diſcurrit *Cald.de iure emph.libr.2. q. 1.n.49.cum plurib.ſeqq.* omnino lector conſulat.Sat mihi locum inducaſſe.

29 Limitatio principaliter, vt per *Burſ.conſ.ſuo 337.num. 63. vol.3.* videlicet vt iſta verba in ratione prohibitionis non inducant abſolutum fideicommiſſum.

30 Sed pro coronide,an ex his verbis(Rogo,vt velis reſtituere)fideicommiſſum inducatur,latè *Hipp.Rimin.conſilio ſuo 700.,in 6.*

31 Videndus quoq;Cl. D. Men.conſ. ſuo 1135. an fideicommiſſum ex verbis commendatitijs induci poſſit omnium elegantiſſimè diſceptatur.

## An verba enunciatiua in legatis diſponant, ac probent.

## QVÆSTIO XXVIII.

1 CONclude, quod ſic: *tex.eſt,in d.l.1.§.quis vxor de dot. præleg.* vbi ſic legitur. Si quis vxori fūdū Titianū legauerit, ſub his verbis,is enim fundus propter illam ad me peruenit, omnino fundus debetur, concordat *tex.in l.ſi donatio, Cod.de donat. ſequitur hoc idem Ludou. de Caſanate poſt hæc edita viſus, conſilio ſuo 16 num. 22.* vbi plures concordantes deducit.

2 Nec mirum, in legatis enim ſufficit quæque voluntas, etiam coniecturata, nedum ex ſcripto, & expreſsè, ſed etiam enim ex ſignis, aut nutu demonſtrata: ad *tex.in l.nutu, cum ibi not.de leg.3. & l.in epiſtola, Cod. de fideicommiſs.*

3 Quinimò omne verbum ſignificans legitimum teſtoris ſenſum legare, aut fideicommittere volentis ſufficit ad inducendam ipſum legatum. Sic *tex.elegans,in leg.omne verbum, Cod.communia. de legat.& in l.in legatis, Cod. de leg.*

4 Fallit autem ſupradicta regula in verbis enunciatiuis prolatis de preterito,& cauſa ſeu per modum demonſtrationis, nam tunc per dicta verba non inducitur legatum. Sic eleganter.*Nat.in l.ex hac conſultiſſima,§.ex imperfecto num.205. C. le teſtam.*

5 Quid iuris autem ſit,ſi teſtator dicat Puto à me debere centum Titio,ſiue plus, ſiue minus prout ipſe declarabit, An Titius illa centum ab hæredibus tanquam legatum, petere poſſit? pro reſolutione videndus *Dominus Iulius Cæſar Ruginell.poſt hæc edita viſus.pract.quæſtionum,capit. ſuo 21.*vbi pulchrè.

---

## Aditio, vel repudiatio hæreditatis, an ex verbis enunciatiuis inducatur.

## QVÆSTIO XXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Aditio hæreditatis,vel etiam repudiatio an ex verbis enunciatiuis inducatur.*
2 *Vide remiſſiuè, & n.3. & 8.*
4 *Si quis dixerit, Credo hæreditatem eſſe reſpuendam, & mihi non expedire, an ex his verbis videatur repudiata hæreditas.*
5 *Author cum D.Fachineo concludit pro negatiua.*
6 *Si quis dixerit. Ego Titius hæres Sempronij precor Caio ſalutem, an pariter ex his verbis cenſeatur adita hæreditas.*
7 *Craſſus latè:*

1 DVbitatur,an ex verbis enunciatiuis aditio hæreditatis,vel ēt repudiatio inducatur,videlicet,cū quis dixerit ſe nolle hæreditatē adire,vtrum ex his verb.repudiata cēſeatur,cum.vero quis dixerit ſe velle adire,an cenſeatur adita.

2 Vtrumq;articulum poſt *Doct.omnes, in l. Qui ſe patris, C.vnde liberi.*latè diſcutit ex recentiorib.*Fachineus,libr.6. ſuar.iur.controuerſ.c.49.& 50.* & in primo caſu concludit repudiatam eſſe hæreditatem, quemadmodum facit etiā *Hieronym. de Ceual.in ſuo ſpec. Communium opinionum opinion.628.*& in ſecundo aditam.

3 Et de hoc mea ſententia nulla eſt difficultas, cum potius verba diſpoſitiua iſta cenſeantur eſſe,licet *Mant.Menoch.& alijs diſſenſerint,quam enunciatiua.*

4 Solum in hoc videtur, eſſe aliqua difficultas, vtrum videarur hereditas repudiata ex his verbis,Credo hæreditatem eſſe reſpuendam,& mihi non expedire.

5 In quia difficultate mihi ſummopere placet opinio

*D.Fachinei, libr.6.contr.cap.60.* exiſtimantis repudiatam non cenſeri etiam lapſo ſpatio trium menſium, ad ipſum lectorem remitto.

6 Alia conſurgit dubitatio, an ſcilicet, e contra cenſeatur adita ipſa hæreditas, ſi dicatur. Ego Titius heres Sempronij præcor Caio Salutem.

7 Vide *Craſſum diſtinguentem lib.2. ſentent.iur. in art.acquiſitio hæreditat.q.7.n.13.14. & 15.*

8 De hac materia vide DD. omnes *in d. l. Qui ſe patris, C. vnde liberi, Menoch.lib.quarto præſumpt.102. Manticam de coniect.lib.12.tit.14 Maſcard.de probationibus concluſ. 41.cum ſequent. & 853.in primo Craſſum dict.leg.2. ſententiarum in §.omiſſio hæreditatis, q.7. & in §. acquiſitio hæreditatis, quæſtione pariter ſeptimo Fachineum libr. ſexto in præcit.capitib. & in cap.61. Bald.conſil.263.numer.1. & ibi Roueſcal.part.1. Corneum conſ.254.in 4. & DD. omnes in l. ſi quis mihi bona §.parer, de acquirend.hæred.adeundus quoque D.Marcabrun.ab Anguil.conſilio ſuo 29.num.64. cum. ſeqq. & D.Siluius Spanochius, de Noui operis nunciation. libr.9.num.69.*

---

## An verba enunciatiua generaliter ſumpta fauore libertatis diſponant.

## QVÆSTIO XXX.

### SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua diſpoſitionem inducant fauore libertatis.*
2 *Probatur hæc enunciatio, & nu.3. & 4.*
5 *Opponitur lex Iulianus, §. ex his verbis, deleg.3.*
6 *Soluitur.*
7 *Verba enunciatiua minimè diſpoſitionem inducunt fauore libertatis, qnando ſunt per errorem emiſſa, & nu.23.*
8 *Contra de tex.in l. Paulus Reſpondit in 1. verſ.de fideicommiſſariis libertatibus.*
9 *Sol, & num.13. & 16.*
10 *Voluntas imperfecta: non eſt voluntas.*
11 *Ex teſtamento imperfecto nil debetur.*
12 *Fallit, quando in ipſo teſtamenta adeſſet clauſula codicillaris.*
14 *Teſtamentum imperfectum probat defuncti voluntatem.*
*Intellige prout num. 17.*
15 *Expenditur tex.in l.in teſtam.de fideicommiſſar.libertatib. & optimè enucleatur nu.19. 20. 21. & 22.*
18 *Lex final.ff.de reb.eorum, declaratur.*
24 *Verba adulatoria probant, ſi fauore libertatis proferantur.*

1 QVæritur, an hæc verba diſpoſitionem inducant fauore libertatis Et inducere communis eſt Doctor. ſententia. Sic poſt alios *Maſc. concluſione 622.numero 47. quicquid ſcripſerit Gregor. de Cabedo poſt hæc edita viſus deciſ.ſua Luſitan.186. parte 1.*

2 Probatur hæc opinio, & primo per *textum in lege Paul.reſpondit, §. Paulus.* ibi. (Crede mi Zoile gratiam tibi refert filius meus Martialis, &c.) *ff.de fideicomm.libertatib.* ex his enim verbis debetur libertas illi ſeruo Zoilo.

3 Secundo ſuffragatur *text.in l.vnica, §.ſimiliq.modo il 2. C.de lat.liber. tollen.* vbi ſi aliquis vocet in actis notarij aliquem ſeruum ſuum tanquam filium proprium, abſque dubio facit eum liberum, ergo, &c.

Ad idem eſt *tex.in §. fin. Inſtitut. de adoptionibus.*

4 Accedit tertio loco huiuſmodi ratio. Valet argumentum de libertate ad piam cauſam; Euerhar hoc in loco, ſed an pias cauſas hæc verba diſponunt, vt dictum fuit ergo idem in libertate.

5 Pro contraria autem ſententia videtur eſſe *text. in terminis, in leg. Iulianus, §. ex his verbis, de leg. tertio.* vbi ſic legitur, (ex his verbis curate agros accedere, & fiet ita, vt filius meus, filios veſtros vobis condonet, ideſt, liberos reddat, fideicommiſſum peti non poſſe,) ergo, &c.

6 Sed facile poteſt reſponderi, ideo enim ibi non inducitur diſpoſitio, quia ſunt verba futuri euentus, quæ regulariter nil ponunt in eſſe, & verba enunciatiua ſemper dicuntur illa, quæ ſunt de præſenti, vel de præterito.

7 Limitatur autem Regula ſupradicta, videlicet quod verba enunciatiua diſponant fauore libertatis, quando eſſent per errorem emiſſa licet enim prolata eſſent propter ſe, adhuc nihilominus fauore ipſius libertatis minimè diſponerent: *text.eſt ad litteram, in leg.cum teſtamento, Codic, de iur. & fact. ignor.* vbi quidam condidit teſtamentum minus ſolene, in quo libertatem ſeruis ſuis reliquit, & quandam mulierem, quæ poterat ſibi ab inteſtato ſuccedere, hæredem vniuerſalem inſtituit, iſta mulier omiſsa via teſtamenti, ſucceſſit tanquam ab inteſtato, & forte fortuna vocauit illos ſeruos, quibus libertas relicta erat in illo teſtamento minus ſolemni, ſuos libertos, cum re vera non eſsent. Dubitatum fuit ibi, an ipſis ſeruis prodeſset hæc confeſſio quoad conſequendam libertatem? Reſponſum fuit negatiuè reditur ibi ratio, quia errantis voluntas nulla eſt, ergo, &c. Et ita in ſummarium redigit textum illum Caſtrenſis.

8 Sed contra iſtam limitatione oppono de lex.a nemine quem viderim, perpenſo *in l. Paulus reſpondit, in primo verſ. de fideicommiſſar. libertatibus* vbi ego inſtituo Caio hærede meo, eum rogaui. vt Stichum, quem ſeruum meũ credebam eſſe, a ſeruitutis vinculis vendicaret, Stichus ille apparuit ſeruus alienus. Dubitatur ibi, an ſubſiſtat hæc datio libertatis? & dicitur, quod ſic Hæres enim meus tenetur redimere illum ſeruum, & poſtea ipſum manumittere. Ecce errabam in facto: ſi enim ſciuiſſem ſeruum illum eſse alienum, vtique libertatem ei non reliquiſsem, nihilominus debetur libertas, ergo falſa limitatio.

9 Pro conciliatione horum iurium, Cogitam ſi dici poſſet, quod ideo in dict. leg. cum teſtam. libertas illis ſeruis non debetur, quia teſtamentum non erat ſolemne, & perfectum, & tunc duplici de cauſa. Altera eſt, quia non conſtabat de voluntate teſtantis, quod voluerit ſeruos illos manumittere; voluntas enim imperfecta non eſt voluntas.

10 Et minus conſtabat de voluntate ipſius mulieris, quæ per errorem illos ſeruos liberos vocauit, & ideo inquit tex.(Si non iſtius acceſſit iudicium.)

11 Altera eſt quia ex teſtamento imperfecto nil debetur, ad not.*in l.ex imperfecto, Cod.de teſtam.*& præcipuè in hac materia libertatis, prout ſunt *text.Cl.in l.ex teſtam. & in l. ſi non iure, C.de teſtam.manumiſ.*

12 Quod fallit, quando in teſtamento adeſset clauſula Codicillaris.

13 Sed in caſu l.Paulus teſtamentum erat de iure validum, quo caſu poteſt conſtare de teſtantis voluntate, ergo nõ mirum, ſi libertas debetur.

Sed hanc conciliationem multa infringere videntur.

14 Et primo nam habemus in iure regulam vulgatiſſimã, quod teſtamentum imperfectum probat defuncti voluntatem *not.in leg.final.ff.de reb.eorum, qui ſub tut. &c.*

Bart.

*Bart.in l.in teſt.eod.tit.de fideicommiſſarijs libertat. Dec.cõſil.159.numer.3.Peregr.poſt alios de fideicommiſſ.artic.11. num. 96.*

Sic ergo conſtabat ibi de voluntate teſtantis, licet teſtamentum eſſet imperfectum, nihilominus libertas præſtanda erat.

15 Secundo loco videtur aduerſarij text. in leg. in teſt. eod. tit. de fideicomm. libert. vbi quidam in teſtamento non perfecto alumnæ ſuę libertatem, & fideicommiſsum dedit, cum fiij veluti ab inteſtato omnia geſſiſsent, & filiam iſtam manumiſſiſsent, dubitatum, fuit, an rectè fecerint: Et reſpondit I. C. quod ſic. Et ſi non feciſſent, eos tamen vti pios id facere debuiſse, & vlterius iubet fideicommiſsa quoque iſti filiæ, quam pater tanto opere dilexit eſse præſtanda, ego, &c.

16 His tamen non obſtantibus arbitror conciliationem illam rectè procedere poſse, quod ſcilicet, ideo *in d.l.Paulus*, libertas debeatur, quia teſtamentum erat validum, in d.aut l.cum teſtamentum, ideò non ſit præſtanda, quia teſtamentum erat imperfectum.

17 Non officiunt contraria. Ad primum enim facile reſpondetur, & fateor, quod teſtamentum imperfectum oſtendit teſtantis voluntatem, ſed imperfectam, & inualidam; Vnde ſuccedit regula illa, quod paria ſunt non adeſſe voluntatem, & eſse, ſed imperfectè.

18 Nec officit *text.in d.l.final.de reb.eorum*, vbi teſtamentum eſt nullum, & nihilominus ſeruari debet voluntas ipſius diſponentis, quia reſpondetur nos eſse in diuerſis caſibus; in d. enim leg. fin. teſtamentum eſt à principio validum, & tenet, ſed poſtea fit irritum per capitis diminutionem, id quod minimè obeſt, quin diſpoſitæ in teſtato ſeruentur, ſed in caſu *dict.leg.cum teſtamentum*, teſtamentum erat ab initio nullum, ex inualidum, quia deficiebant ſolemnitates à I. C. requiſitæ, vnde mirum non eſt, ſi in caſu illius legis voluntas teſtantis non obſeruatur.

19 Ad ſecundum reſpondent communiter Doct. quod in caſu illius legis ſubintelligitur clauſula Codicillaris, & ideò mirum non eſt, ſi libertas præſtari debet, vt dicit *tex.in d.l.ſi iure, C.de teſtam.manumiſs.*

20 Coniectura autem, quod adſit ibi illa clauſula, colligitur ex nimia affectione, qua teſtator illam ſuam alumnam proſequebatur, quæ coniectura dilectionis eſt optima ad hanc clauſulam inducendam, idcirco inquit textus ibi, Pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quam pater dilexiſſet: vnde *text.ille eſt extra terminos cõcluſionis noſtrę ſic gloſ.d.l.in teſtam. interpretata eſt dictum textum*, quam interpretationem communiter ſequuti ſunt Doct. *Bald.Tiraq.Ripa, Matthesilan*, & alij, quos refert, & ſequitur *Pady. in dicta lege cum teſtamentum numer. ſecundo, ferè in fine, ſic etiam Ioannes Anibal. in repetitione, leg.nemo poteſt, numero 476. & 477. de lege prima, Sic Grammat. Cæphal. Mantica, Vaudus*, & alij multi, quos refert *Turret. de effectibus, & defect. clauſul. Codicill. quæſtione 149. defect. 62. numero primo*, Quidquid ipſe dicat *ſub numero quarto*, Addo nouiſſimè *Equitem Peregr. articul. ſecundo, de fideicommiſſ. numero trigeſimo-ſecundo.*

21 Secundo poſsum reſpond. quod ideo debet ibi præſtari libertas, & illud legatum, quia ille; qui ſucceſsit ab inteſtato, iam ignouerat voluntatem teſtatoris exequendo omnia ea, quæ in illo teſtamento erant diſpoſita, & iduo ibi I. C. imponit neſcio quid neceſsitatis illi, qui ſucceſsit, quo ad præſtationem libertatis, & legati, cum omnia alia à teſtatore diſpoſita executioni mandaſset, & illud dumtaxat faciendum ſupereſset.

22 Tertio loco poſsum Reſpond. vt per *Anibal. in citata lege nemo, numero 477. cum duobus ſequentibus.*

23 Ex his ergo remanet clariſſima prædicta limitatio; videlicet, quod verba enunciatia non diſponant fauore libertatis, quando ſunt per errorem emiſſa, id quod etiam probatur *in leg.non idcirco.eod.tit. Cod.de iur.& fact. ignor.*

24 Adde pro coronide, quod verba etiam adulatoria probant, ſi fauore libertatis proferantnr, ſic per alios *Maſcard.concluſione ſua 56. num.5.*

---

# An verba enunciatiua probationem inducant in cauſa Matrimoniali.

## QVÆSTIO XXXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua probant fauore matrimonij.*
2 *Fallit iſta enunciatio, quando principaliter contingeret diſputari de ipſo matrimonio.*
3 *Item contra tertium.*
4 *Item, quanda tractaretur de præiudicio alterius matrimonij.*
5 *Ex hac verborum formula. Non habebo aliam vxorem, quam te, an inducatur matrimonium, vel ſponſalia, quæritur.*
6 *Quod matrimonium quoque cenſeatur contractum tenuerunt multi.*
7 *Fundamenta, & nu.9.10.& 11.*
12 *Contraria opinio verior, & ab Authore amplexa.*
13 *Media, quibus hæc ſententia probatur, & n.14.15.16.cum ſeq.vſq; ad 20.*
20 *Solutiones fundamentorum Contrarię partis, & numer.21. & 22.*
23 *Ex his verbis (Habebo te in vxorem) an matrimonium cẽſeatur contractum, vel ſponſalia.*
24 *Opinio Authoris.*
25 *Dubitatur. Puella Iuueni ſe increpanti reſponderat. Nolo vt me cognoſcas niſi boneſtè, atque ita ſe facturum iuuenis promiſſerat, vituperateq; quæritur an ideo matrimonium contractum cenſeatur cum boneſtè attingi mulier citra matrimonium nequeat?*
26 *Remiſſiuè, vide DD.*
27 *Ex his verbis (queſta è mia mogliera) an cenſeatur contractum matrimonium.*
28 *Authoris opinio.*
29 *Quæritur an ſi aliqua nominetur vxor, vtrum, ex ipſa nominatione præſumitur matrimonium.*
30 *Opinio Authoris.*
31 *Concili Tridentini Decretum.*
32 *Vide remiſſiuè de hac materia Doct.*

1 AN verba enunciatiua probent fauore matrimonij, dubitatur. Et probare concludit poſt multos relatos. *Maſc.d.concl.ſua 622. num.46.in 1. vide Iaſ.in d.l.ex his, C.de teſtam.milit.columna tertia, verſ.11 fallit*, vbi ſubdit hoc præcipuè procedere quo ad ipſoſmet enunciantes.

2 Fallit primo, quando principaliter contingeret diſputari de ipſo matrimon. Sic præcisè *Curt.iun.conſil.95. numer. primo.*

3 Fallit ſecundo contra tertium, contra quem per huiuſmodi, verba matrimonium minimè probatur.

Sic poſt *Soc.& Decium Verral.deciſ ſua 247. numero 4. volum.* 3.

4 Fallit tertio, quando tractaretur de præiudicio alterius matrimonij,eo enim caſu non ſtaretur nec confeſſioni viri,nec mulieris. Sic poſt alios *Ferret.conſ.ſuo 353.numer.11.& 12.in 2.& Mattheſ. Beſignol.inter conſil. Matrimonialia Zillet. conſ. 26. numer. 7. in primo Addo in ſimili D.Alex. Trentacinquium, Variarum, reſolutionum lib. primo reſolutione ſecundo titulo de verborum ſignification. numer.77.*

Sed pulchræ in hac materia à Doctor. excitari ſolent quæſtiones.

5 Ambigitur enim primo, an ex hac verborum formula (Non habebo aliam vxorem,quam te) inducatur matrimonium, vel ſponſalia.

6 Opinionem,quod etiam matrimonium inducatur, tenuit Abbas in capitulo ex parte,numero octauo,diſponſalibus,& ibi *Addentes in litt.G. & H. Alc.conſilio ſuo decimotertio, libr. primo In terminis Iacobus Leoniſſa Patauinus, inter conſil.matrimonialia Zillet. conſilio ſuo 52.volum.primo,& Clariß.Menoch.*poſt plures relatos,*libro tertio, præſumpt.3.numer.*8. qui ſubdit Rotam Romanam, ita tenuiſſe,*vt patet ex deciſ.43.in 1.prima parte in nouiſſimis.ſequuntur communiter Doct. in leg.in actione, Codic.de tranſact.*

7 Fundamentum præcipuum huiuſce opinionis ſtat in illa dictione (Niſi) cuius propria natura eſt, vt poſt poſita negationi affirmet, & affirmationi neget, vt in *auth. Niſi Rogati.C.ad S.C.Trebel.* cum concorbantibus adductis latiſſimè per *Barbatiam conſil.ſuo 6.numer.*10. *colum. ſecunda,vol.*1.

8 Quamobrem dicendo, Non habebo aliam in vxorem, niſi te, vel quam te, parum enim refert,cum illa dictio (quam)ſit eiuſdem ſignificationis,cuius(niſi)vt conſtat ex ſcriptis per *Sanchez, de Matrimon. quæſtione decimanona, numero octauo Perinde eſt*, ac ſi dicatur. Te habebo in vxorem.

9 Sed ex illis verbis te habebo in vxorem, itaq. cenſetur matrimonium contractum, vt voluerunt nonnulli, quos inſequenti cap.recenſebimus, ergo, &c.

10 Accedit,quod matrimonium dicitur res fauorabilis, & quod pro eo debet fieri interpretatio, vt potius ſit contractum, quam aliter capitul. ſi extra de re iudic. & capitul. videtur cum ibi notatis extra qui matrim. cauſ. poſſ.
& licet iſta verba videantur reſpicere tempus futurum,
11 tamen magis illa interpretatio præualere debet, quæ fauet matrimonio, & vt latius probat *Alc. præcitat.ſuo conſil.* 13.

12 Contrariam autem opinionem, videlicet quod nec ſponſalia, nec matrimonium fuerit inductum, tenet inter alios *Alexand.conſil.*152. *numero tertio, & quadrageſimoquinto, in quinto, Alciatus in lege in actione, Cod.de tranſactionibus, numer.* 28. *pulchrè Cæpol. ſuo conſilio primo, numer.*4. *verſic.ſed in hoc ego, teneo, volum.primo Hieron. Alphag.inter conſil.matrimon.Zillet.93. numer.28. & 29. Andræas Facchineus alios referens libr. 3. ſuarum iur. controuerſ.capit.42.Couuarr.de ſponſalib.p.2.cap.4.§.1.numer. 8.Sanchez præcitata diſputatione* 19.*num.quinto, & nouiſſimè Hier. de Caual.in ſuo Speculo communium opinionum contra communes opin.* 130. *numero tertio* vbi de magis communi teſtatur, *Addo Octauian. Vulpel.de præpoſit.* & aduerbiorum ſignificatione in dictione (Niſi) numero quarto, quinto, vbi plures alios concordantes deducit.

13 Et pro hac opinione, quæ mihi magis arridet conſidero, quod talis verborum conceptio, ſeu formula iſta eſt accipienda, vt ſi ille, qui his verbis vſus eſt vxorem ducere voluerit, illam, & non aliam ducere teneatur, quam nominauit, non autem, vt ſe obliget ad illam vxorem ducendam. Quid enim ſi vitam cælibem ducere maluerit.

14 Hinc ſi quis nullam ſe religionem niſi Franciſcanam profeſſurum promittat, nemo affirmabit eum teneri Franciſcanam ingredi. Quid enim ſi ſecularem vitam traducere libuerit; Sed tamen teneri ipſam ingredi, ſuppoſita tamen religionis electione.

15 Sic pariter ſi quis dixerit. Promitto me non alienaturum extra familiam prædium, non idcirco promittere videtur ſe intra familiam alienaturum, ſed ſenſus eſt, vt ſi alienaret voluerit, non extra familiam alienet *text. eſt de hoc pulcherrimus,in leg.ſi ſterilis, §. pen. ff. de action. empt.*

16 Adſtipulatur huic ſententiæ, quod ad contrahendum matrimonium,vel ſponſalia requiritur conſenſus vtriuſq; tam maſculi,quam feminæ, *l.conſenſus,de regul.iur.& leg. hæc ita, de ſponſalibus*, ſed hic non interuenit conſenſus vtriuq;ergo,&c.

17 Additur, nam ex his verbis, vt vnuſquiſque videre poteſt,colligitur dumtaxat quædam ſimplex promiſſio conditionalis.

18 At conditio de ſui natura nil ponit in eſſe, *leg. ſi quis ſub conditione dandorum* 10. *ff. ſi quis omiſſ. caut. teſt, &c.*

19 Poteſt vltimo loco conſiderari *text.in l.Titia, ff.de manum.teſtam. de cuius intellectu latè Bellonus libr.2. ſupputã cap.17. pulchre Forcatul. in ſua Necyomant.iur. dialog.93. numer.3.& 4.Alciat.libro 5.Paradox.cap.4.& in d.conſil. 13.num.16.in 1.Emanuel à Coſta libr.1.ſelect.interpret.cap. 25.Bernardus Vualtherus lib.1.Miſcell.cap.18 Couarr.d.p.2. c.4.§.1.num.9. Doctor.omnes ibi, & in d.l. actione,Codic.de tranſact.*

Et hac opinione retenta non officiunt contraria.

20 Ad primum enim de illa dictione, niſi, reſpondeo & fateor affirmare in caſu noſtro, cum negatiuæ locutioni ſit poſita, ſed hoc non contingit ſimpliciter, & abſolute, ſed conditione, ideſt, quod aliquam ducere in vxorem voluero, illam ducam, quam nominati.

21 Aliter reſpondit *Couarru.Curt.iun.in d.l.in actione, & Sanchez citat.quæſt.19.nu.7.* vide per eos.

22 Ad ſecundum reſpondetur illam regulam procedere quoties verba aliquo pacto poſſent eſſe apta ad ipſum matrimonium inducendum,& quando de vtriuſque contrahentis expreſſa conſtaret voluntate. Neutrum quorum adeſt in caſu noſtro.Sed de hoc ſatis.

23 Alia ſecundo loco ſubingreditur dubitatio: an pariter ex his verbis; Habebo te in vxorem; matrimonium contractum cenſeatur,an vero ſponſalia.

24 In hac difficultate ſentio ſponſalia dumtaxat contracta eſſe. Vide tamen de hoc *Couarr.citato loco numer.quinto. Menoch.d.præſumptio.3.numer.3.Fachineum libr.3.ſuarum controuer.cap.41.& Thomam Sanchez d.diſput.28. nu.*14. 15.16. *cum ſeqq.*

25 Tertio dubitari contingit; pone. Puella iuueni increpanti reſponderat;Nolo,vt me cognoſcas, niſi honeſtè, atque ita ſe facturum iuuenes promiſerat, vituperatq;an ideo matrimonium contractum cenſeatur, cum honeſte attingi mulier citra matrimonium nequeat.

26 Latè Doct.in d.l.in actione,in ſpecie vero Alciat.num. 30.cum ſeqq.

27 Quarta oritur dubitatio,an ex his verbis: *Queſta è mia mogliera*; cenſeatur matrimonium contractum; Et contractum non cenſeri arbitror cum *Pariſio conſ.ſuo* 61. *nu.* 23.*&* 24. *in* 4.

29 Dubitatur quinto,An ſi aliqua nominatur vxor,vtrum ex iſta nominatione præſumatur matrimonium?Concluſione procedendo ſentio vna cum *Gigante ſingul. ſuo* 51.
30 *&* 71.pro negatiua.

Ambigitur

Ambigitur ſexto, an ſi aliquis dixerit alicui mulieri, volo, quod ſis Amaſia mea, matrimonium ex his verbis cenſeatur contractum, & pro negatiua concludit. Sic eleganter poſt alios *Card. Tuſcus, concluſione ſua* 123. *in litt. M.* vbi ſubdit rationem eam eſſe, quia iſta verba potius arguunt concubinatum, quam matrimonium; Amplia, & extende vt per eum.

31 Hęc pauca de hac materia tetigiſſe ſufficiat, Apud nos enim nulla amplius ſolet eſſe dubitatio, cum ex noua lege Sacri Concilij Tridentini non poſſit contrahi matrimonium de præſenti, niſi præſente parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, vt in *capit. primo ſeſſ.* 24. *de reform. matrim.*

32 Vide de materia harum quæſtionum Petrum Nicolaum Mozzium, *in ſuo tract. de contractibus tit. de matoimonio, capit. inſcripto. De ſubſtantialib. formalibus, & eſſentialibus matrimonij, numero* 24. *vſque in finem, pagin. mihi* 184. *vidend. quoque Card. Tuſc. dict. concluſion.* 123. vbi plura alia exempla proponit, & *D. Ioan. Guttierez, Canonicarum quæſtionum, libr. primo cap.* 21. vbi latiſsimè. Sat loca indicaſſe.

---

## An verba enunciatiua fauore dotis probent.

## QVÆSTIO XXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua probant fauore dotis ex communi, & n.* 2. *&* 11.
3 *Fundamentum, & num.* 4. 5. *&* 6.
7 *Contrarium Ang.*
8 *Perpenditur text. in l. ſi non deſignata, C. de falſ. cauſ. adiect. leg.*
9 *Diſtinctio Bald. Nouel.*
10 *Improbatur.*
12 *Verba enunciatiua probant fauore dotis, etiamſi eſſent inter alias perſonas & propter aliud prolata.*
13 *Contrarium.*
14 *Antifactum probatur etiam, per verba enunciatiua.*
15 *Quid ſit Antifactum declaratur ex Paponio.*
16 *Fundamentum, & n.* 17. *&* 18.
19 *Dos non probatur per verba enunciatiua, quando præcipitanter, & ex abrupto fuerunt prolata.*
20 *Intellige, quando agitur de fauore alterius, quam mulieris.*
21 *Similiter quoties contingeret principaliter diſputari de ipſo enunciato.*
22 *Item quoties prolata eſſent ab alio, quam ab eo, qui teneretur ad dotem, vel ab alio, eo tamen abſente.*
23 *Verba enunciatiua probant fauore dotis dumtaxat quo ad dotis promiſſionem, non tamen quo ad ipſis ſolutionem ex communi.*
24 *Fundamentum. & num.* 25. *&* 26.
27 *Contra.*
28 *Opinio Authoris, & num.* 29. *&* 30. *quam tenuit quoque Maſcar.*
31 *An, & quando confeſſio facta à marito dicente, ſe recepiſſe dotem à muliere probet dotem datam, vel non? vide Maſc. remiſſiuè.*

1 AN verba enunciatiua probent fauore dotis quæritur Affirmatiuam opinionem tenuit primus omnium *Bartol. conſ. ſuo* 123. *volum.* 1. *ibi enim Titius*, & Seius deuenerunt ad inſtrumentum diuiſionis certarum rerum cum certis pactis, & inter cæterá, quod dictus Titius habere debeat talem petiam terræ pro reſtitutione dotis Bertæ vxoris ſuæ pro pretio ſexaginta aureorum, item fuit confeſſus d. Titius ſe habuiſſe, & recepiſse à Seio prædicto cẽtum florenos, auri pro reſtitutione, & toto complemento dotis dictæ vxoris ſuæ, de quibus fecit eidem Seio finem, & quietationem per dictum inſtrumentum. Quæritur ibi: an poterit dicta Berta petere, & plenè probare ſe dotem dediſse, poſito quod alias probationes de dote data non habeat? Reſpondit Bart. quod ſic, eum ſequuti ſunt infiniti. *Alexan. conſ.* 190. *numero* 28. *in ſexto, & in terminis conſilio* 99. *in primo dubio, in ſeptimo, Caſtrenſ. præcisè, conſilio* 92. *volum. ſecundo, Iaſ. conſilio vndecimo numero* 9. *in primo Roman. ſingulari ſuo* 549. *Riminal. ſen. conſilio* 599. *numero ſeptimo volum.* 3. *Bapt. de S. Blaſio de priuil. dotal. cent. tertia, priuileg.* 253. *ſub numer.* 53. *Camill. Viſitarinus in repet. leg.* 1. *ff. ſolut. matrimon. numero* 171. pulchrè in terminis *Bar. Paulus Pichus conſilio ſuo ſuo decimoſexto, volum. primo Anguiſſ. conſilio ſuo* 86. *numer.* 16. 119. *numero final. &* 143. *numero nono. Sequitur Ioannes de Amicis, conſilio ſuo* 136. *numer. ſexto, Pancii. conſilio* 131. *numer. quinto, Scotus conſilio tertio, numero* 25. *libro* 1. *tomo* 2. *Rauden. conſilio vigeſimoſecundo, numer.* 38. *in ſecundo. Maſcard. conluſione* 388. *numer. quarto,* 570. *numero primo, &* 1273. *numero decimoſecundo, Card. Tuſchus concluſione ſua* 652. *numer. quarto in littera C. Mantica de Tacit. & ambig. conuention. lib. ſecundo tit.* 7. *numer.* 15. *et nouiſſimè Clar. Peregrin. conſil. ſuo* 100. *numer.* 11. *in* 3.

2 Sic etiam tenuit *Boer. deciſione ſua* 333. *numer. ſeptimo, Affl. in ſua Deciſ.* 83. *num. quinto, et Beninten. in ſua Bononien.* 61. *num.* 6. Sic quoque fuit a Rota Romana in vna Ariminenſi reſolutum teſte *Puteo deciſion.* 419. *vol. primo* vbi tenuit per iſta verba prolata à muliere præſente viro: Ego accepi eum in maritum, & ei dedi omnia, quæ habebam in mundo, recte probari mulierem dediſse ei omnia bona ſua in dotem.

3 Et pro hac opinione, quæ communiter, recipitur, adducitur ab omnibus *text. in l.* 1. *C. de dot. promiſs. & in l.* 2. *C. eo. iuncta gl.*

4 Adducitur ſecundo loco talis, ratio: Dos, & cauſa pia procedunt à pari, dos enim, & ipſa dicitur cauſa pia *leg. cum is, §. ſi in ea opinione, de condict. indeb.* & gaudet omnibus priuileg. piæ cauſæ, ita poſt alios *Clar. D. Marta Neapolit. in leg. primo artic.* 4. *numer.* 21. *ff. ſoluto matrimonio, pag. mihi* 132. *addo Maſcard. concluſion. ſua* 1176. *numero vigeſimoquarto.*

5 Sed verba enunciatiua probant, & diſponunt ad pias cauſas, vt ſuo loco diximus, ergo, &c.

6 Tertio accedit regula illa vulgatiſſima, quod ſemper in dubio pro dote pronunciandum eſt, *l. ſemper in dubijs, de reg.* mirum non eſt, quod verba enunciatiua, quæ de per ſe ſemiplenę probant, fauore dotis pleniſſimam probationem inducant.

Addo, quod fauore dotis probatio, quæ alias non reciperetur, admittitur. *Beninten. deciſ. ſua* 61. *numero ſexto.* Quinimo & præſumptiones ſufficiunt, vt de his omnibus latè, & pulchrè *Maſcard. concluſ.* 566. *per totam.*

7 Contrariam vero ſententiam, videlicet, quod per huiuſmodi verba dos non probetur, tenet *Ang. conſ. ſuo* 181. *A.* fecit teſtamentum, & ſequi videtur etiam *Dec. in leg. ex his, numer.* 13. *C. de teſt. milit.* licet ſubdat ab opinione *Bart. non eſſe recedendum, quam ipſemet ſequitur conſilio ſuo* 35. *num.* 8. 135. *num.* 1. 213. *num.* 9. *& in c.* 1. *numer.* 4. *de fide inſtrum.*

8 Pro hac opinione adducitur *text. in l. ſi non deſignata, C. de falſ. cauſ. adiec. leg.* vbi maritus in teſtamento confitetur habuiſse pro dote vxoris ſuæ centum, quę mandat

ſibi reſtitui, nec aliter appareat de ſolutione dotis factæ viro, niſi ex dicta confeſſione, non poteſt vxor agere vigore dictæ confeſſionis, ſed ſolum vigore legati, ergo per verba enunciatiua prolata à teſtatore dos non probatur.

9 Tertia eſt opinio tradita per *Doct. in hac difficultate, & præcipuè per Bal. Nouel. in ſuo tractat. de dote, p.6. priuileg.* 58. quod tunc huiuſmodi verba probent fauore dotis, quando vtraque pars adeſt, ſecus altera abſente.

10 Sed hæc opinio facilè damnari poteſt, ſpeciale eſt enim fauore dotis, vt ipſa per hæc verba probetur in fauorem etiam mulieris abſentis, ita poſt *Bart. Caſtr. Alex. & alios, concl. ſua 407. numer. 4. in ſecundo, Sequitur Decian. conſilio ſuo 51. num. 45. in ſecundo*, & omnium elegantiſſimè *Maſc. concl. ſua 347. num. 65.* vbi plures concordantes adducit, & de abſentia, vel præſentia, vel præſentia vtriuſque patris pariter Rota Romana non curauit; teſte *Puteo citat. deciſ. 419. lib. 1. & Illuſtr. Mant. d. num. 15.* vbi ſubdit ità ſæpius in Rota fuiſſe reſolutum vt relatum eſt *apud bon. mem. Card. Lancellot. tunc temporis ſacri Palat. Apoſtolici Aud. in Sabinen. ſeu Roman. dotis, & compromiſſi die 14. Maij 1576.*

11 Remanet igitur firmum ſecundum communem ſententiam, quod verba enunciatiua probant fauore dotis, quam opinionem quoque eruditiſsim. *D. Alex. Trentacin. variarum reſolut. libr. primo, titulo de verborum ſignificatione, reſolut. 2. numero 79.* quamplurimi alijs medijs quęque contraria acutè reſoluendo corroborat, ac communit.

12 Ampliatur, vt hæc regula procedat, etiamſi hæc verba eſſent inter alias perſonas, & propter aliud prolata, nam ideo minus fauore dotis plenam probationem induceret. Sic *Iaſon in dicta leg. ex his, numero ſecundo, verſicul. ſecundo ſingulariter, C. de teſtament. milit. & ibi Sichar. quoque numer. 10. idem Iaſ. conſilio ſuo 91. numer. 15. & ibi addentes in littera E, vol. 3. latè Marſil. ſingulari ſuo 442. Gozadin. conſilio ſuo 42. num. 10. Anguiſſol. conſilio ſuo 103. numero 6. vol. primo, Multos alios deducit Hyppol. Riminald. conſilio ſuo 31. num. 5. vol. 1. & Maſcard. concl. ſua 580. numer. 2. & 622. num. 35. in 1.*

13 Contrarium tamen, quod hæc verba in iſto caſu dumtaxat ſemiplenam probationem inducant, tenet *Rom. ſingulari ſuo 540.* Sic etiam poſt alios determinauit *Rota Romana teſte Verral. deciſ. ſua 338. vol. 3. vidend. Card. Mant. d. num. 15.*

14 Ampliatur ſecundo loco, vt non ſolum dos per hæc verba probetur, ſed etiam Antifatum.

15 (Eſt autem Antifatum ſecundum *Paponium conſilio ſuo 63. numer. quarto in primo*, quod datur à marito pro augmento dotis, vel ab eius patre vxori;) & primo probatur ſic.

16 Negari non poteſt, quin dos, & Antifatum ſint correlatiua, vt habetur *in §. illud, auth. vt exactio inſtant. dot. colum. 7. & in Auth. dos data, Codic. de donat. ante nupt.*

17 Sed de iure illud, quod eſt ſtatutum in vno ex correlatiuis, intelligitur etiam ſtatutum in alio, *Bart. & Moderni notant in l. final. C. de indict. viduit. toll.* ergo quod diſpoſitū eſt in dote, intelligatur quod diſpoſitum in Antifato, & per conſequens verba enunciatiua in vtroque caſu probabunt.

18 Secundo ſic argui poteſt. Antifatum, ſiue donatio propter nuptias, nil aliud eſt, quam dos ipſius mulieris, notat. *gl. in c. plerumq; de donationibus inter virum, & vxor. & in c. ex parte de foro comp. & Doctor. omnes, in Rubr. ff. ſolut. matr.* quemadmodum hæc verba probant in dote, ſic etiam in Antifato.

Pluribus alijs medijs id confirmat *Marc. Anguiſol. conſ. ſuo 152. n. 3. cum ſeq.*

19 Limitatur autem primò principalis iſta concluſio, quod ſcilicet per verba enunciatiua dos probatur, vt non procedat, quando præcipitanter, & ex abrupto fuerunt prolata.

20 Secundo quando agitur de fauore alterius, quam mulieris: in his enim duobus caſibus hæc verba non probant: ita vtrumque docet *Marc. Ant. Eugen. conſilio ſuo 97. numer. 41. & 42. & prius ſub numer. 37. cum duobus ſeq.*

21 Coarctatur tertio, vt non procedat, quoties contingeret principaliter diſputari de ipſo enunciato, videlicet an hæc dos data fuerit; necne? quia eo caſu hæc verba non probarent, ita poſt multos relatos docet *Maluaſ. conſilio ſuo 126. num. 62. vol. 1. & ſequutus eſt etiam Hypp. Rimin. conſilio ſuo 31. num. 38. in 1.* Sic quoque *D. Menochius, conſil. ſuo 81. num. 23. vol. 1. addo nouiſſimè Trentacinq. dict. reſol. 2. num. 79.* vbi tamen hoc duobus modis declarat, vide per eum.

22 Fallit quarto, quoties iſta verba prolata eſſent ab alio, quam ab eo, qui teneretur ad dotem, vel ab alio, eo tamen abſente, nam tunc dotem non probarent. Secus eſt autem, ſi proferentes teneretur ipſam dotare, tunc enim dos probaretur ex eis ad fauorem mulieris, cui dos debetur, etiam abſentis; ità poſt alios *Riminal. Iunior, citato ſuo conſil. 31. num. 39. in primo*, vbi ita intelligit intentionem *Bart. citato conſilio ſuo 123. & text. in d. l. 2. C. de dot. promiſſ.*

23 Quinto limitatur: nam iſta regula ſolum probat quoad dotis promiſſionem, non tamen quoad ipſius ſolutionem Ad ſolutionem enim ipſam probandam alio facto opus eſt. Sic præciſè poſt alios *Riminald. iunior. conſilio. 31. numero 36. & 37. in primo, & Maluaſia, conſil. 126. num. 60. & 61. in 1.*

24 Et probatur hæc opinio, & primo per *tex. in dict. leg. ſi non deſignata, Cod. de falſ. cauſ. adiect. leg.* quem ſuperius induximus.

25 Suffragatur ſecundo, nam iſta duo poſſunt ſimul ſtare, videlicet dotem fuiſſe promiſſam, non tamen ſolutam, vt eſt *tex. in leg. primo & ibi gloſ. Bald. & Salic. Codic. de donat. caut. non num. & glo. in leg. fin. in verſ. vel promiſſa, Cod. ſol. matr.* ergo licet hæc verba probent promiſſionem dotis, non tamen ſequitur, quod probent ſolutionem.

26 Accedit tertio loco doctrina *Bart. in l. qui vxori*, de auri, & argento legato, vbi talia verba profert. Nam ſæpè euenit, quod teſtator relinquit vxori dotem ſuam, & poſtea facit eam hæredem, & rogat eam alij reſtituere, momodò hæredes vxoris volunt, ante deducere dotem, certè non poſſunt, niſi probent dotem datam eſſe per inſtrumentum, ergo per iſta verba dotis ſolutio non probatur.

27 Contrariam tamen opinionem, quod ſcilicet dotis ſolutio probetur etiam per verba enunciatiua, & per conſequens detur locus repetitionis mihi videtur tenere *Bart. præcitato conſilio 123. eum quoque ſequitur Ioan. de Amicis conſilio ſuo 136. num. 5. in 1. & omnes ſupracitati Doct.*

28 Ego, ſi inter tantos debeo meam proferre ſententiam arbitror ita diſtinguendum, aliter enim non video, quomodo hæ duæ Doctorum opiniones poſſint ad concordiam redigi.

29 Aut adeſt, ſeu præcedit dotale inſtrumentum matrimonij, & promiſſionis dotis, & deinde conſtante matrimonio vir confiteor ſe recepiſſe dotem promiſſam, & tunc talis confeſſio eſt eiuſmodi naturæ, quod ſtatim præiudicat marito, & eius hæredibus, & in caſu reſtitutionis tenetur reſtituere, nec poſſet opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſeu dotis etiam infra biennium:

ita

*ita gloſs.& Doct.omnes, in l.in contractibus, §.ſed quoniam, C.de donat.caut.non num.* & ita procedat ſecunda opinio.

30 Aut non præcedit huiuſmodi inſtrumentum dotale, & tunc habet locum prior opinio. Cogita tamen, & cætera.

Adde, quod eandem diſtinctionem ſequi quoque videtur eruditiſs. *Maſcard.concl.ſua 567.numer.7. cum ſeq. & præcipuè ſub num.9.* vbi ampliat, vt talis confeſſio præiudicet etiam ipſius mariti creditoribus, licet nonnullos contrarium tenentes ibid.deducat.

31 An autem, & quando confeſſio facta à marito dicente ſe recepiſſe dotem à muliere, probet dotem datam, vel non, omnium exactiſſimè diſcutit ex profeſſo *Maſcard. concl.ſua 362. per totam,* vide per eum, adeundus quoque *D.Io.Gulierm. Guidobon. aduoc.11. & D.Hercul. Mareſcot. var.reſol.lib.5.cap. 8.*

---

## An per verba enunciatiua filiatio probetur.

## QVÆSTIO XXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Filiatio per verba enunciatiua minimè probatur.*
2 *Et eſt veriſſima concluſio.*
3 *Ratio, & num.4.*
5 *Amplia, & n.6.7.& 8.*
6 *Limita primo in Antiquis.*
10 *Ratio, & num.11.& 12.*
13 *Amplia, & num.14.& 15.*
16 *Quod tempus dicatur antiquum, cum agitur de materia filiationis docet Author, & nu.17.*
18 *Limitatur ſecundo contra proferentem contra enim ipſum per verba enunciatiua filiatio probatur.*
19 *Ratio, & num.20.*
21 *Declara, & num.22.*
23 *Amplia, vt magis procedat contra patrem.*
24 *Ratio, & n.25.*
26 *Coarctatur tertio quoad inducendum ipſum, qui filius nominatus eſt, in quaſi poſſeſſione filiationis, donec ne contrario fuerit edoctum.*
27 *Intellige, ac declara, prout ibi.*
28 *Ratio declarationis.*
29 *Limitatur quarto, quando nominatio facta de filio, eſſet facta in actu, qui magis filio, quam extraneo conueniret, nam tunc probatio induceretur quoad ipſam filiationem per dicta verba enunciatiua, & numer.30. & 31. ratio ibidem.*
32 *Fallit quinto, quando nominatio ipſa facta de filio per dicta verba eſſet geminata.*
33 *Ratio.*
34 *Contrarium Maſcard. & Petra.*
35 *Et hæc opinio magis placet Authori, vbi etiam quando contraria opinio poſſet procedere ſubnectit.*
36 *Limitatur ſexto, concurrentibus alijs adminiculis.*
37 *Coarctatur ſeptimo, quando dicta verba proferuntur filio nominato præſente.*
38 *Ratio.*
39 *Contrarium nonnulli.*
40 *Concilia, & num.41.*
42 *Pulchra quæſtio.*
43 *Reſoluitur.*
44 *In omnibus illis caſibus, in quibus filiatio inducitur, ac per dicta verba probatur ſemper auditur quis volens contrarium probare.*
45 *De hac materia videndi plures DD. remiſſiuè.*

1 AN per verba enunciatiua filiatio probetur, diſputari contingit. Et Regulariter non probari reſponderunt *gloſs. Abbas, & cæteri, in cap. ſeries, de teſtibus, ſequuti ſunt Iaſon in leg.ex his verbis, nu.2. in fi.C. de Teſt.milit.Hypp.Rimin.conſ.ſuo 689.n.86 in 9.& Clar.Dec. conſil.38.num.20.in 3.* vbi plures concordantes deducit, addo *Felin.in cap per tuas n.11.extra de probat.*

2 Et hæc eſt veriſſima concluſio, pro qua adeſt textus apertus, *in lege non nudis, C.de probationibus,* vbi Diocletianus, & Maximianus Imperatores in huiuſmodi verba prorupere. (Non nudis aſſeuerationibus, nec ementita profeſſione) licet vtrique conſentiant, (ſed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione ſolemni filij ciuili iure patri conſtituuntur.) Ad idem eſt etiam clariſſima deciſio, in *l.neque profeſſio, C.de Teſtamentis,* vbi Imperatores Valerianus, & Gallienus ita loquuti ſunt. Neque profeſſio, neque aſſeueratio nuncupantium filios, qui non ſunt, veritati præiudicat.

3 Ratio quoque huiuſcemet concluſionis (mea ſententia) ea poteſt eſſe, quoniam filiatio ex ſola nominatione minimè probatur, vt pluribus iuribus, & authoritatibus probat inter alios latiſſimè *Clariſs.Maſcard.de probat.concluſ.ſua 790 num.2.*

4 Filiatio enim ortum habet a natura, ideo non poteſt oriri ex ſola nominatione, & maximè facta per verba enunciatiua, ſic pulchrè poſt alios idem *Maſcard. præcitata concluſione num.3.* vbi ſubdit etiam, quod nominatio facta de filio blandiēdi potius gratia proferri ſolet, quam veritatis inducendæ, ad *l.nemo, §.1.ff.de hæredibus inſtituendis,* & latius, vt per eum, vide &c.

5 Amplia huiuſmodi concluſionem procedere, etiamſi talis nominatio enunciatiuè facta, & ob aliam cauſam, quam ad finem probandi filiationem, prolata eſſent in aliquo inſtrumento, vel priuilegio, nam ideo minus filiatio minimè probaretur. Sic præciſè *Maſcard. d. concluſione, num.4.* vbi ſubdit hoc præcipuè locum habere ſi proferens talia verba enunciatiua negaret fuiſſe enunciata animo oſtendendi, & probandi filiationem, nam tunc ſtabitur ipſius aſſertioni adducit *Felinus, & textus in lege Diuus, ff.de in integrum reſtitution.* Hanc eamdem ſententiam ſequutus eſt quoque poſt infinitos relatos *Aſinius, in ſua praxi, parte 2.§.1.cap.54. & 55.* vbi tamen ſubdit eandemmet fallere, quando plura inſtrumenta circa idem ſimilia ſunt, intellige tamen quando ſunt facta diuerſis temporibus, & ſuper factis diuerſis, ac etiam à diuerſis perſonis.

6 Amplia ſecundo, vt eo vſque procedat, vt nec etiam inducat alquam præſumptionem, quo ad præiudicium tertij. Sic poſt *Iaſon. Rebuff. Tiraq. Nattam, ac alios docuit præciſè Clariſſimus Maſcard.d.concluſione 790.num.7. Addo Aſinium, in ſua prax.part.2.§.1.capit.32.* vbi omnium pulcherrimè.

7 Amplia tertio, vt nec ex huiuſmodi verbis probetur filiatio ipſa contra ipſum nominantem, nec per ea illi inferatur aliquod præiudicium, quia ſolum dicta filiatio probatur inter ipſas partes quoad validitatem, & effectum illius actus, ſuper quo enunciatio illa emanauit, idque argumento *text.in l.optimam, C.de contrahenda, & committenda ſtipulatione,* vbi ſi dico promitto centum Titio, vti ſeruo Sempronij. Iſta verba (vti ſeruo) probant eundem eſſe ſeruum ipſiuſmet Sempronij quo ad dictum actum ſtipulationis dumtaxat ſuſtinendum. Sed ſi poſtea quæſtio moueretur de dominio ipſius Titij, illa confeſſio, vel nominatio in nihilo præiudicaret. Sic eleganter, ſed longè latius ampliat, & declarat *Clariſſimus Maſcardus præcitata concluſione numero octauo,* addo ego in his præciſis termi-

terminis duo iuriſprudentiæ luminaria magna D. videlicet *Decian.conſ.ſuo* 120.*numer.* 18.*in* 3.*&* *per Illuſtr.Equitem Peregrinum,de Fideicommiſſis,art.*43.*numer.*75. cuius quidem præcisa verba libuit hic apponere.

(Nota tamen, quod incidens nominatio de filio, vel de conſanguineo, quamuis non probet conſanguinitatem,& filiationem in alia cauſa,in qua principaliter de ea re ageretur, etiam inter eaſdem perſonas, probat tamen quoad validitatem, & effectum illius actus, ſuper quo enunciatio ille emanauit,& latius,vt per eum.) Adeundus quoque de hac materia Dominus Ioannes Baptiſta Aſinius in ſua praxi, *parte* 2.§.1.*capit.*22.

Fallit autem hæc eadem regula pluribus modis.

9 Et Primo, quando verſamur in antiquis, virtute enim antiquitatis filiatio per hæc verba plenè probatur. Sic præcisè poſt plures relatos *Clariſs.Maſcard. præcitata concluſ.*790. *numer.*5. *&* 6. vbi ſubdit hanc limitationem veram eſſe etiam in extraneis, ſequuti ſunt Monarcha Iuriſtarum *Domin. Menoch.de Arbitrar.libro ſecundo, centuria* 1.*caſu* 89.*num.*84.*Petra dict.quæſt.*11.*num.* 284. *&* *Hypp.Rimin.conſ.ſuo* 339.*num.*40.*cum ſeq.*

10 Nec ſanè mirum: in probatione enim filiationis etiam de recenti ſufficit probatio per indicia, vt habetur in cap. per tuas, extra de probationibus. Quandoquidem ipſamet filiatio eſt difficilis probationis, quinimmo etiam impoſſibilis, *ad l.filium ff.de his,qui ſunt ſui, vel alien.iur.* *&* *tradita per Menoch.d.caſu* 89.*numer.*11. ergo vt antiquitas aliquid operetur, dici debet per talia verba enunciatiua probationem induci.

11 Adde, quod cum in factis antiquis non poſſit haberi per antiquitatem temporis probatio neceſſario concludens,ideo admittitur præſumptiua, ad *leg.ſi arbiter.ff.de probat.*

12 Accedat, nam in quamcumque materia verba enunciatiua probant in antiquis, vt poſt *Iaſonem, Decium, ac alios tradit Albenſ.conſ.*83.*num.*6. ergo multo magis debent in hoc propoſito conſanguinitatis probare, quæ de ſui natura difficilis eſt probationis.

13 Hoc idem per ſupradictas rationes clarè firmauit quoque *Antonius Faber in ſuo Cod.Fabr.libro quarto, titulo* 14. *defintitione* 28. vbi ſubdit Senatum etiam Pedemontium ita cenſuiſſe, addo *Ioannem Baptiſtam Aſinium in ſua prax.parte ſecunda,*§.1.*cap.*25. vbi ſubdit aliam eſſe rationem dicens,quia non præſumitur, vt tamdiu ita nominatus fuiſſet,ſi filius non eſſet, adeundus quoque *cap.ſuo* 58. *vbi pulchrè.*

Amplia vt in hoc caſu propter ipſius temporis antiquitatem, & qualitatem facti probetur ipſa filiatio etiam contra tertium. Sic præcisè inter alios Hyppolitus Riminaldus,*dicto conſilio* 339.*num.*40. *&* *Clariſs.Maſcardus concluſ.ſua* 794.*numer.* 11. vbi plures alios concordantes deducit.

14 Amplia ſecundo, vt filiatio probetur per verba enunciatiua, quæ inſtrumentis factis etiam inter alias perſonas continentur, quando tamen ſumus in antiquis. Sic præcisè *Marcabrun,ab Anguil.conſ.ſuo* 24. *num.*3. *cum ſequentibus, vol.*1. vbi ſubdit hoc præcipuè verum concurrentibus duobus, vel pluribus inſtrumentis, in quibus fiat dicta enunciatio; nec ſanè mirum, eadem enim non minus probant,quam communis opinio, & fama, vt dicit ipſemet poſt alios relatos *precitato conſ.ſub n.*5.

15 Clarum eſt autem, quod fama probat filiationem,quia eſt res de facili non probabilis, ad leg. Lucius, de conditionibus,& demonſtrationibus, & ideo ſufficiunt indicia, præſumptiones, ac coniecturæ. Latiſſimè de hoc *Maſcar. de probation. concl.ſua* 791.

16 Aduerte tamen, quod ad huiuſmodi antiquitatem inducendam ſufficiunt quinquaginta, vel ſexaginta anni iſtud enim temporis ſpatium habetur pro antiquo quoad probandam ipſam filiationem, vt in hac Hyppoteſi poſt *Crauett.de Antiquitatibus,concludit Albenſ. conſ.ſuo* 38.*n.*14.*Albenſem ſequutus eſt Dom.Maſcard.d.concluſion.* 791. *num.*11.*&* *prius concluſ.ſua* 411.*nu.*7. *&* 8.

17 Quinimo *Marcabrun.ab Anguill.d.conſil.ſuo* 24.*numer. octauo*, in materia ipſius filiationis docuit ſpatium quadraginta annorum eſſe tempus antiquum non minus, quam ſpatium centum annorum in alia re, quæ ſit facilis probatur adducit concordantes Alexandrum, Iaſon, Soccin. ac alios. De Materia huiuſce primæ limitationis videndus *Clariſs. Peregrinus d.artic.*43.*numero* 83.*&* 84. vbi poſt plures relatos docet, & ipſe in antiquis per inſtrumenta, in quibus reperitur facta mentio enunciatiuè de Titio,puta, filio Sempronij, probari ipſius filiationem etiam quo ad alios, & inſimul pluralitatem inſtrumentorum requiri, quæ tamen, vt ſupra diximus, originem habeant à diuerſis,non ab eiſdem perſonis,& latius vt per eum, quem conſulas adeundus quoque diſertiſſimus *Domin.Pancirol.conſilio ſuo* 198.*nu.n.*12. cum ſequentibus in primo,vbi latè inſiſtit.

18 Limitatur ſecundo principaliter ſupradicta regula contra proferentem aliquem eſſe filium ſuum, contra enim ipſum per huiuſmodi verba ipſamet filiatio plenè probatur.

19 Nec ſanè mirum: Confeſſio enim regulariter probat contra confitentem, *l.cum te,C.de tranſactionibus, vbi latè Iaſ.&* *Dec.* & nulla eſt maior, & excellentior probatio, quam ea,quæ fit per confeſſionem partis, *l.generaliter,in fine.C.de non numer.pecun.Hinc Bald.conſ.*534. *col.*1.*vol.*3.
20 docuit, quod cum adeſt confeſſio, ibi eſt relaxatio omnis probationis: nam confeſſio præualet cuicumque inſtrumento; & quibuſcumque teſtium probationibus, *Bald.conſil.*192 *colum.*2.*lib.* 2. *per textum in l.ſed ſi poſſeſſori §.fin.ff.de iureiur.ſequitur Crauet.conſil.*61.*nu.*3.*&* *conſ.*171.*numer.*4. *Rol.à Val.conſ.*171.*nu.*40.*&* 41.*&* 44. vbi infert, quod Iudex non poteſt eam probationem nullam pronunciare, *&* *conſ.*75.*n.*23.*lib.*2.*Cephal.conſ.*192.*num.*8. ac plurimi alij.

21 Intellige tamen ſupradictam hanc limitationem, quādo huiuſmodi verba proferuntur ab eo, qui præſumitur ſcire iura ſanguinis, veluti ſi ſit affinis, & coniunctus, tunc enim verba enunciatiua ab eo prolata probant aduerſus eum, etiamſi principaliter ſit contentio ſuper conſanguinitate, vel ſuper eo, quod ſequitur ex eo, ſic præcisè inter cæteros *Clar.Eques Domin. Peregrinus d.artic.*43.*de Fideicommiſſis,numero* 76. ſecus autem erit,ſi ab alio penitus extraneo fuerint prolata, nam tunc inducetur,contra ipſum probatio dumtaxat, ſeu præſumptio quoad validitatem, & effectum illius actus, ſuper quo enunciatio illa emanauit,de qua quidem re paulò ſuperius diſſeruimus.

22 Conferunt,quæ alias ſuprà *lib.*1.*q.*4.*numer.*100. docuimus,videlicet filiationem non probari etiam inter ipſos enunciantes,quotieſcumque hæc verba fuerunt prolata ab eo,qui veriſimiliter enunciationem ipſam de filiatione ignorauit.

23 Amplia hoc multò magis procedere quo ad præiudicium patris nominantis, nam contra ipſam procul dubio probabitur filiatio ex tali nominatione, & conſtituetur filius in quaſi poſſeſſione ipſius filiationis. Sic poſt *Iaſon. Grat.Natt.ac alios Clariſs. Dom.Maſcard. d.concl.*790. *nu.*40.*cum ſeq.*

24 Huius autem rei (ex eiuſdem *Maſcard.ſententia*) ea poteſt eſſe ratio, nam filij nominatio patri plurimum poteſt afferre præiudicium cum filijs ipſis alimenta ſuppeditare cogatur,vt voluere *Vlpian.&* *cæteri I.C. in l.*1.*&* *tot.tit.ff.de liber.agnoſc.* atque filiabus dotem ſubminiſtrare compellatur, vt reſcripſit Imperator Iuſtinianus in l. vltima, C.de dotis promiſſione, & reſpondit *Mart. I.C.*

*in*

*in l.qui liberos. de ritu Nuptiar. poſtremo ex Caij ſententia in l.inter cętera,ff.de liberis,& poſthu.* pater vel inſtituere, vel præterire tenetur filium, & ſi ſecus fecerit,rumpetur

25 illius teſtamentum,*d.l.inter cętera.*Quo circa nullum vnquam adeo vecordem, & exigui ingenij futurum exiſtimandum eſt,qui ita facilè,& leuiter filium, qui nō ſit potius nominare velit,quam fratrem,aut conſobrinum, aut alias conſanguineum,cum maius ex illo, quam ex hoc ſit detrimentum paſſuros,argumento *l.cum de indebito,ff.de probat.cum ſimilibus*,& latius, vt per eundem *Maſcar.qui ſub trib.numeris ſequent.*hoc ſublimitat,vt per eum,quem conſulas. De hac eadem ampliatione videndus *Ioan.Baptiſta Aſinius in ſua praxi parte* 2.§.1.*cap*.37. vbi poſt infinitos relatos pulchrè,& latè, *& c.ſuo 42.adeundus quoq; C.Pariſ.conſilio ſuo 19.num.44.& 45.vol.2. vbi eleganter.*

26 Coarctatur tertio principaliter, vt adeo vera non ſit, quin ſaltem ex tali nominatione de filio per hæc verba facta onus probandi contrarium transferat in aduerſarium enunciantem, & ſic nominatus ipſe conſtituatur in aliquali quaſi poſſeſſione ipſius filiationis, donec probetur contrarium; ſic præciſè poſt multos relatos tradidit *Cl.Maſcard.d.concl.790.num.9.cum ſeqq.*vbi etiam an huiuſmodi nominatio de neceſſitate debeat fieri à patre, vel ſufficiat,ſi facta fuerat ab vno parente,de cuius bonis, & hæreditate agatur, licet non vtriuſque parentis nominatio interuenerit, & an intelligatur in filiatione iuſta, & licita, videlicet legitima,& naturali, non autem naturali tantum, & an habeat locum in petitorio, item an requiratur præſentia ipſius filij,ac de pluribus alijs ad rem facientibus latiſſimè, ac elegantiſſimè more ſuo diſceptatur,eum cōſulas. Hoc idem,quod dicta aliqualis præſumptio,per quam transferatur onus probandi in aſſerentes contrarium,ex ſupradicta nominatione facta de filio per iſta verba enunciatiua abſque alio inducatur, docuit etiā *Soc.iun.conſ.ſuo 67.num.13.& 14.vol.4. addo Sichard.in l. non nudis,vbi pulchre in primis numeris, & videndus,num. 4.*vbi docet, nominatum illum in filium per enunciantē, non eſſe talem, rectè probari per formam deſcriptam in *l.filium eum definimus,ff.de his,qui ſunt ſui, vel alien.iur.*

27 Intellige tamen hanc limitationem locum ſibi præcipuè vendicare,quando nominatio facta per d.verba enūciatiua eſſet facta directè ad hunc effectum in iudicio, ſecus vero,vbi eſſet facta extra iudicium incidenter,& propter aliud: etenim tunc voluere DD.indiſtinctè,quod nil præiudicet. Sic præciſè *gl.in c.per tuas in prima gl.de probation.idem dixit Cin.in d.l.non nudis,in 2.qu.in princ.Cod. eod.de probat.* quo in loco aſſeruit quod ſi confeſſio ſit emiſſa non animo confitendi, ſed propter aliud,vt ſi dixerim ( fili mi,venias huc,vel vadas illuc) quod tunc nihil proſit illi nominatio filio,per *d.l.non epiſtolis, Cod.eod.de probat.& leg.neque profeſſio,C.de teſtamentis;* Hoc idem firmat ibi *Bal.dum concludit* confeſſionem enunciatiuam non factam cum aliquo miniſterio non probare, idem inquit,in d.l.non epiſtolis,quod quando huiuſmodi verba emiſſa ſunt propter aliud,eis non ſtatur:eandem concluſionem firmauit quoque inter alios*D.Iaſ.conſ.102.nu. 6.vol.4.*vbi eam defendit ſententiam per illam verba pro lata per aliquem erga alium,dicendo:fili mi,veni huc,vel vadas illuc: non dici nominatum conſtitutum, in quaſi poſſeſſione: nominatio namque, vel aſſeueratio filij adhoc,vt conſtituat eum in quaſi poſſeſſione filiationis, nō debet eſſe perfunctoria,ſed cum aliqua ſolemnitate,adeò,

28 vt appareat facta cum miniſterio: Hæc ferè omnia comprobauit etiam,& ſequutus eſt *D.Ludou.Gozad. conſil.ſuo 13.num.13.& 52.& Cl.D.Maſc.d.concl.970.num.72. cum aliquibus ſeq. Addo Ioann.Baptiſtam Aſinium in ſua Iudit. prax.p.2.§.1.c.21.24.& 38. & Petram de fideicommiſſis, d.q.11.num.257.cum infinitis ſeqq.* vbi omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè. Rationem autem huiuſce declarationis deducit inter cæteros idem *D.Maſcar.d.concl.numer.32.* Quoniam (inquit) ſola nominatio facta de aliquo vt ſi filio magis communiter fit blandiendi cauſa, non autem iudicandi,& probandi aliquem in filium neque enim dulciori vocabulo poſſumus aliquem nominare, quam ſub nomine filij,vt reſpondit *Calliſtrat.in l.liberorum, ff.de ſignific.*& latius vt per eum, quem etiam conſulas,*ſub num. 34.cum aliquibus ſeqq.*vbi quoque ſupradictam limitationem veram intelligit, quando nominatio de filio facta fuiſſet principaliter, & propter ſe non autem incidenter, & propter aliud, quia eo caſu non conſtitueretur nominatus ipſe in dicta quaſi poſſeſſione ipſius filiationis, & latius vide per eum.

29 Fallit quarto ſupradicta regula principalis,quando nominatio ipſa eſſet facta in actu, qui magis filio quam extraneo conueniret,vt ſi nominaret illum filium inſtituendo hæredem ſuum & præſtaret illi alimenta, vel in actu emancipationis,exhæredationis, vel legitimationis,& a-

30 lijs de genus, nam hoc caſu talis nominatio abſque alio probabit filiationem ipſam Sic præciſè poſt infinitos relatos *Cl.Maſcar.d.concl.790.num.45. & prius Crauet.conſ. 600.num.3.& Gozad.conſil.12.num.13. Addo Aſinium in ſua praxi,part.2.§.1.c.47.& 48.necnon 61. vbi pulchre,& D.Rol.àVall.conſ.22.num.25.in 3.*& hanc ſententiam coadiuuat *text.in l.quidam cum filium,§.1.de verb. obligat.vbi Paul.I.C.*ait exhæredationem,& emancipationem pertinere ad filium,quia hæc ſunt, quæ pater ſolet facere contra ipſum filium.

31 Huic eidem opinioni ſubſcripſit quoque *Dec.in c.per tuas,nu.29. cum duob.ſeq.*de probationibus,vbi etiam reddit rationem dicens,nam quando eſt facta nominatio in actu filio competēti, nominatus in effectu videtur tractari,vt filius,vt latè Aretin.ibidem deducit, clarum eſt antè quod ex ſolo tractatu in quaſi poſſeſſione filiationis,quis eſſe dicitur, vt dicunt multi per eundem *Decium* ibi relati,ego addo nouiſſimè *Peregr.d.art.43.num.77.& 78.*vbi poſt infinitos concordantes adductos latiſſimè inſiſtit, & *illuſtr.præſidem Menoch.lib.3.de arbit.cent.1.caſu 89.num. 78.cum duob ſeq.*vbi pulchrè, adeundus quoque *Petra de fideic.d.q.11.num.267.cum ſeq.*

32 Quinto principaliter adſunt nonnulli, qui limitant ſupradictam regulam minimè procedere, quando nominatio illa de filio facta per verba enunciatiua foret geminata,nam tūc eo magis probaretur filiatio, ſic præciſè plurimi relati per *Maſcar.d.concl.790.num.46.addo Surd.deciſ.145.num.4.& 13.Ioann.Baptiſtam Aſinium in ſua praxi,iudic.parte 2.§.1.c.24.& Menoch d.c.89.nu.81.ſequutus eſt quoque poſt Rim.iun.Petra d.q.11.n.308.addo etiam Rol.à Vall.d.conſ.23.n.27.*

33 Quorum quidem opinioni mirificè ſuffragatur, nam verba enunciatiua geminata, ſiue reiterata plenam fidem faciunt, vt poſt alios concluſimus ſupra,*libr.1.qu.3.num. 30.& 31.*

34 Contrariæ autem ſententiæ adhæſit ipſemet *D.Maſc. concl.790.ſub num.57.* neque enim inquit ipſe, ſi quis alicui puero dixerit ſępè,& iteratis vicibus,bene venit filius meus,vel fili mi vade illuc,vt vulgo fieri conſueuit, poteſt dici;quod ex his probata dicatur filiatio, vel quaſi poſſeſſio ipſius filiationis. Hanc eandem ſententiam ſequutus eſt quoque *Petra dicto cap.11. num.276.*

35 Et hæc quidem *Dom.Maſcardi,ac Petræ opinio mihi uiderūt probabilior,*niſi tamen nominatio illa eſſet facta, vel de actu magis filio, quam extraneo conueniente, vel ab eo,qui præſumeretur ſcire iura ſanguinis,vel eſſet facta in iudicio per verba principaliter, & propter ſe prolata, quibus quidem caſibus à contraria minimè recedendum diiudicarem.

36 Sexto principaliter coarctatur ſupradicta regula principalis, vt procedat,niſi alia concurrant adminicula cum ipſis

ipſis verbis enunciatiuis, eo enim caſu de filiatione per iam dicta verba probationem induci poſt *Alex.* docuit *Petra d.11.numer.287.*

37 Septimo principaliter limitatur, quando tamen verba proferuntur filio nominato præſente, eo enim caſu filia-
38 tio plene per dicta verba probari ſolet, & ratio eſt, quia ſi nominatio, vel confeſſio filiationis facta in epiſtola miſſa tertio probat ſemiplenè filiationem, vt notatur in l. final. de probationibus, & tradit *Goz̨ad. conſilio decimoſecundo, numero decimoquarto, & decimonono, quem ſequutus eſt Aſinius in ſua praxi, parte ſecunda, §. 1. capite quadrageſimotertio*, ergo vt præſentia filij aliquid operetur, reſultabit ex ipſa plena probatio. Sic præciſè *Felin. in capite per tuas numero 12. de probationibus*, qui id declarat tribus modis, quos apud eum videre poteris, ſequitur ibidem *Aretin. ſub numer. 19. Sic etiam Goz̨ad. conſilio ſuo 13. numero 9. cum ſequentibus, & Crauett. conſilio 600. numero 4. in 4.* vbi ſubdit hoc procedere, dummodo blandiendi animo filius minimè vocitetur, & dummodo verba ipſa enunciatiua, non ſint propter aliud prolata, & perfunctoriè, ſed principaliter, & propter ſe. Hanc eandem ſententiam ſequutus eſt quoque *Aſin. in ſua prax. parte 2. §. 1. c. 56. Ioſeph. Maſcard. dict. concluſ. 790. num. 35.* qui quidem ex ſententia Felini loco ſupra relato duobus modis ſublimitat, vt per eum, & nouiſſimè per *Illuſtriſs. eques D. Peregrinus, d. artic. 43. numer. 72. & 73.* vbi latiſſimè; & hæc eſt veriſſima concluſio.

39 Obſeruandum tamen *Cl. D. Menoch. dict. caſu 89. num. 82. poſt Dec. in dict. cap. per tuas, & Paleothum de Noth. & ſpur. contrarię adhæſiſſe opinioni*; ratus enim ipſe prædictam nominationem factam de filio præſente ipſe nominato ſufficere tantum quoad ſemiplenam probationem, non autem quo ad plenam.

40 Pro conciliatione ita diſtingue. Aut volumus, quod, confeſſio iſta propter præſentiam partis, probet ſolum inter ipſas partes quantum ad effectum, vt valeat ille actus, ſuper quo verba ipſa enunciatiua prolata ſunt; aut quod probet indiſtinctè etiam quoad alios.

41 Si primo, verior eſt prima ſententia Felini, ac ſequacium. Si ſecundo, procedit illa Menochij. Videndi *Dec. in d. c. per tuas, nu. 38. Maſcard. concl. 790. nu. 36. & Menoch. præcitat. loco, nu. 83.*

42 Sed quid iuris ſi nominatus ipſe id filium eſſet abſens tunc temporis, quo dicta verba enunciatiua per enunciantem proferuntur? probabitur ne per ea ad fauorem ipſius nominati abſentis dicta filiatio.

43 Anceps quidem eſt huiuſmodi quæſtio: Verior tamen eſt opinio negatiua. Sic præciſè poſt infinitos relatos *Petra, d. q. 11. num. 278.* vbi ſubdit nominatum debere ſemper adeſſe, vel corporaliter, vel per epiſtolam, quæ quidem operatur, videndus idem *Petra dict. quæſt num. 279. cum tribus ſeq.*

44 Notandum tamen pro Coronide huius materiæ, & diligenter attendendum, vt in omnibus caſibus in quibus filiatio præſumitur, & inducitur, ſemper audiatur, quis volens probare contrarium, cum ſemper debeat eſſe locus veritati in his, quæ non poſſunt induci niſi ab ipſa naturali veritate. Sic præciſè inter alios docuit *Clariſs. Maſcard. d. concl. ſua 794. num. fin.*

45 Et hæc ſatis. Latius de materia vide penes *Maſcard. in verſic. filiatio per multas concluſiones, & Aſin. dict. parte 2. præcitato §. 1. per totum fere, & Petram q. 11. numer. 293. vſque ad 413.* vbi omnium latiſſimè, quotquot viderim, ac elegantiſſimè diſſerit. Addendus quoq; *Pariſ. conſil. ſuo decimo vol. ſecundo per totum, & D. Doctor Marta voto ſuo Piſano 212. numero primo*, vbi an filius ſpurius probetur per verba enunciatiua teſtatoris, eleganter diſſerit.

Conferunt quæ ſcripſimus, in tract. noſtro de ſcriptura priuata, lib. 3. quæſt. 34. An conſanguinitas, vel neceſſitudo per epiſtolam probari poſſit.

---

## An per verba enunciatiua probetur fraternitas, ſororitas, ac alia huiuſmodi.

## QVÆSTIO XXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Filiatio, fraternitas, ſororitas paterniz̨ant.*
2 *Fraternitas, & ſororitas minimè probatur per verba enunciatiua, & num. 4.*
3 *Ratio.*
5 *Limita primo quando cum verbis ipſis enunciatiuis concurrerent alia adminicula.*
6 *Secundo quoad aliqualem præſumptionem, quę quidem transferat onus probandi in aſſerentem contrarium.*
7 *Exemplificatur in terminis conſanguinitatis.*
8 *Et in terminis ſororitatis.*
9 *Item in terminis parentelæ, quæ quidem exemplificatio limitatur in duobus caſibus, de quibus, & numero 10. & 11.*
12 *An per verba enunciatiua alicuius inſtrumenti poſſit conſanguinitas, ipſa, ſeu parentela probari? Quæritur.*
13 *Regula ſit affirmatiua.*
14 *Amplia, vt id præcipue procedat in Antiquis.*
15 *Ratio, & num. 16.*
17 *Subamplia, vt id etiam locum habeat in præiudicium tertij.*
18 *Declara, & num. 19.*
20 *De materia conſanguinitatis videndi plures Doct. remiſſiuè.*
21 *In dubio quis præſumitur ſcire quempiam eſſe fratrem ſuum ſic cum nominat.*

1 CVm filiatio, & fraternitas, ſeu ſororitas paternizare (vt ita loquar) dicantur ipſa enim iiſdem modis probari aſſolet, quibus, & ipſa filiatio, teſte *Maſcardus de probationib. concl. 812. num. 4.* Contingit hic congruo loco dubitare, an quemadmodum filiatio ipſa per verba enunciatiua regulariter minimè probatur, hoc idem concludendum ſit de ipſa fraternitate, ſeu ſororitate.

2 In hac quidem difficultate vt rem paucis complectar, concluſio pariter ſit negatiua. Sic præciſè notatur *in dicta leg. non epiſtolis, & in dict. leg. non nudis, Cod. de probationibus.*

3 Nec ſanè mirum: fraternitas enim, & ſororitas, quippè quæ & ipſæ à natura ortum habent, ſola nominatione, & maximè facta per verba enunciatiua minimè induci poſſunt.

4 Hanc eandem concluſionem ſequutus eſt quoque inter alios *Cardin. Tuſchus concl. ſua 739. num. 28. in litt. C. & num. 27.* vbi ampliat hoc procedere, ſiue verba enunciatiua ſint prolata abſente ſiue præſente parte.

5 Limitatur tamen iſthæc concluſio varijs modis, & primò vt non procedat, quando cum verba ipſis enunciatiuis concurrent adminicula, & aliæ probationes, prout tractatus, quaſi poſſeſſio & alia. Sic præciſè poſt *Alex. Card. Tuſch. d. concluſ. nu. 28.*

6 Coarctatur ſecundo, vt minimè procedat quo ad aliqualem præſumptionem quæ quidem transferat onus probandi in aſſerentem contrarium, ea enim procul dubio

bio ad fauorem illius, qui frater nominatus fuit, inducitur, ſic præciſè in terminis fraternitatis docuit poſt plures relatos *Crauett.conſil.* 950.*n*.6.*in* 5. dummodo tamen iſta verba propter ſe prolata appareant; ſequitur eſt *Clar. Maſcard.d.concl*.712.*n*.2. *&* 5.

7 Sic etiam in terminis ſororitatis docuit Petra de Fideicommiſſis *quæſt*.11.*num*.624.*&* 628.vbi poſt Alexandrum, exemplificando concludit, quo lege ſi Titius, puta, Scribat Mæuiæ ſic. Soror mea cariſſima, ſcias, quod talis frater noſter deceſſit, & ob hanc cauſam hæreditas eius ad nos pertinet, vnde ſi tibi placet, venias, & diuidamus eam, quod per illa verba tandiu probatur ſororitas, quandiu de contrario non doceatur.

8 Hoc idem videmus quoque deciſum reſpectu conſanguinitatis, ſi enim teſtator in teſtamento vocet aliquem ſuum conſanguineum; probatur procul dubio talis conſanguinitas, niſi aduerſarius doceat contrarium. Sic præciſè poſt alios *Domin. Fab. de Anna conſilio ſuo* 88. *numero* 38.

9 Idem iuris eſſe de parentela, ſeu affinitate, concludit quoque *Natta, conſil. ſuo* 59 *numer*.14.*in fine*, *relatus per Petram d.quæſt*.11.*nu*.625. dum inquit, quod ſi in inſtrumento diuiſionis aliquis nominat eum, cum quo diuidit, filium talis, vel conſanguineum ſuum probatur inter eos parentela, donec de contrario doceatur.

10 Limitatur tamen id ſecundum *Raudenſem conſilio ſuo* 58.*numero* 14.*in primo*. ſi de ipſa parentela diſputari principaliter; poſtea contingeret, tunc enim minimè probatur.

11 Limitatur ſecundo, ſi materia ſubiecta non coadiuuaret verba ipſa narratoria, ſiue enunciatiua, eo enim caſu non probatur, conſanguinitas, ſeu parentela, niſi concurrentibus alijs adminiculis. Sic in puncto *Petra d.quæſt*.11. *num*.624.*& Anguill.conſ*.13.*num*.100.

12 Sed pulchra in propoſito conſanguinitatis, ſeu parentelæ poteſt excitari hic quæſtio, & eſt, an per verba enunciatiua alicuius inſtrumenti poſſit conſanguinitas ipſa, ſed parentela probari, & pro affirmatiua regulam ſtatui-

13 to. Sic præciſè poſt multos relatos *D. Maſcard. concluſ. ſua* 411.*num*.21.

14 Ampliatur iſta concluſio, vt multo magis procedat, quando ſummus in antiquis. Sic præciſè *D. Alba conſ. ſuo* 83.*num*.3. vbi docet, quod in antiquis probatur conſanguinitatis, & aliquos eſſe deſcendentes de tali ſtipite per verba enunciatiua inſtrumentorum antiquorum, ſequutus eſt *Clar. Maſcard. dict. concl*.411. *num*.20.

15 Nec ſanè mirum: verba enim enunciatiua inſtrumentorum probant in quacunque materia in antiquis.

16 Adde, quod conſanguinitas ipſa eſt difficilis probationis. Vbi autem probatio alicuius rei eſt difficilis de ſui natura debet tunc facilius admitti, qualiſcumque probatio etiam per probabiles coniecturas, per verba enunciatiua inſtrumentorum antiquorum, per indicia, & argumenta. Sic in terminis docet eleganter hæc omnia poſt alios adductos *Domin. Alba conſilio præcitato* 83. *numero ſexto, ſeptimo, & octauo, videndus etiam ſub numer*. 10. vbi docet tempus 56. annorum, & etiam 50. facere rem dici antiquam in materia probandæ conſanguinitatis, id quod etiam ſequutus eſt *Clariſs. D. Maſcard. dicta concluſione ſua* 411.*num*.7.*&* 8. vbi ſubdit id eſſe in cauſa, quia non facile poteſt ab hominibus ſuperſtitibus probari actus factus iam annis 56. cum temporibus noſtris breuior ſit vita hominis, quam fuerit olim, & latius, vt per eum.

17 Subamplia, vt id etiam locum habeat in præiudicium tertij. Sic poſt *Alexand. Alba cit. conſ*.83.*nu*.15.*& ſequitur Maſcard.d.concluſ*.411.*n*.22.

18 Quod autem ſupra diximus, videlicet conſanguinitatem probari per enunciatiua verba inſtrumenti, ſic velim accipias, vt non poſſit confici inſtrumentum de ipſa conſanguinitate ſimpliciter, & ſic per inſtrumentum non probatur directo, ſed bene ex ipſo inſtrumento enunciatiue loquente inducitur aliqua probatio cõſanguinitatis.

19 Ratio autem eſt, nam cum notario aliquid atteſtari non credatur niſi in his, quæ potuerunt interuenire, & explicari tempore confecti inſtrumenti, ſecundum *Bart. in leg. ſciendum, ff. de verborum ſignificatione, & in auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo*, merito non poteſt fieri inſtrumentum ad probandum conſanguinitatem ipſam, quia conſanguinitas formatur à natura, & procedit ex genitalibus principijs, nec poteſt oriri ex ſolo conſenſu contrahentium, & minus ex accidentali ſermone induci poteſt, ſecundum *Baldus in d.l. non epiſtolis in primo notabil*. *Sic præciſè declarat Clar. Maſcard.d.concl*.411.*num*.23. 24. *&* 25. Et hæc ſufficiant.

20 Latius de materia ipſius conſanguinitatis differit *Clar. Maſcard.d.concluſ*.411. vide per eum, videndus quoque *D. Fab. de Anna, d. conſ. ſuo* 88.*numer*.12.*cum ſeq. & præcipuè ſub num*.32. vbi docet pro regula, Verba enunciatiua prolata ab eo, qui præſumitur ſcire iura ſanguinis, ſuper conſanguinitate, ſeu paternitate plenè probare: adducit textum, in *leg. quidam de probationibus, & plures DD. concordantes*.

21 Adde tu, in dubio quem ſcire præſumi quempiam eſſe fratrem ſuum, cum ſic eum nominat: vt teſtatum reliquit *Bart. in l. nemo, §. qui frater. ff. de hæredibus inſtituent. & ſequutus eſt Clar. Maſcar. concl*.812.*nu*.7.*& videatur, num*.8. vbi docet probari quod quis ſciuerit fratrem ſuum aliquem eſſe, ſi publicè erat notum, vel publica de eo fama erat in vicina, & latius, vt per eum.

Vide etiam, quæ ſupra concluſione præcedenti deduximus, vbi multa ad hanc materiam congruentia adinueniens.

## An verba enunciatiua liberorum fauore diſponant.

### QVÆSTIO XXXIV.

ET diſponere textus eſt apertiſſimus, in *l. vnum ex familia §. fin. ff. legat*. 2. *Sic poſt alios eques Rugerius, conſil. ſuo* 12 *num*.172, *cum pluribus ſeq. vbi id pluribus ſimilibus comprobat. vol*.1.

Et ratio eſt, quia ipſorum fauore ſufficiunt, quælibet indicia voluntatis, *leg. final. C. famil hercisc. ſequitur Bald conſ. ſuo* 179.*num*.1.*vol*.4.

## An verba enunciatiua induci poſſit donatio inter viuos.

### QVÆSTIO XXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio inter viuos an inducatur per verba enunciatiua.*
2 *Exemplum.*
3 *Negatiue reſpondit Author.*
4 *Donatio numquam præſumitur.*
5 *Quinimo vbi alia ſummi poteſt interpretatio, & coniectura, quam donationis, illa ſemper ſumitur.*
6 *Fatuitas potius, quam donatio præſumitur.*
7 *Error potius ſolet allegari, quam donatio, etiamſi in facto proprio eſſet.*

8 *Sola*

8 *Sola voluntate domini neque dominium transfertur alium, nec etiam amittitur.*

9 *Verba enunciatiua in odioſis minimè diſponunt.*

10 *Donatio inter viuos, eſt odioſa.*

11 *Confeſſio ſine expreſſione cauſæ non valeat, nec præiudicat confitenti.*

12 *Iſta tamen regula declaratur varijs modis, de quibus & numeris ſequentibus vſque in finem.*

1 QVæritur, an per verba enunciatiua donatio inter viuos inducatur?

2 Verbi gratia, inquit Sempronius Mæuio ſcienter. Confiteor hanc domum eſſe tuam, hanc veſtem eſſe in bonis tuis; quæ tale re erat ipſiuſmet Sempronij, dubitatur inquam, an ex his verbis inducta cenſeatur donatio?

3 Et non induci, nec inductam dici poſſe, ſentio vna cum *Gabr. conſ. ſuo 154. num 4. in 1. & Petro Barboſa in repet. l. ſi alienam, nu. 93. verſ. 3. caſus, ff. ſol. matrim. Addo D. Cardin. Mant. de tac. & ambig. lib. 13. tit. 5. num. 10.*

4 Et pro hac opinione conſidero primo regulam illam vulgatiſſima, videlicet quod donatio in dubio numquam præſumitur, lege cum de indebito, *§. fin. ff. de donationib. l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de ignorat. action. leg. ſi cum aurum, de ſolutionib. & leg. ſi Campanus, de operis lib. cum ſuis concordantibus.*

5 Quinimo vbi alia ſumi poteſt interpretatio, & coniectura, quam donationis, illa ſemper ſumitur, *d. l. eleganter, §. Qui reprobos.*

6 Hinc fatuitas potius, quam donatio præſumitur, *Bald. in l. general. C. de non numer. pecun.*

7 Imo error potius ſolet allegari, quam donatio etiamſi in facto proprio eſſet, prout de hoc latiſſimè, & pulcherrimè diſſerunt *Clariſs. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. cap. 88. per totum, Ioſeph. Ludou. concluſ ſua 9. & Maſcard. concl. ſua 555.*

Si ſic eſt, ergo, &c.

8 Secundo proprius accedendo, conſidero, quod nullo pacto in caſu noſtro poteſt dici inducta donatio, cum enim nulla nec expreſſa, nec ficta interuenerit traditio, abſque dubio ſuccedit peruulgata illa regula, quod voluntate ſola domini neque dominium transferri poteſt in alium ad *leg. traditionibus, C. de pactis*, neque etiam amitti. *l. ſi quis §. differentia. infra de acquir. poſſeſſ.* & per conſequens, quod non poſſit induci donatio quæ præſupponit translationem domini.

9 Tertio moueor tali ratione. Verba enunciatiua in odioſis minimè diſponunt, vt alias diximus.

10 At donatio inter viuos ſemper eſt odioſa. Et hinc eſt, quod potius præſumitur actus inualidus, quam ipſamet donatio, vt latè *Maſcard. Menoch. & Ludou. prænotatis locis. Addo Rol. conſil. 65. nu. 14. in 4. & Oſaſch. deciſ. 132. nu. 14. ergo, &c.*

11 Quarto confert mirabiliter vulgata illa iuris regula, quod confeſſio ſine expreſſione cauſæ, veluti, quando quis confitetur ſe debere centum Mæuio, & non ſignificet ex qua cauſa, veluti an ex cauſa mutui, emptionis, vel ſimili, regulariter non valet, nec probat in præiudicium ipſius confitentis, quam regulam pluribus iuribus, & auctoritatibus omnium elegantiſſimè firmauit *Clar. Maſcardus conſ. 345. num. 1. ergo.*

Latius de hac materia *P. Barboſa in repet. præcitato loco iam alleg. vide per eum.*

12 Aduerte tamen pro Coronide huius materiæ, quod ſtatur his verbis ſuper meritis in donatione, quando donans poteſt liberè donare, & ideò non admittitur probatio in contrarium, ita *Riminald. Sen. conſ. ſuo 616. nu. 4. in 5.* nec minus requiritur, quod alter de ipſis meritis, quam per aſſertionem ipſius donantis appareat, vt poſt alios tradit *Maſcard. concluſ. ſua 561. n. 2.* vbi de communi.

Aduertendum ſecundo principaliter ſupradictam concluſionem minimè procedere, quando ex coniecturis poſſet dignoſci confitentem ipſum ſine cauſa voluiſſe donare Mæuio domum illam, quia tunc talis confeſſio teneret in fauorem ipſius Mæuij etiam abſentis. Sic poſtquam plures concordantes adduxit, docet eleganter *Maſcard. dicta concluſione 345. numero 46. & 47.* vbi etiam ſe remittit ad *Felin. in cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum*, vbi quænam ſint illæ coniecturæ, ex quibus probetur animus donandi ipſius confitentis, ſingillatim enumerat, ipſum conſulas.

13 Obſeruandum tertio, in hac noſtra hypotheſi, de qua ſupra numer. 2. rectè donationem induci, quando ipſemet Sempronius verba illa (confiteor hanc domum eſſe tuam) Mæuio in iudicio protuliſſet tunc enim etiamſi non ſit adiecta cauſa, valeret ipſa donatio, & huiuſmodi confeſſio adeo probaret, vt domus illa non amplius præſumeretur ipſius Sempronij, donec probaretur contrarium. Sic poſt infinitos relatos coarctat præcisè *Domin. Maſcardus d. concl. 345. num. 48. & 49. vbi poſt Felin* rationem adducit dicens, quia, ſcilicet, ex hac confeſſione præſumitur, quod ille habuerit rem illam pro derelicta, & ipſius voluerit amittere poſſeſſionem.

14 Nota tamen, quod iure merito dixi (in iudicio) ſi enim extraiudicialiter verba illa, prout nos ſupponimus, Sempronius protuliſſet, vtique ſecus eſſet, nec aliquod præiudicium ſibi per dicta verba gigneretur. Sic eleganter animaduertit idem *Maſcard. d. concl. numer. 50. videndus Barbatias conſ. 69 in 2.*

15 Notandum quarto, eandemmet regulam principalem minime locum habere, ſi huiuſmodi confeſſio facta a Sempronio ipſi Mæuio geminata fuerint, quia licet ſine cauſa ſit, tamen donationem operaretur, talis enim geminatio præſupponit animi deliberationem, vt colligere eſt, *ex cap. ſi quis iuratus 2. q. 3. in gl. in verſ. reiterata, & hoc cautum eſt etiam, in l. ſi mulier, C. ad Velleian.*

16 Adde verbum geminatum longe magis operari, quam ſimplex, prout notatur, in capit. primo, de officio delegat. & *Bald. meminit in cap. primo, de Pace Conſtant. in verſ. Priuilegia*. Sic omnium elegantiſſimè *Maſcard. dicta concluſ. 345. numer. 52. 53. & 54.* vbi plura de virtute confeſſionis geminatæ.

17 Obſeruandum quinto principaliter idem iuris eſſe, quando ipſemet Mæuius, ad cuius fauorem verba illa prolata fuere, concludenter probare poſſet, quod Sempronius ſpontè, ex certa ſcientia, & quia ſic ſibi placuit, verba illa protuliſſet, nam tunc ſibi præiudicarent, & donatio induceretur: Sic eleganter poſt alios *Dom. Maſcardus dict. concluſion. 345. numero 59. & 60.* vbi rationem adducit dicens, quia præſumitur talis confeſſio deliberato animo facta, quæ poſtea reuocari non poteſt.

18 Obſeruandum poſtremò regulam prædictam fallere, quando aliqua liberalitas ipſius Mæuij, ad fauorem cuius fit confeſſio, præceſſiſſet, quia tunc donatio de re illa præſumeretur, ac intelligeretur facta cauſa remunerandi, vt dixit *I. C. in lege ſi verò non remunerandi, §. idem Papinianus, ff. mandati.* Sic præcisè poſt infinitos relatos docet eleganter *Maſcard. dict. concluſione 345. nu. 68.*

19 Plura alia ad hanc materiam attinentia vide penes *Maſcard. præcitat. concl. 345. & concluſione 555.* vbi an, & quando donatio regulariter præſumatur, omnium elegantiſſimè diſceptatur. Satis.

## An excommunicationis ſententia lata verbis enunciatiuis à Summo Pontifice valeat,& teneat.

## QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia lata à Summo Pontifice verbis enunciatiuis valet, quod declara ibid.*
2 *Ratio.*
3 *Quibus verbis vtatur Summus Pontifex cum excommunicationis ſententia homines ferit. Remiſſiuè videndi ſunt.*

1 AN excommunicationis ſententia lata his verbis teneat, dubitatur. Et concluſiuè procedendo conclude vna cum *Crauett.de antiquitatibus tempor.pag.mihi* 45. *num.*51. quod ſic? dummodo tamen conſtet de voluntate ipſius Summi Pontificis, quod voluerit excommunicare.

2 Ratio eſt ſecundum eumdemmet Crauet. quia duo dumtaxat ſunt,quæ perficiunt omnes actus, voluntas, ſcilicet,ac poteſtas,*cap.cum ſuper Abbatia, de offic.deleg.& l.Nolle, vbi Bald.ff.de acquirend.hæreditat.* Iam adeſſe voluntatem præſupponimus, de poteſtate non eſt, cur dubitemus, ergo, &c.

3 Quibus autem verbis vtatur, & vti ſoleat, & poſſit Summus Pontifex, cum excommunicationis cenſura homines ferit, videndus *Vgolin.in ſuo tract.de Cenſuris tab.*1. *§.6.& in ſuo tractat.de excommunit.maior.c.*28.*per totum, vbi pulchrè,& latè.*

## An ſtetur verbis enuuciatiuis peritorum atteſtantium electionem de ipſorummet perſonis factam.

1 IN hac difficultate conclude, quod non, niſi aliter de veritate appareat.Sic poſt *Socin.iun.Crauett.& alios in terminis Stephanus Gratianus deciſione ſua Marchiæ* 147. *numer.*11.

2 In quibus autem caſibus dicto peritorum in arte ſua ſit credendus *Maſcard. concluſ.ſua* 1174.

## An probetur tractatus per iſta verba enunciatiua de alienatione rei eccleſiaſticæ.

## QVÆSTIO XL.

REſpondetur breuiter pro negatiua. Sic poſt alios *Alexander conſil.*17.*numer.*6. *in* 4. *Vide Ancharan. quæſt.fam.*52.*num.*8.*lib.*2.

Sic etiam iſta verba non ſufficiunt ad credendum, quod ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis fuerit facta alienatio bonorum ipſius eccleſiæ *Caualcan.deciſ.*46.*nu.*124. *part.*1.*&* 45.*num.*42.*ead.part.*1.

## An poſſeſſio ſpoliati probetur per verba enunciatiua inſtrumenti inter alios.

## QVÆSTIO XLI.

COnclude pro negatiua. De hoc adeſt *Pulcherrima deciſio Paul.Emil.Verral.in ordin.*328. *in ſecundo vide per eum.*

## An verba Enunciatiua Priuilegio,vel litteris Apoſtolicis inſerta probent dignitatem.

## QVÆSTIO XLII.

1 COnclude pro negatiua. Sic inter cæteros *Franciſcus Aretinus conſ.ſuo* 23.*num.* 7. *cum ſeq.* vbi etiam quando probent,latiſſimè differit.

2 Pro pleniori autem elucidatione huiuſce difficultatis. An,& quando verba enunciatiue appoſita in priuilegijs, vel reſcriptis pontificijs plenè diſponant, ac probent, rem paucis perſtringendo cum *Imola.in d.leg. ex hac ſcriptura n.*8.ac alijs,ita arbitror diſtinguendum.

3 At ſuper his verbis in aliquo reſcripto, vel priuilegio prolatis fundatur ipſius Pontificis reſcribentis intentio, aut non.

4 Si primo, pleniſſimam ex ipſis probationem induci compertiſſimum eſt,ad notata *in clement.*1. *de priuilegijs in* 6.*ſequitur Socin.iun.in dict.l.ex hac ſcriptura, num.*63.*in*
5 *fine,& ante eum Imol.præcitato,nu.*6. qui etiam ſubdit, quod ſi facto ipſius Pontificis tractetur, adeò efficax ex illiſmet verbis oritur probatio, vt nec contrarium probari directè minimè poſſit, ſin autem de alieno, eoſque reſultet probatio, donec contrarium probetur, vt in clem.litteris,de probationibus.

6 Sin autem ſecundo, nec diſpoſitionem, aut probationem ex ipſis emanare conſtat inter omnes.Sic inter alios *Imola,præcitato num.*8.*Soc.iun. d.num.*63. *Vide Bart.in d.l. ex hac ſcriptura,nu.*15.*& ibi addentes in lit.B.*

7 De hac eadem materia omnium latiſſimè,ac elegantiſſimè differuit *D.Alexander Trentacinquius,poſt hæc edita viſus. Variarum reſolut. lib.*1. *tit.de Verborum ſignificatione, reſolut.*2. *à numero* 7. *vſque ad* 12. *incluſiuè, eundem conſulas. Addas etiam Rogerium in d.l.ex hac, numer.* 105. *cum ſeq.*

## An verbis enunciatiuis in reſcripto emanatis ſtetur, & quando.

## QVÆSTIO XLIII.

PRo reſolutione vide Corneum,*conſ.ſuo* 22.*n.*5. *in* 3.*& Rogerius,in d.l.ex hac,n.*103. *cum ſeq.*

## An poſita in libris Mercatorum fidem faciant.

## QVÆSTIO XLIV.

REſpódeo,quod qualem qualem præſumptionem faciunt,ac inducunt:ita *Soc.ſen.conſ.ſuo* 96.*nu.*3. *in* 4.

An autem, & quando liber rationum ipſorum Mercatorum probet, latè diſſerit inter cæteros *Maſcard. concluſ.ſua 976. in 1. vide per eum*, & nos omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè, *in tract.noſtro de ſcriptura priuata,lib.4. c.21.cum ſeq.*

De materia ſupradictæ quæſtionis, latè diſceptat *Dom. Conſtantius Rogerius,in d.l.ex hac,n.79.cum ſeq.ipſius ſcripta lector perlegat.*

## An verba enunciatiua probent quo ad Emphyteuſim.

### QVÆSTIO XLV.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua minimè probant quoad Emphyteuſim. Exemplum ibid.Et ratio.*
2 *Declaratur, & num.3.*
4 *Limitatur,& num.5.& 6.*
7 *Inſtrumentum inter alios factum an proſit mihi, & an probetur fundus eſſe Emphyteuticus ex inſtrumento inter alios celebrato?*
8 *Author cum Mandello ſentit pro affirmatiua,& n.25.*
9 *Ponderatur text.in l.deſiderium, C.depoſit.*
10 *Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata, & veritas apparens.*
11 *Et in dubio illo ſtandum eſt.*
12 *Habens pro ſe inſtrumentum dicitur habere intentionem fundatam.*
13 *Inſtrumentum facit rem notoriam, ſicut ſententia.*
14 *Illud, quod apparet per inſtrumentum, dicitur certum, & manifeſtum.*
15 *Quædam opinio Bartol.deducitur,quæ eſt communiter recepta num.19. Sed tamen contraria eſt verior, num.26.*
16 *Confeſſio facta abſente parte,nil probat. Declaratur, numer. 27.28.& 29.*
18 *Enunciatiua verba prolata inter alios,& confeſſio facta abſente parte plenè probat dotem in fauorem mulieris abſentis,& vide nu.30.*
19 *Ius ſpeciale in vno caſu arguit ius commune in contrarium.*
20 *Notarius debet eſſe rogatus, ad hoc vt inſtrumentum ab ipſo factum in fauorem producentis probet, & numer.21. & 22.*
23 *Adducitur quædam doctrina Gramatici, quæ perpenditur, & num.trigeſimo ſecundo,trigeſimotertio, trigeſimoquarto,& trigeſimoquinto.*
24 *Res inter alios geſta minime probat quoad eos,qui non interuenerunt.*
*Declaratur,numero 36.37.38.39.& 40.*
41 *Quidquid inſtrumento reperitur ſcriptum, à notario de voluntate, & mandato ipſarum partium præſumitur appoſitum.*

AN Verba enunciatiua probent quo ad emphyteuſim: Verbi gratia inquit Sempronius Mæio. Dono tibi iura mea directa, quæ habeo in fundo Titiano, vtilia enim iam habes, quia alias ipſum fundum accepiſti a Caio in emphyteuſim. Hæc enim verba procul dubio ſunt enunciatiua, cum ita olim factum nuncietur ad tradita per *Menochium poſt Caſtr. & Crauett. conſil. ſuo 147. numer.6.in 2.*

1 Et non probare pro regula firmato. Vide *Marcum deciſ.ſua 615.vol.1.*

Ratio autem mea ſententia,vltra alios,ea poteſt eſſe, nam verba enunciatiua nunquam probant, vbi opus eſt ſcriptura, *Gulielm. Redoan. de Rebus eccleſia non alienan. Rub.trigeſimo,caſu 8. numero 9.*

Sed in contractu emphyteutico requiritur pro ſubſtantia ſcriptura, gloſſa, & *Doctor. omnes in lege 2. Codice de iure emphyt. Ampliſſimè Maſcard. concluſione ſua 603.per totam.*

Quinimo requiritur publicum inſtrumentum latè poſt alios *Clariſs.Menoch.conſilio ſuo 708.numer.2.& 3.in 8.*

2 Declaratur autem regula illa principalis, vt præcipuè procedat,vbi principaliter diſputari contingeret de ipſo enunciato videlicet, an reuera Mæuius fundum illum à Caio in emphyteuſim accepiſſet, necne ad textum in *auth.ſi quis in aliquo,C.de edend.*

3 Amplia, vt hoc procedat etiam quo ad ipſo enunciantes, quoad eos enim hæc verba minimè probarent fundum illum Mæuio fuiſſe in emphyteuſim conceſſum, ſi de hoc principaliter inter eos diſputari contingeret.

4 Limitatur autem hoc quo ad inducendam ſaltem aliqualem præſumptionem, cui ſtatur non oſtenſo contrario.

5 Limitatur ſecundo principaliter, quando eſſemus in antiquis, & in aliquo inſtrumento enunciaretur fundum illum Mœuio a Caio datum eſſe in emphyteuſim.

6 Limitatur tertio quo ad ipſummet Sempronium enunciantem, contra enim ipſum vtique illa verba probarent.

7 Sed pulchra hic ſuſcitatur quæſtio. Celebratur, pone,quoddam inſtrumentum inter Mæuium, & Pamphylum,& in eo reperitur enunciatiue inſertum, me accepiſſe fundum Titianum a præfato Mæuio in emphyteuſim. Dubitatur, inquam, an probetur ille fundus emphyteuticus ob talia verba inſerta in illo inſtrumento inter alios celebrato, & ſubinde poſſim ego aliquo temporis tractu ex iam dicta enunciatione iuuari?

8 In huiuſmodi difficultate conſultus *Mandel. Albenſ. inter alios reſpondit pro affirmatiua, vt videre licet ex eius conſilio 425. numero final.cuius ſententiæ*, & ego lubens ſubſcribo. Quinimmo intrepide teneo fundum illum ex hac confeſſione emphyteuticum plenè, ac ſufficienter probari.

9 Ad hoc autem aſſerendum moueor ex notabili textus in lege Deſiderium, Codice depoſiti, quem etiam alias conſiderauimus, vbi per inſtrumentum celebratum inter te; & Titium; in quo continetur quod ei mutuo dediſti centum, quæ penes te depoſueram, plenè probatur depoſitum inter me,& cætera. Sequitur *Franc.Crem.ſingulari ſuo 104.*

10 Secundo loco conſidero, quod abſque difficultate per illa verba inſerta in illo publico inſtrumento probatur fundum illum eſſe emphyteuti cum inſtrumentum enim publicum dicitur probatio probata, & veritas apparens *Oſaſchus deciſ. 72.& 117. Ioſeph.Lud. deciſion. Luc.54. & Peruſina 50. Grammatica deciſione quaranteſima quinta numer.9.& deciſione 193.*

11 Et ideo in dubio illi ſtandum eſt. *Oſaſchus deciſione 117.Mar.quæſtione 51.Ferral.deciſione 421.p.2.*

12 Hinc prouenit, quod habens pro ſe inſtrumentum dicatur habere intentionem ſuam fundatam, *Rota Genuenſ.deciſ.122.*

13 Inſtrumentum enim facit rem notoriam, eadem *Rota deciſione 209.Mar.quæſt.51.par.1. Sicut ſententia Vincent. de Franch.deciſione 276.par.2.*

14 Et illud, quod apparet per inſtrumentum, dicitur certum, & manifeſtum: *Grammatica deciſ.45.numer. 11.& deciſ.163.Rota Genuenſ.deciſ.213.*

15 Obijcitur quædam doctrina *Bartol. in leg. Admonendi, ff. de iureiurando, ibi enim Bart.ſub numer.32.* talem facti ſpeciem decidit. Duo fratres diuiſerunt inſimul quandam hæ-

hæreditatem, puta, Mæuij, & inſtrumento diuiſionis continetur, quod vnus reſtituit alteri centum, quæ ille mutuo acceperat à Sempronio. Quærit ibi *Bart.* an illud inſtrumentum plenam fidem faciat ad fauorem Sempronij? & negatiuè reſoluit.

16 Rationem autem adducit, quia confeſſio facta abſente parte nihil probat, *lege fin. de interrog. actionibus, & lege ce tum, §. ſi quis abſente, ff. de Confeſſ.*

17 [r]Sequutus eſt hanc deciſionem *Bart. Curtius iun. inter alios, in d. l. admonendi, numer. 137. cum ſeq. Iacob. Petrus de Ptolomæis ibidem, num. 70.* & de communi atteſtantur addentes ad eundem *Albenſ. cit. conſ. 425. in litt. B.*

Addo *Dec. conſ. ſuo 407. nu. 4. & 5.* vbi pro comprobatione opinionis eiuſdemmet Bart. duo alia fundamenta deducit, primum tale eſt.

18 Speciale videtur in dote, quod verba enunciatiua prolata inter alios, & confeſſio facta abſente parte plene probent dotem in fauorem mulieris abſentis, vt tradit idem *Bart. conſ. ſuo 123. cum concordantibus alias deductis.*

19 Si ſpeciale eſt in dote, ergo in contrarium erit ius commune, *l. 1. ad Municipalem*, & per conſequens fundus iſte non probatur emphyteuticus.

20 Secundo ſic arguit. Ad hoc vt inſtrumentum valeat, & fidem faciat, ſi proferatur ab aliquo, de neceſſitate requiritur, quod notarius ab ipſomet producente fuerit rogatus, §. nos autem, & ibi *gl. in auth. de Tabell. notat. Bart. in auth. ſi quis in aliquo, nu. 8. Cod. de edendo,* vbi inquit, quod ſcriptura publici notarij, non facit fidem niſi in eo, de quo rogatus ſit à partibus allegat *dict. §. nos autem.*

21 At in noſtra facti ſpecie Notarius per me minimè fuit rogatus, ergo illud inſtrumentum celebratum inter Mæuium, & Pamphylum nullo modo probabit ad fauorem mei fundum illius Titianum eſſe emphyteuticum.

23 Adducitur quarto loco quædam *doct. Fram. deciſ. ſua 59. num. 9.* is enim docet, quod ſi quis fateatur ſe debitorem aureorum decem, prout in tali inſtrumento conſtat, ſi in eo non conſtet de debito, ſibi non nocebit præfata confeſſio; ergo idem concludendum eſt in caſu noſtro, videlicet quod ob illam enunciationem factam in inſtrumento, quod ego accepi fundum illum in emphyteuſim à Sempronio, fundus ille minimè probetur emphyteuticus, ſi aliter non conſtet.

24 Obijcitur vltimo loco vulgatiſſimum illud Axioma, quod res inter alios geſta minimè probat quoad eos, qui non interuenerunt, toto titulo Res inter alios geſta, *& l. ſæpè, de re iud.*

25 His tamen minimè obſtantibus à priori ſententia, quam etiam ſequuti fuimus *ſupra q. 1. nu. 17. cum ſequent.* recedendum haud arbitror.

Nec officiunt contraria.

26 Ad primum enim Reſpondetur opinionem contra Bartolum veriorem eſſe: eam enim ſequuti ſunt communiter *Doct. in d. l. Deſiderium, vbi eſt tex. clariſs. C. depoſit. & in ſpecie Baldus, & Salicetus.*

Nec officit illa iuris regula per eumdem Bart. deducta, videlicet, quod confeſſio facta abſente parte nil probat.

27 Reſpondetur enim illam regulam fallere, quando confeſſio principaliter non emanat ad obligandum confitentem alteri, ſed tantummodo ad probandum, ex qua probatione abſenti acquiratur obligatio. Sic poſt multos relatos contra opinionem eiuſdemmet *Bar. prænotato loco, limitat præciſè Gabr. lib. 1. ſuarum concluſ. tit. de Confeſſ. concl. 1. n. 51. Sequutus eſt Maſc. concl. ſua 347. nu. 31.* cum quinque ſequentibus, vbi etiam poſt Curtium docet, quomodo cognoſcatur confeſſio facta ad aliquem obligandum principaliter, & ad aliquid probandum iam factum. Et inquit, vt tunc dicatur confeſſio ad obligandum principaliter, quando verba confeſſionis ſunt obligatiua de præſenti, quando autem ſunt enunciatiua de præterito, dicatur confeſſio facta principaliter ad aliquid probandum.

28 Sed in caſu noſtro per illam enunciationem factam in illo inſtrumento celebrato inter Mæuium, & Pamphylum: Mæuius proferens in nihilo obligatur, ſed dumtaxat probatur fundum illum Titianum eſſe emphyteuticum, ergo, &c.

29 Aliter etiam ad hanc eandem regulam fuit reſponſum in hoc *eod. lib. q. 1. num. 22. cum ſeq.* ad ibi dicta lectorem remitto,

30 Non officit ſecundo loco primum fundamentum Decij; Reſpondetur enim negando conſequentiam, licet enim confeſſio facta abſente parte plenam probationem inducat ad fauorem mulieris abſentis, ſi cauſa dotis tractetur, prout etiam poſt alios concludit *Maſcard. d. concl. 347. num. 95.* Non ſequitur propterea, quin eadem quoque regula fallat, prout ſupra vidimus. Eas enim limitationes ad ſupradictam regulam poſt alios deducit idem Maſcardus, Gabr. & alij.

31 Minus efficit ſecundum. Reſpondetur enim illum notarium à partibus principalibus fuiſſe rogatum, quod ſat eſt, & quidquid in inſtrumento reperitur ſcriptum de voluntate, & ex mandato ipſarum partium præſumi ipſummet notarium appoſuiſſe: *gloſs. & Doct. in leg. ſciendum, verſ. ſolemniter, ff. de verbor. obligat. Maſcard. concluſ. 1104. numer. 1.*

32 Nec dicatur, quod illud inſtrumentum inter illas partes celebratum non probat reſpectu tertij, reſpondetur enim id falſum eſſe ob ſupradicta, & præcipuè per *text. in dicta lege Deſiderium.*

Ad traditionem Grammatici reſpondetur nos eſſe in diuerſis terminis, ideo enim in caſu ſuo, ſi non conſtat de debito, proferenti non nocet illa confeſſio.

33 Tum quia inſtrumentum mentionem faciens de alio,
regulariter non probat, niſi illud inſtrumentum profera-
tur vulgatiſſimus eſt tex, in authentica. Si quis in aliquo,
*C. de edendo. Pulchrè poſt alios Maſcard. concluſione ſua*
34 *924. numer. 1.* cum etiam quia tractatur ibi de obligando
proferentem ad ſoluendum illud, quod faſſus eſt ſe
debere.

35 In caſu autem noſtro agitur dumtaxat de inducenda probatione, quod ille fundus ſit Emphyteuticus, non autem de aliquo obligando; ergo non mirum, ſi diuerſum ius ſtatuitur.

36 Ad vltimum reſpondetur; quod illa regula procedit, quando ageretur de aliquem obligando, quod non contingit in caſu noſtro, vbi ſolum tractatur de probando fundum illum eſſe Emphyteuticum.

37 Vel dic, quod res inter alios geſta ſemiplenè ſaltem probat quoad alios, ſic inter ceteros *Maſcard. concluſ. ſua 1373. num. 3. per totam.*

38 Reſpondetur, & tertio ſecundum *Albenſ. conſ. ſuo 276. num. 7 in 2.* quod res inter alios acta non probat quo ad tertias perſonas, pro quibus veriſimiliter non fuit facta enunciatio.

39 Secus autem, ſi eorum vtilitate euidenter contineat vſque ab initio, nam tunc probat pro eis, & ſuccedit regula, quod actio cenſetur acquiri illis perſonis, ad quas dirigitur effectus, quamuis non ſint expreſsè nominatæ, *l. fideicommiſſa, §. interdum, de leg. 3. & l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de leg. 1.*

40 Quæ regula habet etiam locum in contractibus, vt tradit *Dec. conſ. ſuo 407. expreſſe Bart. in d. §. interdum, &c. Et hec ſatis.*

Latius autem de materia videndi *Franc. Cald. de iure emphytent. & præcipuè, lib. 2. q. 1. num. 33.* vbi an huiuſmodi verba enunciatiua ſufficiant ad nominationem emphyteuticam inducendam, elegantiſſimè diſceptatur.

## An verba enunciatiua, quod aliquis ſit in poſſeſſione, probant intruſionem in materia attentatorum.

## QVÆSTIO XLVI.

COnclusio in hoc caſu ſit negatiua. Sic præcisè poſt alios *Lancellot.de Attent.parte 3.c.26. num.* 70. vbi ſubdit in vna Maſſanenſi Baroniæ *coram Dom. Oradino* 5. *Nouembris* 1565. ita fuiſſe deciſum; tentum enim fuit ibi, quod per inſtrumentum inueſtituræ Caſtri, ſuper cuius Baroniæ lis pendebat, in quo enunciatiuè dicebatur, quod is qui petebat inueſtituram, erat in poſſeſſione dicti Caſtri, non probatur intruſio. Quibus autem modis, quem intruſum eſſe regulariter præſumatur; videndi *Maſcard. concluſion.ſua 937.per totam vide per eum.*

## An liber Chronicorum deſcriptus per verba enunciatiua fidem faciat.

## QVÆSTIO XLVII.

REſpondeo negatiuè. Sic poſt Felinus docet in terminis *Maſcard.concl.ſua 287.nu. 9.*

Contrarium tamen tenuit poſt Mileum, in ſuo repert. *Decian.ac alius Clar.D.Hector. Felin. alleg. ſua iur.161.nu. 8.parte 2.*

Sed à priori ſententia minimè recedas.

Quam tamen limita, quando eſſemus in antiquis, & liber ipſe eſſet approbatus, nam tunc fidem faceret, ita pulchrè poſt alios *D.Decian.conſilio ſuo 21.n.29.vol.3.& hæc ſatis. Addo Cl.D.Martam, voto ſuo Rotæ Piſanæ 210.n,* 2. vbi infinitos alios allegat.

An autem ipſarum chronicarum, & hiſtoriarum exemplum regulariter fidem faciat, cum non ſit præſentis ſpeculationis, adeundus idem *Maſc.dict.concl.287. per totam, vbi pulchrè, & Cl.D.Decian.conſil.19.nu.80.in 3.*

## An & quomodo per verba enunciatiua benemerita probentur.

## QVÆSTIO XLVIII.

HVic difficultati adeo doctè, clarè, & eleganter ſatisfacit more ſuo Clar. vir, & numquam ſatis laudatus *D.Maſcard.concluſ.ſua* 184. vt nil procul dubio addi, aut imminui poſſe videatur. Ad eum itaque ne aliena mihi aſcribere videar, & ab eo relata abſque vtilitate repetam in præſenti, lectorem beneuolum remitto.

---

## An dominium probetur regulariter per verba enunciatiua.

## QVÆSTIO XLIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Per verba enunciatiua, cum non diſponant nec probent, non probatur regulariter dominium.*
2 *Dominium nec probatur per inſtrumentum. Et præcipuè contra tertium.*
3 *Exemplum.*
4 *Dominium probatur per verba enunciatiua in antiquis.*
5 *Item per inſtrumentum in Antiquis quod declaratur. num.6.*
7 *Dominium probatur in fauorem illius, cuius res illa enunciatur eſſe, per hæc verba quoad aliqualem præſumptionem, quæ quidem operatur, donec probetur contrarium.*

1 QVæritur an Dominium regulariter per hæc verba probetur. In huiuſmodi difficultate, ne lectorem diutius morer, concluſio ſit negatiua, cum enim iſta verba diſpoſitionem: aut probatione minimè inducant, vt ſuperius loco ſuo abundè docuimus, per eadem quoque dominium non probari apertè conſequitur. Sic præcisè poſt alios, *Pariſ.conſ.ſuo* 104. *num.*5. *vol.* 1. Et ſequitur *Maſcard.d concl.ſua 651.nu.2.*

2 Adde dominium ipſum nec etiam probari per inſtrumentum, prout obſeruarunt ſcribentes, in *leg. cum res, Cod.de probat.& firmat pro regula Maſcardus dicta concluſ. ſua* 541.

Et præcipuè quando agitur contta tertium, vt ſubdit idem *Maſcard.ſub nu.*17.

3 Exemplum autem tale poteſt eſſe. Enunciatur in quodam inſtrumento me à Sempronio conduxiſſe talem domum ſuam, certè hoc in caſu non probatur per iſta verba Sempronium eſſe dominium prædictæ domus. Sequitur hoc idem ipſemet *Maſcard.concl.ſua 846.nu.8. & 9.*

4 Fallit autem præmiſſa concluſio in Antiquis in ipſis enim per hæc verba dominium rectè probatur ſic præcisè *Pariſ.d.conſ.*104.*nu.*48.& 116.

5 Et quod per inſtrumenta in antiquis dominium rectè probetur, latè inſiſtit *D.Maſc.d.concl.*141. *numer.*12. *cum ſeqq.* vbi quoque qualiter intelligatur, declarat, & nos tetigimus, *ſupra lib....cap....num....*

6 Aduerte tamen quod ſi ſunt enunciatiua vnius tantum inſtrumenti inter alios celebrati, dominium ipſum per eadem minimè probatur, maximè in graue præiudicium alterius. Sic eleganter poſt alios *D.Farin. deciſ. ſua* 23. *nouiter nouiſs.p.7.num.3.*

7 Coarctatur ſecundo principaliter quo ad aliqualem præſumptionem, quæ in fauorem ipſiuſmet Sempronij, donet probetur contrarium, promanat. Sic apertè monuit poſt *Decium, Afflict.& alios idem Maſcard. dict. concluſ.546.num.*10. *Satis.*

## An verba enunciatiua arbitrorum noceat compromittentibus.

## QVÆSTIO L.

REſpondeo pro negatiua, & maximè, quando arbitrarentur de illis, de quibus diſponere minimè poſſent. Sic præcisè docet inter alios *Paul. de Caſtr. conſilio ſuo 139.num.4 in primo, adde D.C.Seraphin. deciſ.ſua* 554. *numer.*1.

## An vbi iuramentum ſuper verbis enunciatiuis eſt interpoſitum, admittatur probatio in contrarium ſub prætextu erroris cæpti.

## QVÆSTIO LI.

*SVMMARIVM.*

1 *An vbi iuramentum ſuper verbis enunciatiuis eſt interpoſitum, admittatur probatio in contrarium necne, ſub prętextu erroris cæpti, digladiantur interpretes.*
2 *Bart. ſentit pro negatiua.*
3 *Fundamenta pro hac parte, & n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Erroneum iuramentum repellere iurantem ab allegatione erroris, tradiderunt quamplurimi.*
12 *Pariſ. & Soccin. iun. diſſentiunt à Bart. & tuentur affirmatiuam.*
13 *hæc opinio placet Authori.*
14 *Media, quibus fundatur hæc opinio, & num. 15. 16. 17. vſque ad 35. incluſiuè.*
36 *Reſoluuntur contraria, & num. 37. 38. vſque in finem.*

1 AN vbi iuramentum ſuper his verbis eſt interpoſi-
tum, admittatur probatio in contrarium necnè ſub
prætextu erroris cæpti: non eſt eadem omnium ſcriben-
2 tium ſententia *Bart. in dict. leg. ex hac ſcriptura, ſub numer.*
*12. de donationibus*, ſentit apertè pro negatiua, adducit *gl.*
*in l. rationes, Cod. pe probat.*
3 Præterea conſiderat hoc procedere, non quia erro-
neum iuramentum liget; ſed quia qui iurat, vult valere a-
ctum omni meliori modo, quo poteſt, *iuxta l. cum pater, §.*
*filius matrem, de leg. 2. addo Cl. Peregr. conſ. ſuo 8. nu. 44. in 1.*
4 Suffragatur tertio vulgata illa iuris regula, quod iura-
mentum ſemper ſeruandum eſt, niſi vergat in diſpendium
ſalutis æternæ, *c. cum contingat, de iureiurand. cum ſimilibus*
5 *per nos deductis ſupra lib. 1. q. 3. n. 21.* Quarto accedit rece-
pta iuris concluſio tradita per *Clariſs. Maſcard. concluſ. ſua*
*642. numer. 8. & 9.* vbi docet regula errorem non poſſe
probari probando rem aliter ſe habere, quando interue-
nit iuramentum, & exemplificat in minore: Si enim mi-
6 nor præſtito iuramentum eſſeruerit ſe maiorem, nullo
modo poteſt admitti ad probandum, quod per errorem,
& ignorantiam id aſſeruit maximè probando veritatem
eſſe ſe minorem extitiſſe; adducit *DD. omnes in leg. 3 C.*
7 *ſi minor ſe maior dixer. & Pariſ. conſ 97. numer. 81. vol. 1.*
& ratio eſt ſecundum eum, quia emergit præſumptio iu-
ris, & de iure rem ita ſeſe habere, prout iuratum fuit, con-
8 tra quam præſumptionem non admittitur aliqua proba-
tio: Cui rei ex eiuſdem ſententia, & illud fauet: nam
quando apponitur iuramentum, præſumitur conſulto,
& non fortuito ad illud accedere; ſecundum *Alex. Pariſ.*
*ac alios, quos ipſemet Maſcard. deducit.*
9 Quinto confert in ſimili maximopere, quod iuramen-
tum habet vim clauſulæ, (ex certa ſcientia,) quæ ſimiliter
impedit poſſe allegari, errorem, *leg. ſed, & ſi quis, §. final. ſi*
*quis caution. Bart. in l. ſi dari de verb. obligat. Alex. conſ. 42.*
*vol. 1. & Dec. in l. in totum omnia, n. 14. de reg. iur.*
10 Et ideò dicitur, quod ſi per maiorem vendentem iura-
tum fuerit, etiamſi deceptus vltra dimidiam, nec certifica-
tus fuerit de beneficio, *leg. 2. Cod. de reſcindenda venditione,*
non poterit allegari error, quamuis alias iuris error ne-
mini in damnis euitandis ſoleat nocere, vt in *leg. error de*
*iur. & fact. ignor.* & hoc propter iuramentum, ex cuius
priuilegio, & virtute cenſetur *dict. leg. renunciaſſe*, *vt per*
*gloſs. Bart.* & alios ibi communiter, notatur per ſcriben-
tes in cap. pen. de emption. & venditione; infinitos de hoc
concordantes deducit *Seraphin. de priuil. iuramenti, priuil.*
*90. num. 3.*
11 Et huic ſententiæ, quod erroneum iuramentum adeò
liget iurantem, vt ab allegatione erroris excludatur, ſub-
ſcripſere omnes infraſcripti: *Pariſ. d. conſil 97. num. 82. &*
*83. Neuiz. conſ. 49. num. 35. Siluan. conſ. 57. num. 65.* & om-
nium pulcherrimè, & elegantiſſimè *Seraphin. dict. priu. 90.*
vbi quoque hanc opinionem ita demum procedere in-
telligit, parte opponente, ac proteſtante, ac etiam ab ad-
miſſione ipſam ad probandum appellante, & latius, vt
per eum, quem vt lector beneuolus conſular, rogatum
volo.
12 Non defuere tamen qui in propoſita ſupra difficultate
contrariam, vti veriorem, ac æquiorem tutati ſunt opi-
nionem, inter cęteros autem adſunt *Card. Pariſ. in d. l. hac*
*ſcriptura, nu. 40. & Soc. iun. num. 57.*
13 Quorum ſententiæ, & ego lubens ſubſcribo. Moueor au-
tem infraſcriptis iuris rationib.
14 Et primo ſic. Error poteſt probari probando rem ali-
ter ſe habere, & huiuſmodi probatio a iure tanquam æ-
qua, & rationabilis admittitur, notatur in *leg. cum de inde-*
*bito §. 1. & 2. C. de probat. in l. error, C. de iur. & fact. ignor. in*
*l. de ætate, §. qui iuſto, de interrog. act. & in leg. ſi poſt diuiſio-*
*nem, vbi Caſtrenſ. numero ſecundo, & Iaſ. numer. 32. Cod.*
*eo. iur. & fact. ignor.*
15 Et iure merito, quia ſi aliter diceretur, ſequeretur,
quod errantes remanerent decepti, cum tamen illis ſub-
ueniendum ſit vulgata, *l. in cauſæ la 2. de minor.* & quod
magis eſt ſine conſenſu obligarentur, immo contra ex-
preſſam ſuam voluntatem, cum nihil magis ſit hominum
16 conſenſui contrarium, quam error, *Addo, leg. ſi per erro-*
*rem, de Iuriſd. omnium iud. & l. cum teſtament. iuncta l. non*
*idcirco. C. de iur. & fact. ign. Addo Clariſs. Maſc. d. concl. ſua*
17 *642. numer. primo, & D. Carol. de Graſſ. de except. exceptio-*
*ne 8.* vbi ob ſupradicta firmat pro regula. Statutum reij-
ciens omnes exceptiones non reijcere exceptionem
erroris.
18 Cum itaque verba enunciutiua ex propria ſui natura
non ſint apta ad diſpoſitionem inducendam, quia ob cau-
ſam diſpoſitionis prolata minimè cenſentur ad tradita
19 per nos ſupra *lib. 1. q. 3. numer. 1.* iurata tamen diſponant,
auth. quod obtinet, *C. de probat. & nos latè docuimus, ean-*
*dem q. 3. numer. 13. cum multis ſeqq.* neque poſſit iuramen-
20 tum, ſi erroneè prolatum ſit efficere, vt tunc ipſa di-
ſponat, veluti poſt eundem *Bart. concludit Socin. iun. in d.*
*l. ex hac ſcriptura nu. 47. argum. text. in leg. 1. in fin. C. de falſ.*
*cauſ. adiect. legat. & l. fin. qui ſatiſd. cogan. cum ſimilib.*
21 Sequitur concludendum, vt error probetur, & ne obli-
gatio, ac diſpoſitio contra voluntatem iurantis induca-
tur, contra huiuſmodi iuramentum probationem admit-
tendam eſſe.
22 Secundo mouet me talis ratio: Vbi iuramentum metu,
ac vi extortum eſt, abſq; dubio nil operatur, nec obligat,
*cap. 2. extra de iur. cap. quamuis, extra de pactis*, & tamen
23 aliquo pacto concurrit voluntas, ac conſenſus ipſius iu-
rantis, quia huiuſmodi coacta voluntas aliquo modo vo-
luntas eſt, *l. ſi mulier, §. ſi mutu*, Quod metus cauſa, *& l. qui*
*ita, in princ. ad Trebell.*
24 Si ſic eſt, ergo à fortiori minus operabitur, quando in
totum deficit conſenſus, prout eſt, ſi erroneum fuit ergo
probetur error, & ne obligatio, & diſpoſitio contra vo-
luntatem iurantis, inducatur concludendum eſt; contra
huiuſmodi iuramentum probationem fore admittēdam.
25 Tertio ſuffragatur huiuſcemodi conſideratio. Quo-
tieſcumque iuramentum per claras, ac in dubias proba-
tiones redditur falſum, tunc abſque dubio ſtandum eſt
ipſis probationibus, vt pluribus, & iuribus, & authoritati-

bus omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè firmatur *Clariſs. Maſcard.de probat.concl.ſua* 955.*num.*1. Nec ſanè mirum, cum enim iuramentum ſit probatio irregularis, debet vtique cedere potentiori probationi, quæ poſtmodum ſuperuenit, ad *l.cum de indebito, de probat. & tradit poſt Decium, & alios idem Maſc.præcitata concl.nu.*2.

26 Si ſic eſt, ergo idem concludendum eſt in caſu noſtro, videlicet admitti poſſe probationem contra iuramẽtum erroneè prolatum ſuper dictis verbis enunciatiuis.

27 Quarto poteſt adhuc conſiderari talis ratio. Iuramentum regulatur ſemper ſecundum naturam actus, ac diſpoſitionem verborum, ſuper quibus interponitur, quia intelligatur eſſe eiſdem naturę cuius eſt primordialis diſpoſitio; pulcher eſt caſus in *leg. fin. C.de non numerata pecun.* vbi exceptio non numer. pecunia, cõpetens intra biennium, nihilominus competit, etiamſi ſuper confeſſione chirographaria iuramentum fuerit interpoſitum. Addo poſt *Decian. & Seraph.de priu. iuram. Honded.conſ.ſuo* 50. *num.*32.*volum.*1.

28 Sed in caſu noſtro iuramentum eſt interpoſitum ſuper verbis enunciatiuis, contra quæ regulariter admitti probationem erroris receptiſſimum eſt, prout eſt *text. expreſſus in leg* 1.*C.de falſ.cauſ. adiect.leg.* ergo etiamſi ſuper ijs verbis fuerit interpoſitum iuramentum, probatio ipſius erroris erit admittenda.

29 Accedat etiam, quia ſi error eſt in ipſo actu, ergo, & in iuramento, quia quando vnum dependet ab altero. Sicut iuramentum ab actu: tunc idem dicitur de ſecundo, quod de primo, vt ampliſſimè tradit poſt *Calcan. & alios Seraphin.de priuilegijs iuramenti, priuileg.*64. *numero ſexto & ſeptimo*.

30 Et dixit idem *Calcaneus in conſ.*17.*numer.*6. quaſi circa finem, quod vbi renunciatio præſumitur erronea, eodem modo, & quietatio, igitur ſi contra verba enunciatiua admittitur regulariter probatio erroris, ergo illud idem concludendum eſt: etſi interceſſerit ipſum iuramentum.

31 Suadetur ſexto, & fortius; nam iuramentum de natura minimè procedit, quando non habet illos tres comites, ſcilicet, iuſtitiam, iudicium, & veritatem, *c.animaduertendum* 32.*q.*2.*Affl.deciſ.*80.*num.*5.*c.* etſi Chriſtus de iureiurando, cum ſimilibus.

32 Sed quæ iuſtitia eſt, vt quis errans iureiurando obligetur? minus cum *Calcan. d.conſ.*17.*num.* 8. in ipſo errante ineſt veritas, atque iudicium, ſcilicet, conſenſus: quia nil tam contrarium veritatis, ac conſenſui, quam error, *l.*2.*in princip.de iudicijs cum concordantibus deductis Rol. à Valle, conſ.ſuo* 13.*num.*2.*vol.*1.

33 Quinimo ſi iuramentum ipſum poſſet operari contra veritatem, eſſet iniquitatis vinculam contra ſui naturam, iuxta; *cap.quanto de iureiurando, & c. inter corporalia,*24.*quæſt.*4.

34 Adde quod iuramentum non poteſt ſupplere defectum conſenſus *vulg.leg.fin. C.de non numer. pecunia, vbi omnes, & dixit Soccin.in conſil.*40.*num.*5. *cum duobus ſeqq. vol.* 1. quod iuramentum præſtitum per errorem non o-
35 bligat, & ideo ibi concludit, quod ſi quis promiſit cum iuramento illud, quod omni iure erat indebitum, per errorem, quod ad iuramenti obſeruantiam minimè tenetur quia inter alia iuramentum ipſum debet habere iudicium *d.c.& ſi Chriſtus de iureiurando, & ſupra diximus.*

Et hac opinione contra Bart. & alios in huiuſmodi difficultate retenta non officiunt contraria.

36 Ad primum enim, & ſecundum de facili reſpondetur, dico enim, quod procedunt dummodo adſit voluntas, & & conſenſus diſponendi, eo enim intercedente actus geſtus conſeruatur omni meliori modo, quo poteſt, quia ſic creditur iurantem voluiſſe: ex quo conſtat eum, diſpoſitioni conſenſiſſe, & ita loquitur *dict.* §. *illius matrem*, vbi teſtator omnino diſponere voluit, & intelligitur *gloſs.deducta per Bart. in dict. leg. rationes*.

37 Sed in caſu noſtro propter errorem ceſſat conſenſus, & voluntas diſponendi, vt ſupra dictum eſt: ergo.

38 Et eodem modo reſpondetur ad tertium videlicet ad regulam *dict.cap.cum contingat*. Seruari enim debet iuramentum, niſi vergat, & cap.dummodò iurans ab initio obligationi, & diſpoſitioni conſenſerit, quod non cadit in errantem per prędicta; Sic præciſè *Pariſ.& Socinus iun.memoratis in locis*.

39 Ad quartam reſpondetur opinionem Maſcar. controuerſiam admodum eſſe, & contrariam ſententiam veriorem, & æquiorem, & ipſam ſequuti ſunt Rolandus à Valle, inter cæteros, *conſilio ſuo* 13.*numer.*30. *cum ſequent. vol.*1. vbi omnium pulcherrimè, & elegantiſſime *Hyppol. Rimin.conſil.ſuo* 23.*nu.*102.*cum ſeqq vbi latiſſimè, & prius conſ.ſuo* 5.*numer.*146.*&* 147.*& ante hos Dec.conſ.ſuo*350. *vol.*2.*Addo erudit.Vincent.Mancin.de iurament.p.*4. 1.*effectu,q.*9.*& effectu* 39.*vbi plures alios cõcordantes deducit.*

40 Nec officit, quod ipſe exemplificat de minore. Reſpondetur enim illud quidem procedere, quia minor ille iurans voluit obligationi, & diſpoſitioni conſentire, quod in errantem minimè cadere adeo notum eſt, quod notiſſimum.

41 Præterea dico quod vbi conſtat de minori, ætate, confeſſio, & aſſertio maioris ætatis quamuis iurata poteſt reuocari, & qui iuramentum non impedit illius reuocatio-
42 nem, quia veritas erroribus geſtorum non vitiatur, *lege illicitas,*§.*veritas,ff.de offic.præſid.* & veritas ſemper valet, ſemper vincit, & viuit in æternum.*c.conſuetudo* 8.*diſtinct.*

43 Item iuramentum habere tres comites veritatem iudicium, & iuſtitiam, dict.cap.animaduertendum, & d.c.et ſi Chriſtus; & non debet eſſe vinculum iniquitatis, vt hæc omnia ſuperius tetigimus.

44 At vbi conſtat aſſertionem carere veritate, iam conſtat deficere tres illos comites; ideo iuramento non poteſt ſubſtineri. Sic poſt infinitos relatos docet eleganter in his præciſis terminis *Clariſs. Eques D.Peregrin. conſ.ſuo* 77.*num* 27.*vol.*1. & videatur ſub num.ſeq. vbi omnium pulcherrimè de hac materia.

45 Ad quintum reſpondetur falſum eſſe quidem, quod Clauſula (ex certa ſcientia) impediat poſſe allegari errorem, nam immo quando de ipſo appareat errore, dictam clauſulam nihil operari certum eſt, ad tradita per *Caſtr. conſ.ſuo* 196.*in princ.vol.*2.*& DD.omnes, in l.in totum omnia,ff.de reg.iur.*

46 Nec mirum, veritate enim reperta cedit communis opinio, & veriſimilitudo veritati, *capit.veritate.*8. *diſtinct. Roman.conſ.*340. *num.*9.*facit text.in* §. *ſi quis rem ſuam inſtituta de legat.& in c.nuper nobis, vbi gl. & DD. de Bigam. & ipſa veritate nil fortius gloſſ.in capit.*1. *in verſ.veritas, de offic.deleg.cum concordantibus.*

47 Et quod talis clauſula, (ex certa ſcientia) non excludat, quominus contrarium probari poſſit; tradidit poſt *Bald. & Alex.ipſemet Decius, in d.l.in totum, num.*6. vbi etiam in fine, ſubdit, quod quando conſtat, vel probatur de ignorantia, verba (ex certa ſcientia) non attenduntur, quia in claris non eſt opus coniecturis, §.*cum ita. de verborum obligat.*

Addo poſt Socin. Solam in conſtitutione Antiquas Sabaudiæ *gloſ.*4.*ſuper decreto Rempubl.p.*2.*tit. de iure emphyteut.num.*4. Hoc idem docet quoque *Rol. a Valle conſ. ſuo* 49.*num.*62.*&* 63.*volum.*1.

48 Non officit pariter, quòd dicebatur de maiore vendente cum iuramento, licet enim fuerit deceptus vltra dimidia, nec certificatus fuerit de beneficio, *l.*2.*C.de reſcindenda venditione;* non poterit tamen per eum allegari error, & prout in contrario.

49 Reſpondetur enim, & primo, quod prędicta loquuntur in ignorante, non autem in errante, inter quæ duo non

eſt

eſt mediocris differentia, vt patet per textum, *in l. ſi me in vacuam, §. 1. de acq. poſſeſs.* nam maior eſt defectus erroris quam ignorantiæ, cum ignorantia opponatur ſcientiæ, & error conſenſui. leg. nihil conſenſui in fine, *de regul. iur. gl. in Rubr. de iuris, et fact. ignor. et Gloſſa in Clem. 1. de iudic.* videndus latiſſimè de hoc *Ioannes Baptiſta Coſta de iuris, et fact. ignor. inſpectione* 80.

50 Secundo, & fortius reſpondetur maximam in iure eſse difficultatem, & à DD. controuerſam, vtrum maioris 25. annis iuramentum contractui adhibitum auferat beneficium, dicta lege *Cod. de reſcindenda vendilione*, vt patet ex latiſſimè ſcriptis per *Cl. Fachineum, lib. 2. ſuarum iuris controuerſ. c. 17.* vnde non officit. Et hæc ſufficiant.

## Societas an probetur per verba enunciatiua.

### QVÆSTIO LII.

IN hac quidem difficultate firma regulam pro negatiua. Sic præcisè poſt alios *Hector Felicius de Societate c. 11. n. 13. ſequutus eſt poſt Alex. & Guid. Pap. D. Marcabr. conſil. 5. num. 49.*

Amplia hoc multo magis procedere ex verbis enunciatiuis in ſcriptura confecta per vnum ex ſocijs prætenſis cum extraneo. Sic præcisè poſt *Alex. docuit Card. Tuſch. concl. ſua 313. num. 13. in litt. S.*

Fallit primo iſthæc regula, quotieſcumque verba ipſa prolata eſſent propter ſe, & enunciata ſocietate fuiſset ei renunciatum, vel diuiſio, quæ ſupponit communionem ipſam, petita fuiſset, tunc enim ex ipſis verbis benè probaretur extitiſse per antea Societatem. Sic eleganter ipſemet *Marcabr. d. conſ. 5 nu. 52.* vbi conſiderat in ſimili ſcripturam, in qua quis declarat vlterius nolle durare Societatem inter eos, probare extitiſse ſocietatem.

Priuatio enim præſupponit habitum, & latius vt per eum, ſequutus eſt Felic. d. n. 13. vbi ſubdit idem iuris eſſe, ſi per enunciantes fuiſset conſenſum alicui ex maioribus ſuis aſserentib. eos eſse ſocios, & latius, vt per eum. ſatis.

## Ex verbis enunciatiuis quemadmodum voluntatis intentio colligatur.

### QVÆSTIO LIII.

DIſcutio hunc articulum omnium latiſſimè, & ex profeſsò *Illuſtr. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. libr. 3. tit. 12.* vide per eum. Sat locum denunciaſſe.

## Ex verbis enunciatiuis qualis interpretatio in conuentionibus ſit accipienda.

### QVÆSTIO LIV.

PRO reſolutione videndus *Card. Mant. de Tacitis, & ambiguis, lib. 2. tit. 6.* vbi ex profeſſo.

## Ex verbis enunciatiuis in ſcripturis publicis, ſeu inſtrumētis nō oriatur probatio.

### QVÆSTIO LV.

PRO reſolutione videndus *D. Conſtan. Roger. in d. l. ex hac, ff. de donat. n. 83. cum ſeqq.* vbi ex profeſſo.

## In Libris Regiſtrorum, ſeu Æſtimi Ciuitatis, vel Communitatis, enunciatiuè fit ſermo.

### QVÆSTIO LVI.

DE rebus ſingulorum, & de confinibus rerum, an probetur? pulchra eſt dubitatio.

Adeundus pro emendatione huiuſce difficultatis *D. Conſtantius Rogerius, in d. l. ex hac, nu. 95. cum ſeq.* vbi latè. *Sat locum tetigiſſe.*

Finis Secundi Libri.

# DE ENVNCIATIVIS VERBIS TRACTATVS D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER TERTIVS.

### Verba enunciatiua propter ſe prolata an diſponant.

### QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua propter ſe prolata diſponunt, ac probāt.*
2 *Quinimmo dicuntur verè diſpoſitiua.*
3 *Enunciatiua verba propter ſe diſponant præcipuè in vltimis voluntatibus, & num. 4.*
5 *Procedit autem hoc quoad diſpoſitionem inducendam, non autem quoad probationem, & n. 6.*
7 *Ratio.*
8 *Verba enunciatiua propter ſe in vltimis voluntatibus diſponunt dumtaxat, quando ſunt relata ad oneratum.*
9 *Secus ſi ad honorum.*
10 *Ratio diuerſitatis.*
11 *Et iſta eſt communis theorica, & n. 33.*
12 *Confirmatur, & n. 13.*
14 *Contra, quod etiam diſponant, quando ſunt relata ad honoratum.*
15 *Fundamentum, & n. 16. 17. 18. 19. cum ſeqq. vſq; ad 24.*
25 *Et ita concludit Author.*
26 *Reſpondetur contrarijs, & n. 27. 28. cum ſeqq. vſq; ad 32.*
33 *Verba enunciatiua propter ſe prolata in vltimis voluntatibus diſponunt, quando iuramentum intercedit etſi relata ad honoratum.*
34 *Hoc tamen procedit quatenus natura, & vis ipſorum verborum patitur, quod quidem ſubdeclara, vt ibi.*
35 *Enunciatiua verba propter ſe præcipue diſponunt, quando ſunt geminata, ac temporibus ſeparatis ſæpius repetita.*
36 *Prædicta verba plene probant etiam inter abſentes.*
37 *Quod præcipuè procedit, quando ſunt geminata.*
38 *Scotus tenet dumtaxat ſemiplenam probationem induci.*
39 *Enunciatiua verba propter ſe diſponunt, etiamſi de enunciato contingat principaliter diſputari, dummodo tamen ſimus inter præſentes.*
40 *Enunciatiua verba propter ſe probant etiam in factis recentibus;*
41 *Et præcipuè inter ipſos contrahentes.*
42 *Verba enunciatiua propter ſe non diſponunt, quando agitur de præiudicio tertij.*
43 *Item quando ſunt prolata circa ea, quæ per defunctum non ſunt diſponibilia.*
44 *Exemplum ex Bero.*
45 *Item quando in his verbis eſſet incertitudo reſpectu perſonarum, vel reſpectu quantitatis, vel ſpeciei.*
46 *Ratio.*
47 *Declara.*
48 *Limita.*
49 *Verba enunciatiua propter ſe non diſponunt, quando ironicè ſeu adulatoriè ſunt prolata.*
50 *Enunciatiua verba propter ſe minime diſponunt in actibus inter viuos ex communi.*
51 *Contrarium ſenſit Author. Ratio ibid.*
52 *Verba enunciatiua propter ſe non diſponunt in actu obligatorio probant tamen id, quod important.*
53 *Alias limitationes, vide remiſſiuè per Pariſ.*

VIdimus hucuſque de verbis Enunciatiuis in genere, nunc ad ſpecialia deueniēdo, vidēdū eſt de qualibet eorum ſpecie, & Primo de verbis enunciatiuis principaliter propter ſe prolatis.

Quæritur ergo, an huiuſmodi verba propter ſe prolata diſponant, & probent.

1 Et diſponere, ac probare communiter tradiderunt interpretes per illum *tex. in dict. l. ex hac ſcriptura de donationib. vbi in ſpecie Pariſ. ſub numer. 41. ſic etiam Crauet. de Antiquit. tempor. parte prima. capitulo quarto, numero 55.* poſt alios quos ibi deducit, idem in ſuo *conſ. 564. numero tertio, 613. num. primo, in 5. & 832. numer. 3. in 5. Anguiſſ. conſ. 119. numer. 10. in 1. Florian. in leg. vnum ex familia, §. item Marchus, n. 3. de leg. 2. Scotus conſilio 3. numer. 15. libr. 1. tomo 2. Pancirol. conſil. 131. numer. 4. Benincaſ. in tit. de actionibus in præfation. numer. 249.* vbi infinitos deducit, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. c. 461. num. 15. & nouiſſimè D. Sfortia Odd. conſ. ſuo 64. num. 57. in 1. addo Iaſon, in leg. ex his verbis, n. 1. C. de teſtam. milit. & Caldas de iure emphyt. lib. 2. q. 1. n. 43.*

2 Quinimo iſta verba dicuntur vere diſpoſitiua vt poſt *Bald. firmat. Mandell. Albenſ. conſil. 223. numer. 5. & Oddus citato loco* diſpoſitiua autem verba, quæ ſint, & dicantur tradit eleganter *Illuſtr. Card. Tuſch. concluſ. ſua 83. in littera V.*

3 Amplia Primo regulam hanc habere locum præcipuè in ultimis voluntatibus; in ijs enim hæc uerba, cum ad finem diſponendi cenſeantur a teſtatore prolata, inducunt diſpoſitionem omnino expreſſam, *text. eſt ad litteram in dict. leg. ex hac ſcriptura*, cuius uerba non refero.

4 Sic

4 Sic etiam præcisè tradit *Crau.cit. tract.c.4. n.48. Pariſ. in d.l.ex hac ſcriptura nu.11. & ibidem Soc.Iun.numer.43. Mantua ſingulari ſuo 306. Menoch.d.caſu 461. num.18.& nouiſſimè Ioannes Baptiſta Schuartzentaler in repetitione leg. optimam explanatione 86. C. de contrahenda ante omnes hoc idem tradidit Bar.in d.l.ex hac ſcriptura nu. 7.ff. de donat.*vbi etiã nõnulla iura,quę in contrarium obijciũtur accutè reſoluit Addo nouiſſimè *Ant. Fab. in ſuo C. Fabr. libro 4.tit.14.definitione 23.& D.Alex. Trentacinq.variarum reſolutionem libr.1.tit.de verborum ſignificatione, reſolutione 2.nu.38.*adnectendus quoque *D.Conſtant.Rogerius in d.l. ex hac n.45.*

5 Aduertendum eſt tamen,quod iſta ampliatio procedit duntaxat quoad diſpoſitionem inducendam, non autem quoad probationem : licet enim hęc verba plenè diſponant in vltimis voluntatibus tamen in ijſdem æpuè plenè non probant *tex. eſt apertiſſimus in d.l. Lucius Titius teſt. la 2. §. Quiſquis mihi hæres erit il 2. de leg.2. quem textum alias induximus.*

6 Et ſic non habet locum in iſto caſu regula illa, quod ſi hæc verba diſponunt, multo magis debent probare argum.*l.publia, in fine, ff. Depoſit.*

7 Et ratio eſt quia teſtatoribus obtemperatur,quo ad ab eis diſpoſita, ſed non creditur, *l. verba, vbi Doct.C.de teſt.*

8 Obſeruandum ſecundo hanc eandem ampliationem duntaxat procedere, quoties huiuſmodi verba prolata a teſtatore ſunt relata ad oneratum vt ad hæredem, quia dixerit teſtator. Hæres meus dabit Titio centum,quia tunc diſponunt,tex.eſt ſecundum Doct.communiter *in d. l.ex hac ſcriptura, in l.etiam hoc modo, & in l.& eo modo deleg.1.& in l.vnum ex familia §. vlt.de legat.2.*

9 Secus autem ſi ad honoratum. Quia tunc per hæc verba non inducitur diſpoſitio, *text.eſt ſecundum Bar.in l.generali in princip.de vſu, & vſufruct.leg.*

10 Et ratio diuerſitatis eſt, quia ſecundo caſu hæc verba videntur prolata gratia adulationis, quo caſu non diſponunt, vt ſupradiximus.

11 Et ita concludit *Cin.in l.1.C.de falſ.cauſa adiect.leg.Bartol.in d.l.ex hac ſcriptura num.8. & 13. quem ſequitur Caſtrenſ. ibidem num.2. addo Trentacinquium d. reſolutione 2. num.42.*

12 Pro qua opinione conſidere ego textum in l. Paulus reſpondit.ferè in fine de fideicommiſſarijs libertatib. vbi fauore libertatis conceditur, vt hæc verba relata ad honoratum,diſponant,ergo in contrarium erit ius commune, & regula vniuerſalis.

13 Secundo ſuffragari videtur *tex.in leg. Iulianus §. ex his verbis,de leg.3.*vbi ita legitur (ex his verbis, Curate agros accedere,& ita fiet,vt filius meus filios veſtros vobis condonet, fideicommiſſum peti non poſſe.) Ecce quia ibi relata ſunt ad honoratm, non diſponunt.

14 Contrariam tamen opinionem,quod ſcilicet,huiuſmodi verba relata etiam ad honoratum in vltimis voluntatibus diſponant, defendere alij multi non ſunt veriti, & inter cæteros *Cuman.in d.l. ex hac ſcriptura n. 5. verſicul. 4. limitatio eſt Imola ibidem num.6. Pariſ. num.32. & Socin. iun.n.48.verſ.*Ego tamen teneo,vbi pulcherrimè.

16 Pro hac opinione adducitur primo *tex. in l. fideicommiſſa,§.cum eſſet.verſ.final.de leg.tertia*, vbi ita ſcribitur : ſi quis ita ſcripſerit ſufficiant tibi vineæ, vel fundus, fideicommiſſum eſt quoniam, &c.) Ecce illa verba ſunt enunciatiua,& relata ad honoratum,& nihilominus diſponunt cum conſtituant fideicommiſſum.

16 Secundo videtur eſſe *textus in terminis in leg. final.§.1. de dolo matrimonio except.*vbi quidam habebat tres nepotes ex filia, legauit ciuilibet eorum centum, & dixit ſic.) Ignoſcite mihi, quia tam parum vobis lego, nam vobis potuiſſem plus relinquere, ſi à patre veſtro 15. quæ ſibi dedi potuiſsem recuperare. Item quia omnem meam ſubſtantiam fere amiſi.) modo hæredes teſtatoris petunt 15.prædicta ab illis nepotibus hæredibus debitoris. Dicitur ibi, quod repelluntur exceptione doli, cum teſtator videatur ſibi illa 15. remiſiſſe per verba illa dicta in teſtamento. Ecce ergo, quod verba enunciatiua relata ad honoratum diſponunt.

17 Tertio accedit, quia iure receptum eſt, vt non referat, in quem verba teſtantis dirigantur, ſed in quem voluntatis intentio, *l.cum pater, §.donationis de leg. ſecundo cum concordantib.in vltimis* enim diſpoſitionibus attendit ſemper potius voluntas teſtatoris, quam verba *leg.3.§.conditio, de adimen.leg.notat gl.in l.quilibet de hæred.init. Bart. in l.cum vnum num.19. de fideic.cum concordantibus*, ergo in vtroque caſu iſta verba enunciatiua debent diſponere:ſiue relata ſint ad honoratum,ſiue ad honoratum, tum quia inter vnum caſum, & alium ſolida diuerſitatis ratio reddi nequit tum quia intentio ipſius teſtatoris deſeruit etiam honorato.

18 Quarto arguit ſic. Verba enunciatiua inter viuos relata ad eum,qui honoratum diſponunt,*l.quidam,& l.Titius de conſtituta pecunia.*

19 Fortius ergo in vltimis voluntatibus cum ſint fauorabiliores, l.in teſtamentis, de reg.iur.

20 Quinto facit,quod in vltimis voluntatibus,& generaliter in quacunque materia verba debent intelligi cum aliquo effectu operandi,*l.ſi quando.vbi Bar.& alij,de leg.prima, Crau.conſ.35.n.24.*

21 Immo nec ſyllaba quidem ſtare debet otioſe:*gl.et Bal. in l.1. de eo quod met.cauſ.*

22 Et ratio eſt, quia omnis capienda eſt interpretatio, vt actus valeat,& ſuſtineatur, *l.quoties, de Rebus dub.*

23 Hinc dicebat *Dec.in lege teſtamentis,num.12.C.de milit. teſtament.*quod præſumptio pro actus validitate eſt adeo efficax, vt cæteris præualeat, & latiſſimè inſiſtit. *D.meus Peregr.de fideicommiſſis, articul.ſeptimo, numer.17.cum ſeq.* ergo, verba iſta in omni caſu debent diſpoſitionem inducere.

24 Sexto, ac vltimo admodum conferre videtur adductus per *Cuman.præcitat.loco,in l.emptor.§.ancilla.ff.de rei vendic.*vbi per modum cauſæ emiſsa verba enũciatiua diſponunt,licet ad honoratum ſint directa, ergo fortius, quando emittuntur propter ſe principaliter,prout ſupponitur in hypocheſi noſtra.

25 Et in hac opinione retenta contra *Bar. & alios*, non officiunt contraria.

26 Ad primum enim ſcilicet ad leg.generali Reſpondetur vltra *Cuman.& Imol.citat.loc.*quod ideo ibi per illa verba non inducitur diſpoſitio,quia ibi erant, verba adulatoria prolata potius ad alliciendum legatarium, vt bene viuat cum hærede, quam ad alium finem.

27 Et certum eſt verba adulatoria diſpoſitionem non induceret, vt plene per *Alex.in l.ita ſtipulatus, la grande, de verb.oblig.latè Sfortia Odd.conſ.64. n.20.*

28 Vel volumus dicere, quod ibi erant verba Conſilij, quæ non diſponunt,*leg.cum pater, § modo, de leg.2..Aliter Caldas loco inferius allegat.n.39.*

29 Ad leg.Paulus reſpondeo cum *Soc.num.*48.quod ibi non adeſt ius ſpeciale, ſed ius commune : & id videtur ex eo tex.probari, præſupponendo, quod illi realiter non fuerint ſerui,nam tex ille,ſi rectè aduertas,vult dumtaxat aliquod beneficium deberi,& ſi ſerui eſſent, libertatem,quæ rerum omnium præcioſiſſima, *l.libertas,de reg.iur.*

Et ſic loquitur conditionaliter per dictionem illam, ſi quæ nil de ſui natura ponit ineſse. Pone præterea, quod dixerit teſtator.Crede mi Zoile, quod hæres meus dabiti tibi decẽ, certe ex illo text. videtur probari, quod decem debebuntur, & tamen uerba ſunt ad honoratum directa, & ſic hoc non eueniret fauore libertatis, ut dicebatur.

30 Vlterius dico, quod ſi ibi adeſset fauor libertati, & ideo

ideò illa verba diſponerent, hoc eſſet contra *textum, in §.ex his verbis, leg. Iulian. de leg. 3.* vbi fit mentio de libertate, & nihilominus fauore ipſius libertatis illa verba diſpoſitione inducunt. Aliter *Caldas de iure emphyteut. lib. 2. q. 1. n. 38.* vbi pulchrè.

31 Ad tertium videlicet ad d. §. ex his verbis, poſſum reſpondere, quod illa verba ſunt verba conſilij, dum dicitur ibi, curat, &c. Quæ non diſponunt.

32 Aliter reſpondit Cum. dicens, quod ibi adeſt exhortatio futuri euentus, & præterea non diſponunt, & ſic ſublatis contrarij, remanet opinio contra Bart, defenſa, ac propagata.

33 A priori tamen vti communi calculo recepta non eſt deſcendendum, quam tamen limita, quando iuramentum intercederet, & nam tunc hæc verba etſi ad honoratum relata diſponeret, ita *Pariſ. in dicta lege num. 38. verſiculo tertio, concluſio, & Soc. iun. num. 54 in dict. l. ex hac ſcriptura, & tangit ſub numer. 48. in fine,* vbi affert tale exemplum ſcito Titi clariſſime, quod centum dumtaxat mihi debes & iuro. De materia ſupradictæ difficultatis vidend. Conſtatius Rogerius, *in d. l. ex hac, num. 72. numer. ſequent.* vbi latè.

34 Notandum tertio principaliter ſupradictam primam ampliationem dumtaxat intelligi, ac procedere quatenus ipſa enunciatiua verba ſignificant: vltra enim eorumdemmet naturam, & ſignificationem minimè diſponunt, *text. apertiſſimus in lege Titia, §. Caius, ff. de leg. ſecundo ſequitur Bartol. in dicta leg. ex hac ſcriptura, d. n. 7. vbi etiam Soc. iun. n. 43, addo Trentacinq. d. reſolutione 2. n. 44. & Rogerium d. leg. ex hac n. 16.*

Nota tamen hoc tum demum procedere niſi de voluntate proferentis aliter conſtet, nam tunc verba enunciatiua diſponent etiam vltra ſignificationem, eorum, vt probatur *in d. §. caſus, & docet Soc. iun. in d. l ex hac ſcriptura præcitato, n. 43. in fin.*

35 Amplia ſecundo principaliter regulam præcipuè locum habere, ſi verba ſint geminata, ac temporib. ſeparatis ſæpius repetita, item ſi iurata, ita *Albenſ. conſ. 508. n. 7. in 3.* tangere quoque videtur *Verral. deciſ. 336. n. 1. p. 1.*

36 Amplia tertio regulam habere locum etiam inter abſente, ita Albenſ. conſ. ſuo 225. n. 1. in 2.

37 Idquod magis procedit, quod huiuſmodi verba ſunt geminata. Sic præcisè *Anguiſ. conſ. 180. n. 14. vol. 1.*

38 Scotus tamen *conſ. 3. n. 17. lib. 1. tom. 2.* inquit hæc verba ſemiplenè dumtaxat probare reſpectu tertij abſentis.

39 Amplia quarto regulam habere locum, etiamſi enunciato contingat principaliter diſputari, dummodo tamen ſimus inter præſentes, idem *Albenſ. dicto conſilio, numero ſecundo*, poſt *Dec conſilio* 310. quem ibi deducit, ac etiam poſt *Cephal. & Soc. Oddus conſil. 64. num. 75. in primo addo Alexandrum Trentacinq. variarum, reſolut. lib. primo titulo de verbor. ſignific. reſol. 2. num. 64. verſ. hæc declaratio, & verſic. 2.*

40 Amplia quinto etiam in factis recentib. ita poſt alios, *Cacheran. conſ. 31. n. 45. in 1.* qui adducit *text. in d. l. ex hac ſcriptura de donation. addo Trentacinq.* poſt hæc edicta viſum *conſil. ſuo 5. numer. 7. vol. 2.* vbi concordantes adducit *Bar. in l. ex hac ſcriptura, de donat. & Corneum conſil. 269. col. 2. in 3.*

41 Amplia ſexto præcipuè locum habere inter ipſos contrahentes, ita *Anguiſ. conſ. 180. n. 13. vol. 1.* ita notatur *leg. optimam, C. de comm. ſtipulat.*

Amplia ſeptimo, vt procedat etiam in materia pænali, & odioſa. Sic per *text. in d. l. ex hac ſcriptura, docuit poſt alios Cald. de iure emphy. lib. 2. q. 1. num. 62.* quem omnino conſulas.

Amplia octauo etiamſi ſint verba futuri temporis pulchrè inter alios *Cald. d. q. 1. num. 68.*

Limitatur autem hæc eadem regula pluribus modis.

42 Et primo vt non procedat, quando agitur de præiudicio tertij, *Bar. in d. l. ex hac ſcriptura, n. 7. text. eſt ad litteram in l. 1. C. arbitr. tutel. & in l. verba, C. de teſtam. ſequitur Cl. Trentac. d. reſol. 2. num. 39. & Rogerius n. 58. cum ſeq. & D. Roger. n. 46. cum ſeqq.*

43 Secundo quoties hęc verba emiſſa ſunt circa ea, quæ per defunctum non ſunt diſponibilia, ita *Bar. in d. l. nu. 10. & Cuman. n. 5. notatur in leg. cum pater §. filio, de leg. 2. & in l. 1. C. arbitr. tut. Odd. à contrario d. conſ. 46. num. 58. addo Trentacinq. d. reſol. 2. n. 43.*

44 Exemplum affert *Berous conſ. ſuo 170. num. 3. lib. 2.* cum dixit non probari poſſe clericum eum, qui talis fuit enunciatiuis verbis appellatus, cum ab enunciantis poteſtate, hoc non pendeat addo *Rogerium n. 46. in fine.*

45 Limitatus tertio regulam iſtam non procedere quando in his verbis eſſet in certitudo reſpectu perſonarum, vel reſpectu quantitatis vel ſpeciei, nam tunc iſta verba non diſponunt.

46 Si enim ſola incertitudo vitiam diſpoſitionem ex his, quæ habentur *in l. ſi ita ſtipulatus in prin. de verb. oblig.* multo magis in caſu noſtro, vbi non ſolum adeſt incertitudo, quæ ſola, vt vitiaret, ſed defectus etiam verborum diſpoſitiuorum, & de his tribus extant deciſiones apertiſſimæ, prout videre eſt penes *Pariſ. in d. leg. ex hac ſcriptura, n. 17. 18. & 36.*

47 Notandum eſt tamen, quod iſta limitatio locum duntaxat habet quoad obligandum, ſed non quoad liberandum, quia tunc incertitudo minimè vitiaret *tex. ſunt clariſ. in l. emptor, §. Lucius ff. de pact. & in l. & vno, de Acceptilat. ſequitur Pariſ. in d. l. n. 41.*

48 Secundo obſeruandum eſt, quod iſta limitatio nō procedit fauore dotis, *leg. cum poſt, §. gener de iure dotium*, fauore viæ reficiendæ, vt *l. quidam in teſtament. de leg. 2. & fauore alimentorum, l. ſicuti annum, de leg. anuis.* Quicquid dixerint multi *in l. 1. ff. ſol. matrim.*

49 Fallit quarto ſupradicta regula, quando hæc verba ironicè fuiſſent prolata, ſeu adulatorie, ita notatur *in l. 2. C. de falſ. cauſ. adiec. legat.* ſequitur *Pariſ. ibid. n. 41. verſ. quarto addo Trentac. d. reſolut. 2 n. 40.* item quando prolata eſſent per eum, *ad. l. 1. in fin. C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* pulchrè *Rogerius, num. 72.*

50 Fallit quinto in actibus inter viuos: in quibus hæc verminimè diſponunt, ſic præcisè *Florianus in leg. ſerui electione, n. 15. de leg. 1.*

51 De qua tamen fallentia valde dubito, nullam enim ſolidam diuerſitatis rationem inuenio, ob quam hæc verba diſponant in vultimis voluntatibus non autem in contractibus.

52 Coarctatur ſexto, vt regula non procedat, quando hęc verba emiſſa ſunt in actu obligatorio, quia eo caſu non diſponunt probant tamen id, quod important. ita *Soc. qui vtrunq. dictum declarat in d. l. ex hac ſcriptura n. 67.* ad eū breuitatis cauſa lectorem remitto.

53 Alias limitationes deducit *Pariſ. in d. l. ex hac ſcriptura numer. 27. & 28. & melius ſub numer. 41.* ipſum omnino conſulito. Videndus quoque *D. Trentacinq. d. reſol. 2. nu. 41. 45. & 46.*

## Intellectus varij ad l. ex hac ſcriptura ff. de Donationib. afferuntur; & quiſnam verior exiſtat, enucleatur.

## QVÆSTIO II.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba legis.*

2 *Primus intellectus eſt aliquorum aſſerentium per verba dicta*

*dicta legis donationem cauſa mortis induci.*

3 *Eorum fandamentum, & n.4.*

5 *Reprobatur per authorem.*

6 *Idque multis medijs de quibus, & num. ſeptimo 8.9.10. & 11.*

12 *Soluitur contrarium mulciplicter, & numer. 13. 14. 15. & 16.*

17 *Secundus eſt ſenſus aliorum opinantium, quod verba illius ſcripturæ, de qua in d.l. inducant legatum, vel fideicommiſſum.*

18 *Et eſt communis.*

19 *Fundamentum huiuſce opinionis, & n.20.*

21 *Damnatur per Authorem.*

22 *Media, & numer. vigeſimotertio vigeſimoquarto vigeſimoquinto, & vigeſimoſexto.*

27 *Soluitur contrarium, & numer. vigeſimoctauo vigeſimonono 30. & 31.*

32 *Tertius eſt intellectus aliquorum aſſerentium diſpoſitionem d. legis intelligendam eſſe generaliter, & prout ibid.*

33 *Sed probatnr ratio ibid.*

34 *Quartus eſt ſenſus aliorum aſſerentium dominium, de quo in ipſa lege, ad libertos illos iure donationis inter viuos pertinere.*

35 *Et hic per Auctorem approbatur.*

36 *Corroboraturque triplici iuris fundamento, de quibus, numero trigeſimoſeptimo trigeſimooctauo cum ſeqq. vſq; ad 56. incluſiuè.*

51 *Duo oponuntur per Bart. contra intellectum, de quibus, & numer quinquageſimooctauo, quinquageſimonono, 60. & 61.*

62 *Auctor autem ab eo minimè recedendum dijudicat.*

63 *Et contraria reſoluit, & num. ſexageſimoquarto, ſexageſimoquinto, & ſexageſimoſexto.*

SED antequam finis huic verborum enunciatiuorum propter ſe ſpeciei, ſeu materię imponatur; de intellectus ipſius legis ex hac ſcriptura, in qua propriè de ipſimet verbis ſic prolatis diſſeritur: diſſerendum eſt.

Varij intellectus ad hanc legem à ſcribentibus tradiſi reperiatur.

## Verba legis.

1 Ex hac ſcriptura: Sciant hæredes mei me veſtem meam vniuerſam, ac res cæteras, quaſcunque in diem mortis meæ manum habui illi, & illi libertis meis donaſſe; dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere dicimus.

Notandum eſt tamen, quod iſta limitatio locum dũtaxat habet quoad obligandum, ſed non quoad liberãdum, quia tunc incertitudo minimè vitiaret *tex. ſunt clariſ. in l. emptor, §. Lucius ff. de pact. & in l. & vno, de Acceptilat. ſequitur Pariſ. in d. l. n.41.*

2 Primum intellectus fuit aliquorum aſſerentium per dicta verba donationem cauſa mortis non induci.

3 Quorum quidem ſenſus tali poteſt fulciri ratione.

Vbicumque in aliqua donatione fit mentio mortis abſq; alio cauſa mortis donatio inducitur, gloſſa eſt, quam ibi ſequitur *Bart. in leg. Seia, de dot. prælegat. & videtur probari in leg. ſenatus §. mortis cauſa eod. de don. cauſa mortis.*

4 Sed in iſta ſcriptura fit mentio mortis cum dicatur; Quas in diem mortis meæ mecum habui, ergo, &c.

5 Verum hæc ex poſitio mihi à veritate quam maximè abhorrere videtur: Moueor infraſcriptis iuris rationib. & Primo ſic arguo.

6 Donatio cauſa mortis ſine dubio requirit præſentiam partis, lege inter mortis, *ff. donat. cauſa mortis.*

Sed hic non ponitur, quod interceſſerit partis præſentia, ergo;

7 Secundo accedit talis ratio. In donatione cauſa mortis inducenda proculdubio inſpecto tempore huius legis requiritur traditio, aut ſaltem ſtipulatio: *text. vulgatiſſimus in dict. leg. in mortis, in princ. iuncta leg. mortis cauſa donatio, & leg. ſecus §. final. ff. eod.*

8 Sed hic neutrum ponitur interceſſiſse, quinimò vllo pacto poteſt aſseruari, quod ibi interceſserit ipſa traditio, cum donatio ſit facta de ijs rebus, quæ apud donantem reperirentur tempore mortis, & ſic opus ſit, vt prius ille moriatur, antequam ſciamus, in quibus rebus ipſa facta ſit, ergo.

9 Tertio ſuffragatur talis conſideratio. Ad hoc, vt donatio cauſa mortis inducatur, de neceſſitate requiritur, quod verba ad ipſum donatarium dirigantur, non autem ad alium. Sic communiter notatur *in d. leg. inter mortis*, ibi, (nam mortis cauſa donatur, quod præſens præſenti dat.)

10 Sed in caſu noſtro verba ſunt directa ad hęredes, nõ autem ad libertos donatarios, ergo; & ſic arguit præciſè *Cuman. in hac l. n.1.*

11 Et in ſpecie, quod quando in ipſa donatione eſt expreſsè facta mentio de hæredibus: non cenſeatur inducta donatio cauſa mortis, ſed bene inter viuos, firmarunt quamplurimi, quos pulchro ordine refert, & ſequitur *Maſcard. concluſion. ſua 562. numero quadrageſimoprimo.*

12 Non officit modo contrarium, ad ipſum enim multipliciter reſpondeo.

13 Et Primo dico, quod ſæpè fit mentio mortis, & tamen non eſt donatio cauſa mortis, *leg. vbi ita donatur, ff. eod. de donat. cauſa mortis, leg. cum maritus, §. Titius, ff. de pact. dotal. & declarat Bart. in leg. quæ dotis ſolut. matrim. vide Maſcard. dict. concluſion. 563. numero 23.*

14 Præterea & melius reſpondeo, quod argumentum procedit, quando mentio mortis reſpicit ipſam donationem, quod non eſt in caſu huius legis: in qua dumtaxat reſpicit res donatas, videlicet, vt ſciamus, quæ ſint donatæ.

15 Reſpondetur tertio, quod ad hoc, vt poſſit dici facta donatio cauſa mortis, debent interueniſse ad minus quinque teſtes, & non pauciores, quia tunc licet eſset facta mentio mortis, præſumeretur tamen inter viuos, vt actus valeat, ſic poſt *Alex. Soc. iun. & alios declarat eleganter Maſcard. dict. concluſion. 562. numero 37.*

Sic hic nullum eſt verbum, quod dicti teſtes interuenerint, ergo, &c.

16 Vlterius poteſt reſponderi, quod ad hoc vt poſſit dici facta donatio ipſa cauſa mortis, non ſufficit ſimpliciter eſse factam mentionem mortis, ſed duo copulatiuè requiruntur, videlicet, quod in ipſa donatione

natione ſit facta mentio mortis , & quod ipſa ſit collata in tempus. Sic poſt Sigiſmund. *Loffred. Clariſs. & alius Maſcard. dict. concluſione 562. numer. quadrageſimoſecundo.*

Sed hic nullum verbum , quod iſta duo copulatiuè intercedant , ergo , &c. de ſupradicto intellectu ideſt circa reprobationem ipſius latè diſcurrit *Dom. Conſtantinus Roger. in dict. leg. ex hac ſcriptum à numero primo , vſque ad ſextum* incluſiuè eius ſcripta perlegito.

17 Secundus fuit intellectus aliorum opinantium , quod verba illius ſcripturæ inducant legatum , vel fideicommiſſum , & quod per conſequens per viam legati, vel legati, vel fideicommiſſi dicatur iſte defunctus diſpoſuiſſe.

18 Et iſte fuit intellectus *Bartol. in dict. leg. numero primo*, ab omnibus communiter approbatus : eum ſequitur *Imol. ibid. numero primo Cuman. numero ſecundo Pariſ. numero vndecimo verſicul. ſecundo intellectus Roger. num. 7.*

19 Fundamentum præcipuum eſt , quod hic supponitur dominium illarum rerum donatarum eſſe penes illos libertos , de quibus in text. quod ſolum videtur legato , aut fideicommiſſo conuenire, cum per talem diſpoſitionem dominium recta via tranſeat in legatarium ſine traditione, vt *in d. l. tradunt communiter ſcribentes.*

20 Nec obſtat , quod verba ſonent in donationem , & non in legatum , quia cum de ipſa donatione non conſtet : lex interpretatur talia verba in vim legati. *argument. text. in leg. ſi donatio , vbi pulcher. textus Codic. eo in leg. prima Cod. de falſ. cauſ. adiect. leg. in leg. Lucius §. quiſquis il ſecundo de legat. ſecunda & leg. Lucius §. primo , de legat. tertia cum concordantibus.*

21 Sed hæc opinio improbatur de facili, idq. infraſcriptis iuris rationibus.

22 Et primo ſic. Regula eſt vulgatiſſima , quod licet alias verba poſſint importare fideicommiſſum , illud tamen non inducatur , niſi ex mente fuerint a defuncto prolata, *leg. ex verbis , Cod. de donat. inter vir. & vxor.*

23 Sed mens proferentis iſto caſu non videtur legare, ſed ſolum fateri ſe donaſſe, ergo legatum non debet induci.

24 Secundo ſic arguo. Verba enunciatiua , quando diſponant , ſolum diſponunt , in quantum ipſa ſonant , vt patet ex *leg. ex his verbis , Codic. de teſtam. milit. & ex leg. ſecunda , Codic. de neceſſar. ſer. hæredit. inſtit. & ex leg. qui volebat , ff. de hæredit. inſtit. & ex leg. in teſtament. militis , de manummiſ. teſt. cum concordant.*

25 Sed verba illa non ſonant legatum , vel fideicommiſſum, vnicuique videre licet, ergo.

26 Adde, quod ſecundum horum intellectum, lex iſta non conuenit ſub iſto titulo , ſed ſub titulo legatorum poni debuiſſet , *arg. leg. Imperatores* de in diem addictione.

27 Non officit modo conſideratio ex aduerſo deducta. Reſpondetur enim, & primo, quo dum in ipſa lege dicitur, quod dominium pertinet ad libertos, non intelligo quod ob id in eos ipſum ſit translatum, niſi fuiſſet facta traditio , ſed quod eis dicitur debitum , & eorum fieri poteſt, & debet ; Nam etiam tunc poteſt dici quid ad nos pertinere , quando nobis debetur , & noſtrum fieri

28 poteſt *verborum illud pertinere , in ſin. de verborum ſignificat.*

29 Præterea poteſt reſponderi admodum dubitabilem eſſe concluſionem illam , quod dominium recta via tranſeat in legatarium abſque traditionem , maximè , quando legatum eſt tacitum , vt patet ex traditis præcipuè à *Soc iun. in hac leg. ſub numer. octauo cum ſeq.*

30 Quinimmo contrariam opinionem veriorem eſſe contendnnt à *Bar. & reliqui ferè Scribentes in leg. 1. ff. de leg. 1. Vnde non officit.*

31 Non officiunt quoque *dict. leg. ſi donatio, Cod. eod. dic. leg. primo Cod. de falſ. cauſa adiect. leg. cum illis concordan. tibus ſuperius deductis* , Optimè enim reſoluuntur , ac enucleantur per *Soc. iun. in hac ead. l. ſub numer. 23.* vide per eum.

32 Tertius adducitur intellectus , & eſt aliquorum aſſerentium diſpoſitionem dict. legis intelligendam eſſe generaliter , videlicet non reſtringendo eam ad donationem, vel ad legatum, ſed generaliter intelligendo , ſcilicet quod ex tali ſcriptura dominium illarum rerum donatarum tranſeat abſque alio in ipſos libertos donatarios.

33 Sed de facili iſtorum ſenſus damnari poteſt. Obſtat enim mirifice regula illa vulgatiſſima, quod confeſſio parte abſente facta , non præiudicat confitenti nec probat, *leg. certum* , §. *ſi quis abſente de confeſſis*, de qua regula omnium latiſsimè , ac elegantiſsimè diſſerit *Maſcard. concluſione ſua 347. & Dom. Vincent. Manc. in ſuo eleganti tract. de confeſſione capitul.....* vide per eos.

34 Quarta , & vltima eſt expoſitio aliquorum aſſerentium dominium, de quo in hac *leg non iure legati* , aut donationis cauſa mortis, ſed bene donationis inter viuos ad libertos illos pertinere.

35 Quorum ſenſus & mihi ſatis applaudit.

36 Moueor autem pro ipſius corroboratione triplici iuris fundamento.

37 Primum talis eſt. Quælibet lex ſine dubio eſt intelligenda ſecundum Rubricam ſub qua poſita , & ſituata eſt, *leg. primo ff. ſi cert. pet. leg. Imperator* , diem addictione , & c. cum monaſterium, vbi Canoniſtæ omnes, de electi̇on.

38 Hinc merito ſcripſit *Iuſtin. in proemio Digeſtorum , & in leg. tanta Codic. de veter. iur. enuncleando. leges* omnes fuiſſe ſub ſuis congruis titulis , poſitas, ac ſituatas.

39 At lex noſtra eſt ſituata ſub Rubrica de donation. vt patet : ergo ſatis clarè colligitur eam intelligendam eſſe de donatione mera inter viuos non autem de ea , quæ fit cauſa mortis , vel prouenit ex legato.

40 Donatio enim propriè intelligitur de donatione inter viuos: non de alia, *l. 1. de donat.*

41 Secundo proprius accedendo , & verborum ſeriem in hac lege poſitorum conſiderando ſic arguo Talia ſemper ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant , *leg. qui vinum, de vino, trit. & ol. leg. Iac. de Arena. Bar. & alij, in lege tertia, de fund. inſtruct. & in leg primo §. ſi quis ſub conditione* , Vt legatorum nomine caueatur , & talis eſt enunciati diſpoſitio , quale eſt enunciatum ipſum, ad *text. in leg. ex his verbis , Codic. de teſtamento*

42 *milit. & in lege ſecunda Codic. de neceſſarijs hæred. inſtituendis , & in leg. teſtamento militis , de manumiſ. teſtamento .*

43 At prædicatum, & enunciatum in hac lege nihil aliud eſt, quam donum a viuente ſine mortis cogitatione factum , ibi ( me viuum donaſse , ) quæ verba tempus præteritum ſalutis ſuæ demonſtrat , quemadmodum

44 modum in ſimili verba hæc (Habuiſſe, & recepiſſe dotem) a marito prolata intelliguntur tempore confecti inſtrumenti, vt confeſſio facta ad fauorem partis valeat. *Bartolus, in lege poſt dotem, quæſt.* 1. *ſoluto matrim. Alciatus præſumptione* 35. *n.*7.

45 Quare idem eſt, ac ſi dixiſſet teſtator. Sciant hæredes mei, me donaſſe inter viuos, quo caſu non donatio cauſa mortis, ſed inter viuos donatio eſſet; *Bartol. in leg. vltima, num.* 11. *Cod. de pactis, Alexand. conſilio* 14. *numero* 3. *in primo, & conſilio* 78. *numero* 2. *volum.* 4. *& Iaſon. in lege quæ dotis, numero* 30. *ff. ſolut. matrimon.* cum concordantibus, quos ſingillatim refert, ac ſequitur *Clar. Menoch. de præſumptionibus, lib.* 3. *præſumpt.* 35. *numero* 2.

46 Ergo ex verbis claris ipſius legis optimè probatur eius ſubiectum intelligendum eſſe de donatione inter viuos, non autem de legato, aut donatione cauſa mortis.

Tertio ſumpta occaſione ex illis verbis (Benigna interpretatione) de quibus in text. Sic arguo.

47 Benignior interpretatio ſine dubio eſt illa, quæ facit actum valere eo modo, quo melius, & efficacius valet, quando multis modis valere poteſt *Bald. in cap. quia veriſimile, de præſumptionibus, & in cap.* 1. *de controu. inter maſc. & fæmin. argum. lege domus de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Calcan. conſ.* 11. *col.* 3. *Crauet. conſ.* 318. *n.* 4. *ac plures alij*.

48 Hinc fit, vt ſi quis ex compromiſſo fuerit electus arbiter, vel arbitror, & in ſuo laudo, & arbitrio dixerit. Nos arbiter, atque Arbitror, huiuſmodi arbitrium ex benigna interpretatione, ab eo præſumitur latum tanquam ab arbitrio, vt magis efficax ſit: pulchrè *Ludouicus Rodulphin. lib.* 2. *q. ſua* 38.

49 Et in ſimili concludit *Crauetta in conſilio* 284. *numero* 4. *verſiculo quinto, Reſpondeo, & in conſil.* 322. *colum.* 4. in princip. quod in conferendis beneficijs à conferente præſumitur ſemper electus is modus, quo melius, ac efficacius ſua collatio valere, ac ſuſtineri poteſt. Sic etiam *Alex. conſil.* 8. *colum.* 4. *verſiculo nec etiam probatur, lib.* 3.
50 *concludit*, quod is, qui ex duplici iure poſſidere potuit, præſumitur poſſediſſe ex titulo magis efficaci, ſequitur *Crauet. conſil.* 322. *num. tertio verſic. rurſus non obſtat*.

51 At efficacior proculdubio eſt titulus donationis inter viuos ipſo legato, aut donatione cauſa mortis. (ſup-
52 poſito etiam gratia diſputandi, quod iſta lex poſſit, & in ipſis verificari.) Legatum enim & donatio cauſa mortis poſſunt ad libitum, cum ſint ſpecies vltimarum voluntatem, reuocari, *lege* 3. *cum leg. ſeqq. de adimend. legat. §.* 1. *inſtituta donationib. & leg. non omnis, ff. ſi certum petatur*.

53 Donatio autem inter viuos eſt de ſui natura irreuocabilis, *§. aliæ, inſtit. de donationibus, & l. penult. de donation. quæ ſub modo*. Quod prodit etiamſi facta ſit in te-
54 ſtamento. Sic poſt *Rom. Affl. & alios: Tiraq. de legibus Connubial. gl.* 3. *num.* 93. quod de ſui natura eſt reuocabi-
55 le, ad tradita per *DD. in leg. cum quis decedens, §. Codicillis, de leg.* 3.

56 Ergo ex benigna interpretatione dominium rerum, de quibus in text. ſpectat ad liberos iure donationis inter viuos, non autem iure legati, aut donationis cauſa mortis.

57 Sed duo contra huiuſmodi intellectum, qui mihi videtur veriſſimis, adducuntur a *Bar. in hac l. præcitato num.* 1.

58 Primum autem tale eſt. Nemini dubium eſt quod donatio inter viuos dicitur, & eſt contractus, iuribus vulgatis.

59 Sed in contractibus dominium non tranſit abſque traditione, *l. ſi quis argentum, §. pen, Cod. eod. niſi in Eccleſiam, vt C. de ſacroſancti. eccl. l. vltim.* Hic autem non ponitur traditionem interceſſiſſe, ergo.

60 Alterum, quod opponitur, tale eſt. Abſenti donari
61 non poteſt. *leg. abſenti, ff. eod.* ſed in caſu huius legis liberti donatarijs erant abſentes, ergo.

62 Verum hiſce duobus obiectis minimè obſtantibus ab ipſo intellectu: quem etiam præcisè ſequitur *Socin. iun. in hac leg. numero* 32. nullo pacto recedendum dijudico.

63 Non officit primum; ad ipſum enim patet reſponſum ex dictis *ſup. n.* 27. *&* 28. quam reſponſionem ſequitur pariter *Soc. præcit. loco*.

64 Ad ſecundum reſpondetur non probari, quod liberti eſſent abſentes tempore donationis; Quinimmo totum contrarium ſuaderi poteſt ex illis pronominibus (illi, &
65 illi.) quaſi fuerint per teſtatorem ad oculum, & digito demonſtrati, quæ demonſtratio habet vim expreſſionis nominis, *l. certum, ff. ſi cert. petat*.

66 Præterea dico, quod refert, an tempore ſcripturæ eſſent præſentes, vel ne quia ſatis eſt, quod fuerint præſentes tempore donationis in ſcriptura aſſerte; & hoc videtur præſupponi. Nam cum defunctus faſſus fuerit ſe donaſſe, intelligitur, quod donatio fuerit iure facta, & conſequenter, quod illi liberti fuerunt præſentes, vel quid æquipollens interceſſerit iuxta *dict. leg. abſentis, ff. eod. & hæc ſufficiant*.

De eiuſdem legis intellecto videndus *Nicol. Valla de rebus duobus pag. mihi* 33. *& D. Franciſcus de Caldas de iure emphyt. lib. ſecundo quæſt. prima num.* 44. *vbi pulchrè, & num.* 45.

## An verba enunciatiua ſimpliciter propter aliud prolata diſponant.

## QVÆSTIO III.

### SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua propter aliud minimè diſponunt.*
2 *Et præcipuè in materia pœnali, & odioſa.*
3 *Item quando proferuntur inter diuerſas perſonas.*
4 *Enunciatiua verba propter aliud diſponunt, quando in contrarium adeſſet veriſimilis mens diſponentium.*
5 *Ratio, & num.* 6.
7 *Romani conſil.* 65. *aſſertur.*
8 *Verba enunciatiua propter aliud diſponunt, quando ſunt prolata ſcienter ſuper eo, ſuper quo parte ipſe poſſunt ſibi præiudicare.*
9 *Exemplum.*
10 *Eunnciatiua verba propter aliud diſponunt, quando ſunt geminata.*
11 *Ratio.*
12 *Ampliatur ex ſententia Sfortiæ Oddi.*
13 *Item diſponunt in rebus modici præiudicij.*
14 *Item fauore militis, & n.* 16.
15 *Quid iuris de pagano? vide remiſſiuè.*
17 *Item fauore piæ cauſæ.*
18 *Contrarium multi.*
19 *Pariter diſponunt accedente iuramento.*

 20 Simi-

20 *Similiter diſponunt in his, quæ a ſolo conſenſu pendent.*
21 *Item in fauorabilibus.*
22 *Item ex ſententia Crauettæ, quando probare non poſſunt.*
23 *Ratio.*
24 *Quid ſit actio de conſtituta pecunia, & n. 25.*
26 *Alias limitationes, vide remiſſiuè per Odd.*

VIdimus de prima ſpecie verborum enunciatiuorum, videlicet, quando ſunt prolata propter ſe, nunc videndum eſt de ſecunda, id eſt, quando ſunt prolata ſimpliciter propter aliud, an diſponant.

1 Et non diſponere iura ſunt apertiſſima in leg. non nudis, in leg. non epiſtolis de probationibus, in leg. ex his verbis, vbi Doctor. & in ſpecie *Iaſon. de militari teſtamento, in leg. non epiſtola de pact. in cap. ſi Papa de priuil. in 6.* & communiter ſic tradiderunt Doctor. ita *Matthe-ſilan. ſingular. ſuo 13. num. ſecundo, Riminald. ſenior, conſil. 144. num. primo in primo. Soccinus iun. conſil. 85. num quarto in 4. Schurff. cent. ſecunda, conſil 9. numer. 15. Panciról. conſil. 86. num. 8. in 1. Viuius opinione 1038. num. primo volum. 3. & Torniola conſil. ſuo 49. num. 9. volum. primo, addo Ludouicum de Caſanate poſt hæc edita viſum; conſil. ſuo 16. numero ſexto, & Ioannem de Caſtillos ſuarum controuerſiarum quotidianarum iuris, capit. 26. numero 76. vbi infinitos propemodum concordantes deducit. Adeundus quoque Caldas quæſtion. prima, inferius alleganda, numero 67.*

2 Amplia hoc præcipuè procedere in materia pœnali, & odioſa, ita poſt *Bald. Dec. & alios tradit Crauett. de Antiquitat. tempor. prima parte, cap. quarto num. 53.*

3 Item quando proferuntur hæc verba inter diuerſas perſonas, quia eo caſu diſpoſitionem inducunt, nec aliquo modo inducere poſſunt, ita poſt alios *Ang. Aret. conſil. 24. n. 4. vol. 1. vbi adducit text. in d. l. ex his, C. de teſtam. milit.*

4 Ampliatur ſecundo ſupradicta concluſio, vt procedat etiam in vltimis voluntatibus. Sic per *text. in l. cum tale, §. fin, ff. de conditione, & demonſtr. leg. ex facto, §. aguatum, ff. de hæredibus inſtituendis, & de leg. ex his verbis, Cod. de teſtam. milit. docuit præcisè D. Franciſcus de Caldas de iure emphyt. lib. 2. quæſt. 1. num. 41. Addo Conſtantium Rogerium, in d. l. ex hac ſcriptura, num. 28. & num. 32. vbi pulchrè.*

5 Limitatur autem primo iſta principalis concluſio, quando in contrarium adeſſet mens veriſimilis diſponentium, quia tunc iſta verba diſpoſitionem inducunt.

6 Et ratio eſt, quia voluntas diſponentis eſt illa, quæ totum facit, & dominatur, leg. in conditionibus primum locum, de conditionibus, & demonſtrationibus, quæ ad amuſſim eſt ſeruanda, non enim mens verbis, ſed verba ipſorum diſponentium menti adaptanda ſunt, & deſeruire debent, cap. intelligenda, extra de verborum ſignificatione.

7 Sic in pulchro caſu conſuluit *Roman. conſilio ſuo 65. per totum.* Anciani etenim, ſeu populi cuiuſdam ciuitatis remouerant quoſdam officiales ab officio, quod facere non poterant, deinde totum conſilium decretum condidit, in quo declarauit facta per ipſos Ancianos ita fieri potuiſſe, & in prooemio decreti dictum fuit, quod illud fiebat ad remouendam omnem dubitationem. Dicit Rom. quod illa verba enunciatiua propter aliud inducunt diſpoſitionem, & confirmationem geſti per Ancianos, cum ita appareat de mente conſiliariorum ex ipſorum verbis in præfatione, in qua dictum erat, quod volebant tollere omnem dubitationem, licet geſta per Ancianos prædictos expreſsè non approbarint, ſequitur, *Crau. de antiq. par. 1. cap. 4. num. 49.*

8 Limitatur ſecundo, quando huiuſmodi verba eſſent prolata ſuper eo ſcienter, ſuper quo partes ipſæ poſſunt ſibi præiudicare, eo enim caſu induceretur expreſſa diſpoſitio, nec admitteretur probatio in contrarium aduerſus hanc enunciationem. Sic *Menoc. d. præſumpt. 133. num. 4. lib. 3.*

9 Exemplum poteſt eſſe in donatione facta alicui benemeritorum, obſequiorum, & ſeruitiorum præceptorum ratione, ſi enim huiuſmodi donatio facta ſit ab aliquo, qui plenam, ac liberam, nulla habita ratione præcedentium meritorum donandi difficultatem habet, verba tamen enunciatiua de meritis prolata inter eaſdem perſonas contrahentes, quibus hoc pacto, & renunciandi, & ſibi proiudicium procreandi facultas eſt, & diſpoſitionem, & probationem pleniſſimam inducunt.

10 Limitatur tertio, quando huiuſmodi verba eſſent geminata, virtute enim huiuſce geminationibus diſpoſitionem inducerent. ita *Roman. dicto conſil. 65. num. 5. Iaſon, in d. l. ex his, num. ſecundo, verſicul. 1. ergo limita. Text. eſt etiam in materia contractum, in l. cum ſcimus, in verſic. ſin autem ſcriptura, Cod. de Agricol. & Cenſit. lib. 11. & in materia teſtamentaria, in dict. Pamphilo, §. propoſitum de leg. 3.*

11 Et non inconuenit, nam verba geminata oſtendunt magis enixam enunciantis voluntatem, & corroborant actum, qui ſine illa vi geminationis de per ſe non ſubſi-
12 ſteret, ita infiniti, quos refert, ſequitur *Odd. conſ. 64 n. 59. 60. & 61.* vbi dicit hoc magis procedere, quando geminatio fuit facta interuallatis vicibus. Et hoc etiamſi de ipſo enunciato principaliter diſputetur.

13 Limitatur quartò in rebus modici præiudicij, in ijs enim hæc verba diſponunt, ita *Tiraq. de iudit. in rebus exiguis ferrendo, num. mihi 98. addo Rogerium, n. 41.*

14 Limitatur quintò fauore militis, *text. eſt ſecundum DD. communiter in d. l. ex his verbis Cod. de teſtam. milit. Abb. in c. cum dilectis n. 14. de ſucceſſ. ab inteſt. multos refert, & ſequitur Intrigiol, de ſubſtitut. cent. 2. q. 88. n. 23 addo Rogerium in d. l. ex hac, d. n. 32.*

15 Quid autem ſit de Pagano, vide *Iaſ. in d. l. ex his, n. 2. verſ. 3. Limita, Marzar. conſ. 37. num. 28. & Viuium d. opin. 1038. n. 2.*

16 Sed an id contingat in caſu *d. l. ex his*, ex ſolo fauore ipſius militis, an vero quia aliquod aliud adminiculum ibi concurrat, non eſt eadem omnium ſententia. Tu vide *Alex. ibi, in princ. Iaſ. n. 1. Soc. in d. l. ex hac ſcriptura, n. 40. & ibid. Imol. n. 3. vbi quoque Pariſ. n. 14. & 15. Dec. in d. l. ex his, n. 2. & 3. & Sichard. ibi, n. 7.*

17 Limitatur ſexto fauore piæ cauſæ idem *Abb. cit. loc. Iaſ. d. l. ex his, n. 2. verſ. 5. Limita, & conſ. 155. n. 3. in 4. Decian. conſ. 111. n. 24. in 2. & conſ. 44. n. 54. in 3. Afflict. deciſ. 83. n. 6.*

18 Contrarium tamen tenuerunt nonnulli relati per *Viuium, d. opin. n. 3. verſ. ſed tamen, vide per eum, addo Rogerium, n. 42. vbi latè.*

19 Limitatur ſeptimo, quando huiuſmodi verba eſſent iuramento vallata, nam tunc diſponerent, ita Alex. & alij relati per *Viuium, d. opin. 1038. in 4. Euerhard. in loco a vi, & energia iuramenti, n. 28. vbi deducit tex. in d. l. rationes, iuncta authen. qui obtinet, C. de probationibus, addo Rogerium, n. 38. cum ſeq. vbi latiſſimè,*

20 Limitatur octauo in his, quæ à puro, & mero animo proferentis dependent, & in his, in quibus diſponens libera, & ſola voluntate poteſt diſponere, & operari, vt ſi quis contrahat tamquam hæres ex illis enim verbis enunciatiuis, (quamuis propter aliud) inducitur aditio hæreditatis, vel probatio, quod adiuerit hæredita-

ditatem, ita *Homodeus concludit poſt Crauett. conſilio 866.numero 12. in quinto, qui dicit eſſe text. ſecundum vnam lecturam, in dict.leg.cum falſa, Cod.de iur. & fact. ignor.ſequitur Ludouic.de Caſanate, conſilio ſuo 16. numero 21.*

21 Limitatur nono in fauorabilibus ita poſt multos relatos docet *Riminald. iun. conſilio 578. numero 65. in quinto.*

22 Limitatur decimo ex ſententia *Crauett. de Antiquitatibus tempor.part.prima,capit.4. numero 50.* quando probare non poſſunt, tunc enim ex his verbis oritur diſpoſitio: adducit *text.ad litteram, idem Crauet. in leg. Quidam, de conſtit.pecun.* vbi ſi tertius ſcribit ad creditorem puta Titij, quod illa 10. quæ Titius ab ipſo creditore mutuo accepit,ſunt,vel habentur penes ipſum ſcribentem, ex talibus verbis inducitur actio de conſt. pec.contra ipſum ſcribentem.

23 Ratio, quia alias illa verba nil operarentur, quia non potuit tertius confiteri in præiudicium alterius, & ſic talis epiſtola non poteſt probare contra debitorem abſentem,ſed quia non eſt veriſimile,quod tertius voluerit ita ſuperfluè, & ſine cauſa ſcribere, lex præſumit, quod ita ſcripſerit animo ſe obligandi pro ipſo debitore, ac idcirco conceditur actio de conſtituta contra ipſum ſcribentem.

24 Eſt autem actio de conſtit.pecun. (vt nil, quod ad terminorum cognitionem ſpectat, intactum relinquam) quæ competit aduerſus eum, qui ſine ſtipulatione conſtituit ſe pro alio ſoluturum, *leg.ſecunda Cod. eodem.*

25 Nec diſtinguitur ex quanam cauſa debeat, certa,vel incerta,ciuili,vel honoraria,dum tamen efficaciter debitum potuerit peti,& exigi,vel ſaltem ſolutum retineri, vt quia tantum naturale erat debitum ita *Doct.ſupr. cit.loco.*

26 Multos alios caſus, in quibus hæc regula non procedit,deducit *Iaſ.inter cæteros,d.l.ex his, Viuius, d.opin. 1038.& Peralta,in l. Titia cum teſtam. num.3. de leg.2. qui etiam ſub num. 2.* inquit multa requiri, ad hoc vt iſta verba in caſibus ſupra enarratis diſpoſitionem inducant, videlicet, quod iſta verba ſint de præterito, non autem de futuro, item quod per talia verba deſignetur res, vel quantitas certa, tertio, ac vltimo, quod fuerint emiſſa ſuper eo, de quo, vel ſuper quo proferens potuiſſet tunc temporis diſponere,& latius vt per eum.

27 Aliam quoque limitationem deducit *Dom.Caldas de iure emphyteutico,lib.2.quæſt.2.num.78.*vbi docet,quod verba enunciatiua, etſi propter aliud proferuntur, inducunt diſpoſitionem, quando proferuntur per viam rationis, adducit *textum in l.final. §.primo, ff. de dol. exceptione*, & latius vt per eum, quem omninò conſulas.

28 Alia quoque ſubnectitur per *Rogerium,in d.l.ex hac, num.33.* vbi docet, quod dicta regula fallit fauore Reipublicæ,vide per eum.

## An verba enunciatiua ſimpliciter propter aliud prolata probent.

# QVÆSTIO IV.

*SVMMARIVM.*

1 *Enunciatiua verba propter aliud prolata minimè probant.*
2 *Amplia, vt nec inter eaſdem partes.*
3 *Præſumptionem tamen inducunt, cui ſtatur donec probetur contrarium.*
4 *Inter præſentes in ijs, quæ dependent a poteſtate partium, & ſuper quibus poſſunt illæ liberè diſponere, maximam inducunt probationem.*
5 *Enunciatiua verba propter aliud,nec etiam præſumptionem inducunt, quando contingit principaliter de enunciato diſputari.*
6 *Contra Crauet. Scotus, & alij.*
7 *Limita,vt per Pancirol.& Socinum.*
8 *Enunciatiua verba propter aliud non probant etiam in vltimis voluntatibus.*
9 *Exemplum.*
10 *Enunciatiua verba propter aliud inſerta etiam in inſtrumento non probant.*
11 *Exemplum.*
12 *Enunciatiua verba propter aliud minimè probant,quando de ſocietate probanda tractatur.*
13 *Exemplum.*
14 *Verba enunciatiua propter aliud non probant etiam ſolemnitatem requiſitam in actu interueniſſe.*
15 *Exemplum.*
16 *Enunciatiua verba propter aliud prolata bene probant in antiquis.*
17 *Ratio.*
18 *Scriptura priuata non probat in factis recentibus.*
19 *Secus eſt in Antiquis.*
20 *Teſtis deponens de credulitate, regulariter non probat.*
21 *Fallit in antiquis.*
22 *Verba enunciatiua propter aliud probant in Antiquis, licet enunciata ſint huiuſmodi,quæ tempore actus celebrati, aut enunciationis factæ interuenire non potuerint.*
23 *Verba enunciatiua propter aliud minimè probant etiam in Antiquis, quando agitur de magno tertij præiudicio.*
24 *Tertius dicitur ille, qui non habet cauſam cum contrahente, vel enunciante.*
25 *Enunciatiua verba propter aliud probant, quando ſunt geminata.*
26 *Amplia etiam quoad tertium.*
27 *Et eo magis ſi ſint iurata.*
28 *Contra Verral.deciſ. ſua 337. par. 3.*
29 *Reprobatur.*
30 *Rationes,& n.31.32. 33. & 34.*
35 *Verba enunciatiua propter aliud probant fauore militis.*
36 *Quid iuris in Pagano? Vide Maſcard. remiſſiuè.*
37 *Enunciatiua verba propter aliud probant fauore piæ cauſæ.*
38 *Item fauorem dotis.*
39 *Item quando ſunt enunciatiua eius, quod tempore aſſertionis eſſe poteſt.*
*Exemplum ex Maſcardo ibid.*
40 *Similiter probant in priuilegijs, quando tamen agitur de facto antiquiſſimo.*
41 *Declara.*
42 *Item probant, vbi agitur de modico præiudicio.*
43 *Item quando cum his concurrunt aliæ præſumptiones.*
44 *Alias limitationes vide per Doct.remiſſiuè.*

45 *Verba enunciatiua propter aliud prolata a Papa, vel alio Principe an probent, vel ſaltem præſumptionem inducant? & alia de materia. Vide Crauet. remiſſiuè, & n.46.*

VIſo, an huiuſmodi verba enunciatiua propter aliud ſimpliciter prolata diſponant, inquirendum dum eſt modo, an probent.

1 Et non probare pariter communiter receptum eſt ita *Guid. Papa in capitulo illud quoque, numero tertio, de præſumptionibus. Schurff. centuria tertia, conſil. 76. numero nono. Pedrocha conſilio 32. num. 123. Vincentius de Franch. deciſione ſua 357. num. primo, Maſcard. concluſione 612. num. primo poſt ibi relatus, & alijs, addo Domin. Bardellon. conſil. ſuo 49. num. 11. vbi concordantes deducit Fautum de Anna. Franciſcum de Ponte, ac plures alios.*

2 Textus eſt, etiam ad litteram in *dict. l. non nudis*, vbi ſi nutriui Titium in domo mea tanquam filium, & eum filium nominabam, non per hoc probatur eum eſſe filium.

3 Ampliatur, vt nec plenè probent inter eaſdem partes contra *textum in dict. l. optimam Cod. de contrahenda*. Sic poſt multos relatos concludit Bernab. *Cornaz. deciſione ſua Lucenſi 92. num. 12.* vbi concludit non eſſe fidem adhibendam cuidam inſtrumento celebrato inter quendam nomine Lazarum ex vna, & alium Leporinum ex alia, in quo inſtrumento enunciatum ſit Lazarum eſſe Ciuem Lucenſem, quod dictam ciuilitatem inter eoſdem probandam. Et maximè procedit inter abſentes, ita *Franciſcus de Ponte conſilio ſuo 95. numero 13.*

Limitatur tamen, vt ſaltem præſumptionem inducant, cui ſtetur donec probetur contrarium, exemplum eſt *clariſs. in d. l. optimam*, vbi videtur illum eſſe ſeruum, & partes eſſe præſentes, prout enunciatur, niſi probetur contrarium, idem etiam probatur in l. quidam de probationibus, vbi niſi ille frater probet aduerſarium non fuiſſe filium fratris mortui, credetur, quod fuerit prout in aditione, in ſolutione fideicommiſſi, & in cautione, de quibus ibi enunciabatur, ita *Socc. conſilio 46. numero octauo, in primo, & 223. num 8. in 2. idem Soccinus iun. d. l. ex hac ſcriptura, num. 69. cum ſeq.* vbi de hoc omnium pulcherrimè, & latiſſimè, ſequitur *Iacobus Machel. patroc. 38. num ſecundo, Pappon. conſilio 92. numer. 37. in 1. & nouiſſimè Marcus Antonius Maceratenſ. lib. ſecundo, reſolut. 11. num. 59* vbi ampliat hæc verba præſumptionem quoque facere ad fauorem tertij abſentis.

4 Quinimmo inter præſentes, in ijs tamen, quæ pendent a poteſtate partium, & ſuper quibus poſſunt illæ libere diſponere, maximam inducunt probationem. Sic poſt alios *Ponte d. conſil. 95. num. primo, Crauett. in dict. §. propoſitum num. 63.* conferunt mirum in modum ſcripta per *Illuſtriſſ. Dom. Cardin. Tuſchum concluſione ſua 652. numero 10. in littera C*, a contrario ſenſu: docuit enim ibi, quod confeſſio enunciatiua propter aliud facta, non probat etiam inter contrahentes, quando fit ſuper eo, de quo contrahentes non poſſunt diſponere, & latius, vt per eum.

5 Declaratur tamen ſupradicta Limitatio, vt non procedat, quando contingit principaliter de enunciato diſputari, tunc enim ne præſumptio, quidem oritur; ita plures relati a *Crauet. de Antiquitatibus tempor. p. 1. c. 3. n. 54.*

6 Licet ipſe ſubſequentibus numeris, & *Scotus conſil. 3. lib. 1. num. 39. vol. 2. contrarium voluerit, ſequitur etiam Pappon. d. conſ. 92. n. 38.*

7 Limitatur tamen vt per *Pancirol. conſil. ſuo 96. numero 57. volum. 1.* quando ſunt geminata, & in alio caſu, vt per *Soc. iun. in d. l. ex hac ſcriptura, num. 57. vſque in finem.*

8 Ampliatur ſecundo Regula principalis, vt procedat etiam in vltimis voluntatibus, ita poſt alios concludit *Anton. de Petrutia in leg. prima numero 327. ff. de iureiurando.*

9 Exemplum poteſt eſſe, veluti, ſi Sempronium, quem vti filium tenebam, ac nominabam, hæredem mihi inſtituam in teſtamento, adhuc enim non probatur eum eſſe filium.

10 Ampliatur tertio, etiamſi hæc verba eſſent inſerta in inſtrumento, nam ideo minus minimè probant, ita *Maluaſ. conſil. 91. n. 41. vol. 1.*

11 Exemplum: Acquiſiui domum à Sempronio pro me, ac Mæuio, quem vti filium tenebam, ac nominabam, certè adhuc non probatur Mæuium eſſe filium meum, licet illa verba fuerint inſerta in inſtrumento ipſius acquiſitionis.

12 Ampliatur quarto, vt præcipuè procedat, quando de ſocietate probanda tractatur, ita poſt *Guidon. Pap. & Alex. Marcabrun. ab Anguil. conſil. ſuo quinto, numero 49.*

13 Exemplum poteſt eſſe, veluti ſi dicatur, Ego, & Sempronius ſocius meus in arte Lanificij, mutuo damus tibi centum; per illa enim verba (Socius meus) non probatur ſocietatem initam inter me, & Sempronium.

14 Ampliatur quinto, vt nec etiam ſolemnitatem requiſitam in actu interueniſſe per hæc ipſa verba probetur.

15 Veluti, ſi in inſtrumento alienationis dicatur, Habita licentia Epiſcopi, & præcedentibus tractatibus, vt poſt multos concludunt Addentes ad *Matthesilan. ſing. ſuo 79. n. 3.*

16 Limitatur autem primo, concluſio principalis, videlicet, quod verba enunciatiua ſimpliciter propter aliud prolata non probant, in Antiquis, *ita gloſ. in cap. cum olim, & ibi Doctor. de Cenſibus, Paſethus poſt alios, quos deducit, conſil. ſuo 204. numero quinto, in 1. Crauet. de Antiquitatibus, parte prima, capit. primo, num. 7. Aſinius in ſua Praxi, par. 2. cap. 12. numer. 4. Maſcar. concluſione 622. num. 15. & Vincentius de Franchis, d. deciſione 357. num. 3. Addo Trentacinquium Variarum Reſolutionum, lib. 1. tit. de Verborum ſignificatione reſolutione 82. verſ. 2. concluſ.*

17 Et ratio eſt, quia in Antiquis propter difficultatem læuiores probationes ſufficiunt, *cap. cum cauſam, vbi gl. de probationibus.*

18 Hinc eſt, quod etſi in factis non Antiquis ſcriptura priuata non probet, *l. nuda de donationibus l. inſtrumenta domeſtica, l. exemplo, & l. rationes, Cod. de fide inſtrument.*

19 Secus tamen eſt, quando ſumus in Antiquis, quia tunc probat, ita poſt multos concludit *Crauett. citat loc.*

20 Hinc eſt etiam, quod quamquam teſtis deponens de credulitate non probet. *gloſ. in l. in teſtamento, & ibi Cynus, Cod. de teſtamentis, Iaſ. in Rubric. de iureiur. numer. 2.*

21 Tamen in Antiquis plenè probat. *cap. quoties, in fine verſ. accepiſſe, de Teſtamentis.*

22 Ampliatur, vt hæc principalis limitatio procedat, licet enunciata ſint huiuſmodi, quæ tempore actus celebrati, aut enunciationis factæ interuenire potuerint: ita poſt plures *Crauett. citato capitulo quarto in principio, qui ſub numero tertio, declarat,* qua-

qualiter ſit intelligenda hæc ampliatio, pluribus alijs medijs id demonſtrat eruditus *Pedrocha conſ. ſuo 32. n.129. cum ſeq. Addo Trentacinq. præcitato loco.*

23 Declaratur tamen iſta limitatio, vt non procedat, quãdo in Antiquis ageretur de magno præiudicio tertij, quia eo caſu non plenè probarent, ita *Scotus d. conſ.3.lib.1.nu. 31.cum ſeq. Menoch.in 673.n.7.& 8.in 7.& in 979.n.6.& 7.in 10.addo D.Carol.Bardellonum, conſ.ſuo 49. n.49. in 1. vbi pulchrè.*

24 Quis autem dicatur tertius declarat *Crau.dicta parte 1. de Antiquitatibus, c.4.num.22.cum ſeq.* dicens in ſumma, quod tertius dicitur ille, qui non habet cauſam cum contrahente, vel enunciante.

25 Limitatur ſecundo concluſio principalis, quando huiuſmodi verba ſunt geminata, eo enim caſu plenè probant, ita poſt plures relatos *Decian.conſ.ſuo 31. n.25. in 1. Crau.conſ.405.n.4.Eug.conſ.58. n.49. vol.1.*

26 Ampliatur etiam quoad tertium, vt dicunt plurimi relati a *Crau.d.p.1.cap 3.n.31.cum ſeq.* ſequitur poſt multos relatos, *Scotus conſ.3.n.20.lib.1.tom.2. ſequitur Ludouicus deciſ.Peruſina 33.n.11. vol.1.*

27 Et eo magis ſi ſint iurata. Si quidem iuramentum habet vim clauſulæ, vt actus valeat omni meliori modo *l. cũ pater, §.filius matrem, deleg.2. ita Mar.Ant.Bauerius, de virtute, & viribus iuram verſ.dicturus, n.32.*

28 Eſt tamen notandum, quod adeſt deciſio *P.Emill.Verval.in contrarium in ord.336.p.3.* vbi tenet huiuſmodi verba propter aliud prolata geminata, & iurata quoque inſimul non probare, & ita inquit fuiſſe deciſum anno Domini 1553.die 13.Maij.

29 De qua tamen deciſione valdè dubito, cum ab opinione tantorum Patrum aliena videatur.

30 Et quia nemini dubium eſt hęc verba aliqualem de per ſe inducere præſumptionem, vt ſuperius fuit dictum: nunc addo *Scotum, cit.n.20.cum ſeq. & Butrium, c.cum dilectus, n.7.de ſucceſſ.ab inteſt.* qui inquit, quod hæc verba in tantum adminiculantur, vt iuncto vno teſte præſumptionem inducant ſufficientem etiã ad condemnationem, niſi directe, vel indirectè tollatur, ſcilicet, per probationẽ furoris.

31 Quinimo pręſumptionem inducunt etiam ad fauorem, vel in præiudicium tertij, vt tradit *Rom. conſil.63. Iaſ.in d. l.ex his verbis, n.3.*

32 Quæ præſumptio operatur, vt illi ſtandum ſit, donec probetur contrarium; ita *Scotus conſ.3.n.16. lib.1.tom.2.*

33 Et hoc præcipuè procedit, quando huiuſmodi verba ſunt prolata inter perſonas nobiles, quas non eſt veriſimile mentitas fuiſſe, vt hæc omnia pulchrè confirmat *Decian.conſ.32.n.77.in 2.*ergo geminata, & iurata plenè debent probare virtute geminationis, & iuramenti.

34 Et eo magis dico reſpuendam, quia nonnullos adducit, qui de huiuſmodi materia ne verbum quidem proferunt, vt tu lector beneuole videre poteris.

35 Limitatur tertio principalis concluſio fauore militis, *l.ex his verbis, C.de teſtamento militis, ſequitur Maſcard. d. concl.622.n.38.*

36 Quid autem ſit de Pagano, vide eundem numeri ſubſequenti.

37 Limitatur quarto fauore piæ cauſæ, vt poſt alios tradit *Euerardus in loco a milite ad eccleſiam, n.3. ſequitur Ludouicus deciſione Peruſina 33.n.12.p.1.Maſc. d.concl.622.nu. 41.& Crau.in §.propoſitum, n.60.& 61.* vbi quærit, numquid iſte fauor piæ cauſæ habeat etiam locum, vbi agitur de fauore liberorum.

38 Limitatur quinto fauore dotis. Sic poſt plures relatos docuit in terminis *Marſilius ſing. ſuo 442.* vbi ſubdit hæc menti tenenda, quia illa pluries habuit in facto, & obtinui contra duos aduocatos. Subſequuti ſunt *Rimin.iun. poſt alios, conſil.31. num.5.& 36. cum ſeq.* vbi declarat, qualiter id ſit intelligendum, *Eugen.dict.conſil.58. numer.50. & alias diximus ſupr. lib. 2. quæſt. 31.*

39 Limitatur ſexto, quando huiuſmodi verba ſunt enunciatiua eius, quod tempore aſſertionis eſſe poteſt, nam tunc probant: ita poſt *Bart. & alios Eugen. conſ.57.nu.48. Pulchrè Maſc.concl.622.n.26.& 27.* vbi affert exemplum dicens, quod ſi fortè fortuna proferatur inſtrumentum cuiuſdam notarij, in quo enuncietur Titium tãquam procuratorem Caij promiſiſſe. Talia verba vtiq. probant Titium eſſe procuratorem eiuſdem met Caij.

40 Limitatur ſeptimo in priuilegijs, in ijs enim hæc verba enunciatiua probant, quando tamen agitur de facto antiquiſſimo ſecundum *gl.in c.cum olim, de Cenſibus, & in c.ſi Papa, de priuilegijs in ſexto.*

41 Intellige etiam, quando verba proferuntur ab illo, qui ſuper eo, quod enunciat, potuiſſet principaliter diſponere, ſufficit tunc vnum Priuilegium antiquiſſimum, quod in probando æquipollet famæ, vt tradit *Ioan.Andr. in regula non licet, de reg.iur.in 6.*

Ita docet limitando *Franciſc.Aret.in c. cum cauſam, n. 36.de probationibus, ſequitur Maſc.d.concl.622. n.17.*

42 Limitatur octauo, vbi agitur de modico præiudicio, nam tunc iſta verba probant; ita poſt alios *Crauet. in d.§. propoſitum, n.61.*

43 Limitatur nono, quando cum his verbis concurrunt aliæ præſumptiones, vel coniecturæ. Sic præciſè poſt alios *Ludouic.de Caſanate, conſ.ſuo 16. n.26.*

44 Alias limitationes vide per *Eugenium, d.conſ.58. n.45. cum ſeq.& per Maſc.cit.concl.622.vol.1.*

45 Sed an huiuſmodi verba prolata à Papa, vel alio Principe probent, vel ſaltem præſumptionem inducant.

46 Et an eadem verba a priuatis prolata, quæ inducunt præſumptionem in contractibus, cui præſumptioni ſtatur, donec probetur contrarium, id agant reſpectu tertij, ſeu in fauorem tertij, hic non diſputo: ſed vos remitto ad *Crau.d.p.1.c.3.n.18.cum infinitis ſeq.* qui etiam infinita alia de hac verborum ſpecie proſequitur.

---

## An verba enunciatiua propter aliud per modum conditionis diſponant.

## QVÆSTIO V.

*SVMMMRIVM.*

1 *Verba enunciatiua prolota propter aliud, per modum tamen conditionis, minimè diſponunt.*
2 *Ratio.*
3 *Ampliatur, etiamſi ſint iurata: Ratio ex Socc. ibid.*
4 *Ampliatur pariter, etiamſi conditio non ſit expreſſa, ſed tacitè veniat per verba futuri temporis.*
5 *Limitatur ſecundum Alex. in aliquo antecedenti, vel conſequenti, quod ſit neceſſario implendum ad illud, quod in conditione eſt deductum, & eſt communis limitatio, n.9.*
6 *Comprobatur, & n.7.8.cum ſeq. vſque ad 14.*
14 *Opinio quædam Addentium ad Bartolum aſſertur.*
15 *Reprobatur.*
16 *Explicatur reg.in l.Proculus, de Vſufruct.*
17 *Dictiones (ſi) & (quoad) conditione important.*
18 *Textus in l.penultima, de collatione dotis declar.*
19 *Dubitat Author de limitatione illa Alexandri.*
30 *Enunciatiua verba propter aliud per modum tamen conditionis non diſponunt, & præcipuè in vltimis voluntatibus, & n.21.*
22 *Declaratur iſta enunciatio.*
23 *Verba enunciatiua propter aliud per modum conditionis bene diſponunt, quotieſcumque aduenit conditio.*
24 *Ratio.*

25 *Item quando concurrunt aliæ coniecturæ quæ magis apertam voluntatem enunciantis oſtendunt.*

HVcuſque tractatum fuit de Verbis Enunciatiuis prolatis ſimpliciter propter aliud, & ſic in genere, nunc videndum eſt de qualibet eorum ſpecie.

Et primo an, prolata propter aliud, per modum tamen conditionis, diſponant.

1 Et non diſponere iura ſunt apertiſſima, videlicet in *l. ex facto, la prima, ff. de hæredibus inſtituendis, & in lege ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. Ita quoque Rimnald. iunior, in conſil. 689. n. 147. in 6. Pariſ. in dicta lege ex hac ſcriptura, n. 41. verſiculo ſecunda principalis concluſio, et Soccinus iunior, num. 30. quicquid ſcripſerit Maſcardus concluſ. 622. n. 45.*

2 Et ratio eſt in promptu, quia conditio nil vnquam ponit in eſſe: *Oſaſchus deciſ. 166. num. 5.* & quæ ſub conditione exiſtunt, non ſunt ſub diſpoſitione, vt pulchrè, & latê more ſuo docet *Clar. Eques Dom. meus Peregrinus, de Fideicommiſſis, artic. 28. n. 8. pulchrè Dom. Fachineus, conſ. ſuo 70. n. 3. volum. 1.* Hinc videmus, quod actus conditionalis nihil operatur ante conditionis euentum, *Caſſador. deciſ. 3. de præbend. n. 16.* & conditione non verificata ceſſat diſpoſitio, *Oſaſcus deciſ. 171. n. 6.*

3 Ampliatur, etiamſi ſint iurata, nam ideo minus minimè diſponunt *Ita Socc. iun. in dicta lege ex hac ſcriptura, n. 53.* vbi reddit rationem dicens, quod iuramentum non alterabit (vt ipſius verbis vtar) naturam verborum conditionalium. Semper enim, etiam quod millies iurata, conditionalia erunt, & in vim conditionis ſtabunt.

4 Ampliatur ſecundo principaliter, vt procedat, etiamſi conditio non ſit expreſſa, ſed tacitè veniat per verba futuri temporis, *iuxta lege Stichum, qui meus erit cum ſimilibus, ff. de lege prima, ſic præcisè, Bar. in d. l. ex hac ſcriptura, n. 3. ff. de donationibus motus per text. in lege Titia, in princ. ff. de leg. 2.* qui tamen ad rem nil facit, prout egregie animaduertit etiam *Socin. iun. qui & huic idem ampliationi ſubſcripſit, in d. l. ex hac ſcriptura ſub n. 31.*

5 Limitatur primo iſta concluſio ſecundum *D. Alex. conſil. 185. n. 18. in 2.* in aliquo antecedenti, vel conſequenti, quod ſit neceſſarium implendum ad illud, quod in conditione deductum eſt.

6 Adducit textum in conſequti *in l. penultim. de Collatione bonorum*, vult dicere de Collat. dotis, vbi quidam teſtator teſtamento ſuo cauit, quod filia ſua conferret fratribus dotem, & alia, quæ ſibi nubenti per ipſummet fuerunt tradita pro rata, & portione, ad hæreditatem & ipſa admittatur. Si filia ab hæreditate ſe obtineat, non poteſt cõpelli a fratribus ad bona ſua conferenda, quoniam pater voluit filiam ſuam alterutrum habere ſcilicet eandem portionem hæreditatis, ſi dotem cum ceteris bonis fratribus conferre maluerit, vel dotem, & d. alia bona habere præcipua ſi voluerit. Et ratio eſt; quia cum pater dixit. Si filia, & dotem, & cætera, quæ ſibi tradidi nubenti, cum fratribus conferret, pro parte hæredem inſtituo ſcilicet ſequitur de neceſſitate, quod pater voluit dominium dictorum bonorum in filiam transferre, quia alias non potuiſſet filia dicta bona conferre, vt diſpoſuit teſtator.

7 Quia collatio eſt rei propriæ, non alienæ, in commune latio, *l. 1. in princ. de Collat. bonorum.*

Non mirandum ergo, quod filia abſtinente ab hæreditate patris dos præcipua vna cum alijs bonis ſibi ſpecialiter traditis remaneat pleno iure apud ipſam filiam: Stante regula, quod abſtinens ab hæreditate nunquam conferre tenetur, *l. fin. de Collatione bonorum, quæ fuit ratio deciſionis, in d. l. pen.*

8 Exemplum autem in Antecedenti poteſt colligi *ex l. denique, §. interdum de pecul. leg. & in terminis ex l. Proculus, in princ. de vſufruct.*

9 Ita quoque videtur ſentire *Dec. in l. ex his, n. 35. C. de teſtam. milit. vbi etiam Iaſ. n. 2. verſ. 10. fallit Ceph. in l. centurio, de vulgari, n. 981. pag. mihi 79. Ruin. conſ. ſuo 17. n. 3. in 1. Maſc. d. concl. 622. num. 45. Ioannes Baptiſta Schuuarz. in l. optimam, explanation. 89. C. de contrahenda, Ludou. de Caſanat. omnium latiſſimè, & elegantiſſimè, conſ. ſuo 19. ſub num. 9. 10. 11. & 12. & ante omnes Bar. in d. l. ex hac ſcriptura, n. 4.* dum ita diſtinguit de his verbis.

10 Aut fuit expreſſa certa quantitas, ſeu ſpecies, aut non. Si non fuit expreſſa, non diſponunt, ſi fuit expreſſa, tunc ſubdiſtinguit.

11 Aut quæritur, an inducat diſpoſitionem in eo, quod venit in conditionem, aut in alio antecedenti, vel conſequenti.

12 Primo caſu hæc verba non diſponunt, niſi tamen prolata ſint per ablatiuos abſolutos, vt in *l. fideicommiſſa, §. cũ eſſet de leg. 3. & in l. ratione, §. tametſi, ff. ad l. Falc. cum concord. deductis per Soc. in d. l. hac ſcriptura, n. 35.*

13 Secundo vero caſu; Si illud antecedens, vel conſequens poterat per teſtatorem induci, & erat antecedens neceſſarium, diſponunt, & hoc eſt, de quo vos loquuti ſumus. *Sententiam Bart. præcisè ſequutus eſt D. Trentacinq. variar. reſ. lib. 1. tit. de verb. ſignific. reſol. 2. n. 48.*

14 Addentes ad *Bart. in d. l. ex hac ſcriptura in 3. col. in littera A, dicunt limitationem Alex. ſuperius relatam eſſe contra text. in d. l. ex his verbis, C. de teſtam. milit. & reſpondent ad l. Proculus, ad l. pen. de collat. dotis,* quod ibi erant verba enunciatiua principaliter propter ſe prolata.

15 Sed an iſtud reſpondeo, & dico eos decipi, in *text. enim in d. l. ex his,* non adſunt Verba Enunciatiua prolata propter aliud per modum tamen conditionis, quemadmodum illi arbitrantur, vt vnuſquiſque videre poteſt.

16 Propterea *tex. in d. l. Procul.* loquitur propriè de his verbis prolatis per modum conditionis, non autem per ſe, patet ibi, ſi ille hæredi meo promiſerit,) vel ibi. (ædium
17 illarum, quo ad altius: quam vti nunc ſunt, ædificatæ non erunt, &c.) Dictiones enim illæ (ſi) & (quo ad) conditionem important expreſſam, vt de dictione (ſi) eſt *in l. 1. §. ſi quis ff. de verborum obligat. Bart. in leg. 1. de condit. & demonſtr. in lege qui promiſit.* de conditione indeb. cum ſimilib. & de dictione (Quoad) ex *text. in l. 1. §. fin. de ventr. in poſſ. mit. in l. ambiguitatem, de Vſufr. in l. quamdiu, Cod. qui admit. cum ibi not. cum mille concordantibus.*

18 Pariter *text. in d. l. pen. de Collat. dot.* loquitur de his verbis: patet ibi. (ſi votem, & cætera quæ nubenti tradidi,) quæ dictio (ſi) vt dixi conditionem importat.

19 Aduerte tamen, quod valdè dubito de limitatione illa Alex. quod ſcilicet regula illa fallat in aliquo antecedenti, vel conſequẽti neceſſario, quam etiam ſequutus latiſſimè *D. Conſtantinus Rogerius, in d. l. in hac, n. 17. cum ſeqq.* & hoc per ſcriptura a *Soc. in d. leg. ex hac ſcriptura, n. 33. & 34. nec non 42. & a Pariſ. ibid. n. 19.*

20 Secundo loco addentes ad textum, *in l. ex facto, la 1. de hæred. inſtit,* limitant ſupradictam regulam principalem, vt dumtaxat locum habeat in vltimis voluntatibus, & hoc per *text. in l. filiusfam. §. eum qui de legat. 1.* qui, vt potui colligere de hoc ne verbum quidem profert.

21 Quod autem hæc verba non diſponant in vltimis voluntatibus, latè *Cl. D. Peregr. art. 2. de fideicomm. n. 52.* vbi quoque rationem deducit, dicens, quod cum conditionalia prolata ſint ad conditionandum, & qualificandum diſpoſitionem in alium collatam, ſatis eſt, vt ſecundum eorum naturam operentur effectum conditionis, nec vlla neceſſitas cogit, vt operentur effectum diſpoſitionis, & latius, vt per eum.

22 Intellige tamen id præcipuè, quando nulla quantitas, vel ſpecies fuit expreſſa; tunc enim huiuſmodi verba per modum conditionis prolata minimè diſponunt in vltimis voluntatibus. Sic præcisè *Io. Baptiſta Schuuartzent. in*

repe-

*repetitione, d.leg.optimam explanat.*88. *vbi adducit text.ad litteram, in l.Titia, in princ.de leg.*2.

23 Limita tertiò vltra alios, quotieſcunque conditio aduenisset, quo caſu hæc verba diſponerent.

24 Ratio eſt, quia puri, & purificati idem eſt iudicium, *l. Sed etſi de ſua, in fide, de acq.poſſ.l.ſi pupillus de conditionib. inſtitut.& Cæph.in l.centurio, de vulg.n.*872.*addo Veral.deciſ.*338.*p.*1.*& deciſ.*35.*p.*2. *& Cl.Eq.Peregr. de fideic.art.* 43.*n.*17.*videndus quoq.D.Leand.Galghanet. poſt hæc edita viſus in ſuo tract.de condit. & demonſtr. p.*1.*c.*88.*nu.*19.

25 Quarto limita, quando cum his verbis concurrerent aliæ coniecturæ, quæ magis apertam proferentis voluntatem oſtenderent, tunc enim huiuſmodi verba conditionalia diſpoſitionem inducerent. Sic præciſè *Portius Imol. conſ.ſuo* 40.*n.*20.*vbi deducit text.in d.l.deniq. de pecul.l.& in l.penult.de collat.dotis,* cum ſimilibus, & hæc ſufficiant. Latius autem de huiuſmodi verborum ſpecie diſſerit *Ill. D.Card.Tuſcus concl.ſua* 82.*in littera V*, vide per eum non enim ex ſcriptis ſcripta conficienda ſunt.

---

## An verba enunciatiua propter aliud prolata per modum modi diſponant,

## QVÆSTIO VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Modus multipliciter accipi ſolet.*
2 *Quomodo accipiatur hoc in caſu.*
3 *Enunciatiua Verba per modum modi diſponunt. Ratio nu.*5. *& ratio rationis num.*6.*&* 7.
4 *Dictio (Ita vt) modum importat.*
8 *Modus definitur.*
9 *Conditio deſcribitur.*
10 *Nulla conditio in præteritum, vel præſens tẽpus confertur.*
11 *Conditio ſemper impleri debet ante emolumẽti aſſecutionẽ.*
12 *Inſtitutus, vel ſubſtitutus ſub conditione nũquam poteſt hæreditatem conſequi, niſi prius conditionem adimpleat.*
13 *Conditionis implementum dicitur procedere non modo habitu, ſed actu, & facto conſumato.*
14 *Modus adimpletur poſt emolumentum conſecutũ, & n.*15.
16 *Teſtator ſi voluit antea impleri id, quod per dictiones modũ importantes expreſſit, quam emolumentum acquiratur, diſpoſitio erit conditionalis, & non modalis, & n.*17.
18 *Diſpoſitio teſtatoris in dubio potius præſumitur modalis, quam conditionalis.*
19 *Conditio pro ſui natura ſemper ſuſpendit diſpoſitionem, & diſpoſitionis effectum in ipſius conditionalis euentum.*
20 *Conditio nil ponit in eſſe antequam impleatur, & implemento deficiente non ſortitur effectum.*
21 *Modus non ſuſpendit, ſed reſoluit diſpoſitionem in caſum modi non impleti.*
22 *In conditione non datur actio, niſi extet conditio.*
23 *Conditio prius verificanda eſt, antequam agi poſſit.*
24 *Ex modo datur ſtatim actio, oblata realiter cautione de ipſo modo implendo.*
25 *Monitio eſt neceſſaria, vt quis priuetur. Commodo relicti ob modum non impletum.*
26 *Menochij in ſuo conſil.*131 *in* 2. } *Conſultationes Adducuntur.*
27 *Deciani in* 132. *inter illa Menoch.*
28 *Crauettæ in* 59.*in* 1.
29 *In conditio ſecus eſt.*
30 *Ratio.*
31 *Contractus ſub conditione celebratus, reſolutus dicitur in ipſo initio non eueniente ipſa conditione.*
32 *Modus impleri dicitur per modum compulſionis.*
33 *Conditio per modum excluſionis.*
34 *Alias differentias inter modum, & conditionem vide remiſſiuè per Doctores.*
35 *Cur Verba Enunciatiua per modum modi prolata diſponãt, ſecus ſi autem, ſi per modum conditionis, patet ex ſupradictis.*
36 *Filiationis quaſi poſſeſſio probatur per hæc verba.*

Enunciatiua verba propter aliud per modum conditionis minimè diſponere in precedenti q.concluſum eſt nunc congruenti ordine, An per modum modi prolata:
1 itidem diſponant, inquirendum eſt. Modum autem (ne quid obſcuri in hoc opere ſit inſitum accipio in hoc caſu) multipliciter enim ſolet accipi: pulchrè *Cl.Peregr. poſt alios, de fideic.art.*11.*n.*109.*&* 110.*cum ſeq. & Pedrocha conſ.ſuo* 2.*n.*23.*cum duob. ſeqq.in* 1.*addo D.Galghanet. d.tract p.*1.*c.*92.*per totum*, vbi omniũ latiſſimè pro one-
2 re iniuncto honorato ad *text.in Rubro, ac Nigro C.de his, quæ ſub modo*, & pro qualitate qualificante diſpoſitionem *ad textum in l.obligationum, §.modus, ff.de actionibus,& obligat.& in l.quarta, §.modus, de ſeruit.cum concord.*
3 Et diſponere communis eſt Doctorum ſententia. Sic notatur in *l.cum eorum, C.de ſententijs.ſic Berous conſ.*87. *n.*18.*in* 2.*Crau.conſ.*217.*n.*7.*in* 2.*& alij, ſequitur Parij in d. l.ex hac ſcriptura de donationib. ſub nu.*41.*verſ.*5.*concl.Cl. Peregr.conſ.ſuo* 146.*n.*1.*in* 5.*Ill.Card.Mant.de tac.& amb. conuent.lib.*2.*tit.*7.*n.*16.*& nouiſſimè Ioan.Bapt. Schuuartzenthaler in repet.leg.optimam, C.de contrah explanatione* 87.*n.*26.*vbi quoq; adducit tex.in terminis, in l.fin.C.de his, quæ ſub modo*, vbi ſic legitur. Ex his verbis. Titio decem millia, vel inſulam relinquo, ita vt quinque millia ex his, vel eadem inſulam Mæuio reſtituat, &c.inferius. Ex hu-
4 iuſmodi verbis modum reſpicientibus (Dicito enim illa (ita, vt) abſque dubio modum importat, vt eſt *text.in l.* 17.*§.hæc ſcriptura, ff.de manumiſſ.teſtam.Sequitur poſt alios Albenſ.conſ.ſuo* 234.*n.*6.*in* 2.*pulchrè Galghanet. tract p.*1. *c.*95.*nu.*1.*&* 2.) ſiue ad notandum, ſiue ad faciendum aliquid fideicommiſſi actionem omniſariam naſci.
5 Rationem autem huiuſce enunciationis eam eſſe arbitror: quia verba enunciatiua prolata in modum modi illam eandem vim habent, ac ſi eſſent diſpoſitiua *d.l.final. C.de his, quæ ſub mod.ſequitur poſt Bart.Albenſ.d.conſil.ſuo* 234.*num.*5.

Ratio rationis poteſt eſſe multiplex.

6 Altera eſt, nam modus traditus à diſponente declarat vtique mentem ipſius diſponentis, & ob eum augetur, & alteratur proprietas verborum, vt per illum *text.notat Bald.in l.Proculus de vſufr.ſequitur Anguill. conſ.ſuo* 85.*n.* 77.*& Rim.iun.conſ.ſuo* 700.*num.*6.

7 Secunda poteſt eſſe ratio: nam ſi modus accipitur in hoc pro qualitate qualificate diſpoſitionem; ſpoſitionẽ, ergo de neceſſitate opus eſt, vt etiam per ipſum inducatur diſpoſitio, & tanto magis, quia modus eſt ille, qui cõfirmat, & dat robur ipſi diſpoſitioni, ſi enim ipſe minimè impleatur, reſoluitur etiam ipſa diſpoſitio, ad tradita per *Cl.Eq.D.Peregrin.de fideic.art.*16.*n.*158.*cum ſeqq.*

Quoniam autem, & de conditione, & modo in hoc, & præcedenti capitulo facta eſt mentio, non erit ab re, de aliquibus paucis, quæ tantum ad materia noſtram pertinere videantur, breuiter diſſerere.

Videndum igitur ſolummodo, quid ſit modusquid cõditio, & in quibus inter ſe differant. Quotuplex enim ſit ipſe modus, & quotuplex ipſa conditio, per quæ verba inducatur, & alia de hac materia, latè docent inter alios *Bart.in l.quibus die b.§. Termilius de cond. & demonſtrationib.Sarmient.lib* 2 *Selectarum c.*1. *&* 2.*Cardin.Mantic.de coniect.lib.*10.*tit.*5.*n.*3.*cum ſeq.& D.Peregr. art.*43.*de fideic.n.*19.*&* 20.*cum ſeq.vide per eos.Addo nouiſſimè Clar. D.Ioſeph.de Ruſtic.ad l.cum Auus, de condit. & demonſtr. in præ-*

*in prœmio,cap.3.per totum*, vbi omnium latiſſimè, ac ele-
gantiſſimè.
8 Modus priori loco nihil aliud eſt,quā moderatio quæ-
dam diſpoſitione adiecta eum,qui honoratur, aggrauans
in tempus diſpoſitionis perfectæ, Sic *text.notab.in l.Mæ-
uia,de manumiſ.teſtamento,l.demonſtr.§.vlt. & in l.quibus
dieb.§.Termilius,vbi Bart.n.1.de cond.& demonſtr.Lancel.
Gallia ſequitur conſ.ſuo 2.n.20.col.1.Berret. poſt multos re-
latos conſ.ſuo 12.nu.1.& nouiſsimè D.Cæſar. Barzius deciſ.
ſua Bononienſ.81.n.6.Addo D.Galghanett.p.1.c.92.n.1.*
9 Conditio vero definitur, vt ſit futurus euentus quem
diſpoſitio ſuſpenditur,ita *Bart.in l.1.num.3.eod.tit.*& hæc
definitio eſt communiter recepta,& ab omnibus appro-
bata teſte *Card.Mant.d.libr.10.tit 5.num.2.*
10 Dixi autē, (futurus euentus,) quia nullus eſt,qui igno-
ret nullam eſſe conditionem,quæ in præteritum,vel prę-
ſens tempus conferatur, *l.inſtit.talis, in fi.de cond.inſtitut.
cum ſuis concordantib.deductis per Mantic. d.tit.5.nu.1.*
His ſic breuiter ad euidentiam præmiſſis, videndum
modo quomodo ipſa conditio, & modus inter ſe princi-
paliter differant.
11 Differunt itaque primo,nam conditio ſemper impleri
debet ante emolumenti eſſecutionem *l.quæſitum,l.in con-
ditionib.§.1.de cond. & demoſtr. & l.Thais Ancilla,§.Sti-
chus,ff.de fideicommiſſ.libertatibus, ſequitur Bart.in leg.qui
hæredi,in fin.ff.de cond.& demonſtrat. vbi Soc.in 3.notabili*
12 *dicit*,quod inſtitutus,vel ſubſtitutus ſub conditione nun-
quam poteſt hæreditatem conſequi, niſi prius conditio-
nem adimpleat,dicto ſubſcripſit etiam *Dec.conſ.ſuo 2.nu.
in 2.vbi etiam poſt Bald.& alios ſubdit*,quod implementū
ipſius conditionis debet præcedere non modo habitu ſed
actu,& facto conſumato,addo *D.Leandr.Galghanett. poſt
hæc edita viſum in ſuo tract.de cond. & demonſtr.p.1.c.88.
n.6.cum trib.ſeq.videndus quoque Cl.Menoch.conſ.ſuo 262.*
13 *n.1.in 3.*vbi ſubdit,quod qui vult conſequi relictum con-
ditione,debet etiam probare conditionem ipſam imple-
tam fuiſſe,concordantes adducit *Dec. & Soc.iuniorem.*
14 Modus vero poſt emolumentum conſequutum *d.leg.
quibus diebus,§.Termilius,ibi Bart.ſub n.1.ſequitur Hyppol.
Rimin.conſ.ſuo 353.n.195.Pariſ.conſ.19.nu.250.in 2.Zuch.
conſ.68.nu.35.& Crauett.conſ.ſuo 59.nu.1. Sic etiam docet
P.Surdus deciſ.ſua 156.num.6. Galghanett.d.p.1.c.94.n.1.
vbi concordantes adducit.*
15 Ac idem per quæcumque;verba fuerit facta diſpoſitio.
Si prius onus iniunctū impleri debeat,ſemper faciet con-
ditionem,ſi verò poſt faciet modum.*Bart.d.loco n.5.& in
ſuo conſ.4.*vbi intelligit etiam,quod dictum fuerit: Relin-
quo ſub ea conditione. Sequuntur *DD.communiter, & in
ſpecie poſt plures relatos ſequitur Cl.Peregr. de fideic.art.11.
n.113.Addo Barzium deciſ.ſua Bononienſ.25.num.80.*
16 Limitatur autem hoc, videlicet, quod modus ſemper
impleri debent poſt emolumentum conſequutum,vt non
procedat, quando conſtat de voluntate teſtatoris, quod
voluerit ipſum prius impleri; tunc enim talis modus capi
debet pro conditione, cuius eſt natura; vt prius exiſtat,
antequam emolumenti fiat conſequutio,ſic præcisè limi-
tat *Hipp.Rimin.conſ.ſuo 595.n.28.in 5.Pariſ.conſ.ſuo 19.n.
257.in 2. & Ant.Gamma deciſ.ſua Luſitaniæ 158.nu.2.*
17 Hoc idem ante omnes docet *Bart.in d.l.quib.diebus §.
Termilius,ff.de cond.& demonſt.* vbi ad dignoſcendum, an
diſpoſitio ſit conditionalis, vel modalis ſic diſtinguēdum
docet. Aut diſponens id,quod in conditionem,vel modū
cadere poteſt, voluit impleri ante ſuā diſpoſitionem aut
poſt,ſi primo erit conditio, ſi ſecundo modus: ſiue verba
de ſe ipſis denotent modum,ſiue conditionem, hoc idem
ſequitur *Franc.Sermientus Selectarum interpret.libr.2.c.3.
ſub nu.4.*pro comprobatione deducit *text.in terminis poſt
alios,in leg.Mæuia de manumiſs. teſtamento,ſequitur etiam
Card.Mant.de coniect.lib.10.tit.5.n.15.& 16.*
18 Eſt bene verum, quod ſemper in dubio diſpoſitio po-
tius præſumitur modalis,quam conditionalis nempè vti-
lior: *DD.omnes in l.cum mota, C.de tranſact.Gabr.conſil.5.
n.4.Mant.d.tit.5.n.12.& 13.vbi infinitos deducit,& ſub n.
14.vbi reprobat opinionem Pariſij,conſ.ſuo 19.nu.253.in 2.
cōtrarium defendentis,ſequitur nouiſſimè M.Ant.Macerat.
lib.1.var.reſ.c.88.n.6.Addo Pet.Heigium q.ſua Saxonic.c.
33.nu.58.Ioſeph.de Ruſtic.in ſuo tract.An,& quando liber.
in conditione poſit.lib.6.c.1.n.3.Sebaſt.Medic.deciſ.ſua Mar-
chiæ 51.n 3.& Gratian.deciſ.ſua pariter Marchiana 153.n.
18.addo Galghanet.d.tract.par.2.c.3.q.5.num.1. vbi plures
alios concordantes deducit, videndus quoque Maſcar.concl.
ſua 343.vbi pulchrè,& Cl.Menoch.de præſumpt.lib.4.præ-
ſumpt.175.n.15.cum ſeqq.vbi elegantiſſimè, idem Menoch.
conſil.262.num.6.*
Secunda principalis differentia inter modum, & con-
ditionem eſt.
19 Nam conditio pro ſui natura ſemper ſuſpendit diſpo-
ſitionem, & diſpoſitionis effectum in ipſius conditionis
euentum,*Bart.in l.1.col.1.de cond.& demonſtr. Pariſ.d.cōſ.
ſuo 11.n.156.& eſt text.apertiſſimus in l.ſi quis ſub cond.ff.ſi
quis omiſ.cauſ.* teſtamenti,vbi regula ſumitur:Quæ ſunt in
condit.non eſſe in diſpoſitione.
20 Nec mirum: Conditio enim nil ponit in eſſe, antequā
impleatur,& implemento deficiente non ſortitur effectū.
*Pariſ.citato conſ.ſuo 19.nu.45.& 46.in 2. idem in 8.n.23.in
3.Pulchrè Verral.deciſ.ſua 35.n.4.130.n.3. & 290.n.3.p.2.
idem deciſ.ſua 83.n.1.in 3.ampliſſimè D.Leandr.Galghanet.
poſt hæc ſcripta viſus in ſuo tract. de conditionibus p.1.c.88.
in primis numeris.*
21 Secus autem eſt in modo: Modus enim non ſuſpendit,
ſed reſoluit diſpoſitionem in caſum modi non impleti,ac
ideò ſolet clarius definiri, vt ſit quædam in futurum reſo-
lutiua conditio. Sic *Pariſ.conſil.ſuo 11.n.37.in 1.& conſ.5.
n.12.lib.4.ſequitur Menoch.conſil.ſuo 262.nu.9.10. & 12.in
2.Hyppol.Rim. conſil.ſuo 70.n.14.in 6. & nouiſſimè Macer.
var.reſol.lib.1.cap.88.num.7.*
22 Tertio principaliter differunt,nam in conditione non
datur actio,niſi extet conditio, ad *l.ſi quis ſub condit.ff.ſi
quis omiſſa cauſa teſtamenti*,
23 Conditio enim prius verificanda eſt, antequam agi
poſſit. *Veral.dec.37.num.5.6. & 7.in 3.*
24 Ex modo autem è contra, vti ex diſpoſitione pura
ſtatim datur actio,oblata tamen realiter cautione de ipſo
modo implendo, alias exceptione doli repelleretur,*text.
expreſſus in l.ſi is cui,& in leg.cum in teſtamento,ff.de fidei-
commiſſarijs libertatib.ſic Bar.in d.§.Termilius ante nu.17.
Concordat l.liberto,§.Lucius de Annuis leg. & l.qui heredi,
§.fin.& l.eas de cond.& demonſtr.cum ibi notat.*
An autem ſit indiſtinctè verum,quod de modo implē-
do ſit cauendum ante conſequutionem emolumenti, la-
tiſſimè diſceptatur *D.Galghan.d.tr.p.2.c.3.q.9.per totam.*
Differentiam hanc ſequi quoque videtur *Magonius de-
ciſ.ſua Florentina 144. nu.10.& 20.*
Quartò vltra alios principaliter differunt.
25 Nam, qui modum implere debet, ita demum priuatur
commodo ſibi relicti, cum fuit interpellatus, vel ſaltim
monitus,vt impleret,& non impleuit, adſunt de hoc de-
ciſiones DD.in terminis apertiſſimæ. Ego duas tantum
in medium afferam.
26 Prima eſt Cl.Menochij, is enim ſuper quodam ſtatuto
Ciuitatis Parmæ conſulendo tenuit, (prout patet ex eius
*conſ.*131.in ordine in 2.) Quendam Equitem Mātuanum
Ciuem Parmenſem effectum beneficio ciuilitatis ipſius
Ciuitatis Parmæ minimè cenſeri priuatum, licet domum
intra annum in ipſa Ciuitate, nec emerit, vel ædificarit,
prout tenor ſtatuti illius Ciuitatis, requirebat,ex quo ad
hoc non fuerat monitus,ac interpellatus.
27 Ac eius ſentētiæ ſubſcripſit etiam *Cl.Decianus,vt patet*

*conſ.*

*conſil.ſuo inſerto inter illa Menochij* 132.in ordine & inter illa ipſiuſmet *Dec.eſt* 11.*in ord.vol.*2.

28 Altera verò eſt Erudititiſſimi *Crau.is enim conſ.ſuo* 59.*in* 1.*&* *præcipuè ſub nu.*7.reſpondit quendam Dom.Petrum Martini minimè priuatum dici poſſe quadam hęreditate ſibi recta per Petrum Pollardi, dummodo tamen intra annum obitus ipſiuſmet teſtatoris aliquam in vxorem duceret, licet matrimonium cum aliqua minimè contraxerit, ex quo non fuit monitus, vel interpellatus, vt aliquam duceret.

29 In conditione autem ſecus eſt, cum enim ipſa, antequam actus perficiatur,implenda ſit, *l.filiofam.de cond.&* *demonſtr.* vtique ſi non impletur, corruit omnis actus, &
30 diſpoſitio. Latè *Botta conſ.ſuo* 85.*n.*15,*&* 106.*n.*2.& quis illico omni commodo priuatur, *l.qui fundum,de contrah. empt.& l.fi.§.emptor prædiorum, de reſcindenda vendit.*

31 Et hinc eſt,quod contractus ſub conditione celebratus reſolutus dicitur in ipſo initio non eueniente ipſa conditione,*text.ad litteram in l.neceſſario,* §.1.*de periculo,& cō-mod.rei vend.& in l.pecuniam,vbi Alex.n.*4.*ff.ſi cert.pet.*

32 Quinta principalis eſt differentia, nam modus debet, & poteſt adimpleri per modum compulſionis, ſi expediat Domino.

33 Conditio autem per modum excluſionis,ideſt,quod,ſi non impletur, excludatur, quis ab initio & exordio contractus. Sic poſt alios *Menoch.d.conſ*,131.*nu.*11.*&* 134.*n.* 37.*ſequitur Martinus Monterus dec.ſua Aragoniæ* 20.*n.*4.

34 Alias differentias deducit *Ioſeph.Lud.concl.ſua* 8.*colum. vlt.& Sarminet.d.c* 3.*libr.*2. *Select.vide per eos, addo Galghanet.d.c.*88.*& Cl.Menoch.lib.*4.*præſumpt.*175.*n.*10. *cum pluribus ſeqq.vbi pulchrè, & latè.*

35 Ex his igitur omnibus veras diuerſitatis rationes, ob quas verba iſta Enunciatiua per modum modi prolata diſponant,ſecus ſit autem,ſi per modum conditionis, de facili tu ipſe Lector beneuole colligere potes.

36 Nota pro coronide huius materiæ, filiationis quaſi poſſeſſionem probari per verba enunciatiua emiſſa per modum modi. Sic præcisè poſt nonnullos relatos *Aſin. in ſua prax.p.*2.§.1.*c.*57. *Satis.*

---

## An verba enunciatiua propter aliud per modum cauſæ diſponant.

## QVÆSTIO VII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua propter aliud per modum cauſæ diſponūt.*
2 *Et hæc eſt communis opinio.*
3 *Ampliatur hoc præcipuè procedere in vltimis voluntatibus, & num.*4.
5 *Et potiſſimum ad pias cauſas.*
6 *Ampliatur ſecundo etiā in contractibus ex communi, quam quoque ſequitur Author, num.*12.
7 *Contra Ruinus.*
8 *Fundamentum eius,& num.*9.
10 *Soluitur.*
11 *De opinione Ruini dubitat etiam Magonius.*
13 *Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ diſponunt etiam in materia odioſa.*
14 *Iſta verba inducunt fideicommiſſum.*
15 *Fideicommiſſum regulariter eſt odioſum.*
16 *Exempla horum verborum propter aliud per modum cauſæ prolatorum in materia fideicommiſſi.*
17 *Enunciatiua verba per modum cauſæ an inducant abſolutum,ac ſimplex fideicommiſſum,an verò in caſu alienationis dumtaxat? vide DD.remiſſiuè.*
18 *Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ diſponunt, quod actionem perſonalem.*
19 *Quid in reali, digladiantur DD.*
20 *Negatiuam tenet Bart.& eſt communis,n.*25.*&* 37.
21 *Fundamenta,& num.*22.23.*&* 24.
25 *Contrarium Author.*
26 *Media quibus mouetur,& nu.*27.28.29.*&* 30.
31 *Reſolutiones contrariorum, & num.*32.*vſque ad* 37.
38 *De materia huius quęſtionis vide DD.remiſſiuè.*
39 *Verba enunciatiua per modum cauſæ prolatæ diſponunt, nullo intercedente etiam iuramento.*
40 *Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ diſponunt,quoties ſunt prolata ab illis,qui poterant tum actum inducere.*
41 *Alias ſecus exemplum.*
42 *Intellige tamen, quoad ipſos enunciantes, non quoad alios.*
43 *Enunciatiua verba per modum cauſæ diſponunt, quando ſuper his verbis fundatur intentio diſponentis.*
44 *Verba enūciatiua propter aliud per modum cauſæ prolata, tunc diſponunt,quando ab ipſa cauſa dependent,& nu.*45.
46 *Item quando cauſa illa eſſet finalis.*
47 *Secus ſi impulſiua. Exemplum ibid.*

1 TErtio loco videndum eſt de verbis enunciatiuis propter aliud prolatis tamen per modum cauſæ, an ſcilicet diſponant? Ad quod dico conſtituendam eſſe regulam affirmatiuam,videlicet diſponere, *tex.eſt ad litteram in l.qui volebat de hæredibus inſtituend.licet diſſentiat. Soc. iun.in d l.ex hac ſcriptura,n.*36.*in l.emptor prædium,§.Ancilla de rei vend. cum concord. & in l.fin* §.1.*de dol.except.*

2 Et hæc eſt communis opinio ab omnibus approbata, ita enim tenet *Bar.in l.ſi ſocer.§.Lucius, ff.ſolut.matr.& in l.cum tabernam,§.idem qui ſicut,n.*3.*de pign.per illum tex. & ibi docuit etiam iura concordantia tex.ſcilicet in l.pen.de collat.dot. & in c.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.ita Imol.in c.filius, n.*20.*de teſt.Iaſ.in d.l.ex his verbis, nu.*2.*ver.*9.*limita,C.de teſt.milit.vbi quoq;Dec.n.*34 *idem Dec. conſ.ſuo* 217.*n.*15. 377.*n.*8.*&* 535.*n.*8.*&* 635.*n.*6.*Gratus, conſ.*114.*nu.*19.*in* 1.*Caſſan.conſil.*44.*nu.*18.*in* 1.*Pariſ.conſil.ſuo* 5.*n.*215.*in* 4. *Mandoſ.conſ.*80.*n.*4.*Purpur.conſ.*282. *n.*3. *in* 1.*Rol.à Vall. conſ.*23.*n.*15.*in* 4.*Decian.conſ.*50. *n.*16.*in* 1.*Rugerius conſ.* 27.*n.*96.*vol.*1.*Ruin.conſ.*117.*n.*23.*in* 2.*& in* 116. *n.*14.*in* 4. *Simon de Pretis,conſ.ſuo* 175.*nu.*11.*vol.*1.*& poſt plures relatos Sfortia eruditiſs.conſil.*64.*num.*62.

Sic quoque *Brunor. à Iole q.ſua* 45.*nu.*28. *& Magonius dec.ſua Florentina* 57.*n.*9.*Addo Ceſ. Contard.in l.vnica.C. ſi de momentanea p.mihi* 243.*nu.*46.*Surd.deciſ.ſua* 331.*nu.* 14.*& nouiſſimè Schuuartzenthaler in d.l.optimam explanatione* 90. *Aduertendum quoque D.Gaſpar Rodericus de Annuis reditib.libr.*1.*q.*15.*nu.*14 *& D.Cald. de iure emph. lib.*2.*q.*1.*n.*77.*vbi plures alios concordantes deducit. Adde Conſtantinum Roger.in d.l.ex hac,num.*22.

3 Ampliatur primo,vt præcipuè procedat in vltimis voluntatibus, *tex.eſt apertiſſimus in l.nomen debitoris,§.fin.de leg.*3.*ibi.* A te autem fili cariſſime,quæcunque legaui,prę-ſtari volo,& ſi quid euenerit æris alieni, quod in tempus pro mutuo acceperā,& debuero, à te ſolui volo, vt quod ſorori tuæ reliqui,integrum ad eam pertineat, &c.

4 Et ita tenet inter cęteros *Rimin.ſen.conſ.*25.*n.*23. *in* 1. vbi adducit quoque alium *text. videlicet in l.fideicom.§.ſi rem,eod.tit.de leg.*3.*ſic quoque Ambr.de Opizonibus, in l. filiusf.§.Diui,de leg.*1.*Ruin.conſ.ſuo* 116.*num.*1.*vol.*2.*Daniel Moller.libr.*5.*Seneſtr.differentia* 67. *Magonius cit.ſua deciſ.* 57.*nu.*53.*& alij. Addo Rog.nu.*31.

5 Subampliatur, vt hoc potiſſimum procedat ad pias cauſas: ita *Abb.conſil.vndecimo dub.primo, volum.primo, latè Tiraquell.de priuileg. piæ cauſæ priuileg.*86.

6 Ampliatur ſecundò principaliter, vt regula procedat etiam in contractibus:ita *Bart.in d.§.idem quęſiuit per illū text.*

*text.& ſequitur poſt multos relatos Pariſ.conſ. ſuo 26.num.*
*126.in 2.vbi ſub n.prçced.* inquit, quod huiuſmodi verba
in contractibus poſita non enunciatiua, ſed diſpoſitiua
iudicanda ſunt; Addo *Ill.Card.Mant.de Tacit.& Ambig.*
*conuent.lib.2.tit.7.vol.1.num.12.*

7 Contrarium tamen, quod huiuſmodi verba ſic emiſſa
non diſponant in cõtractibus, tenet *Paulus de Caſtr.conſ.*
*ſuo 324.n.3.vol.1.& Ruin.conſ.70.n.10.vol.1.*

8 Mouetur Ruinus hac inſula ratione.

Hæc Verba Enunciatiua prolata per modum cauſę nil
aliud ſunt, quam verba enũciatiua prolata propter aliud,
vt voluit etiam *Franc.Aretin.conſ.ſuo 60.nu.2.*

9 Sed illa verba neuticam diſponunt, vt ſuo loco dictum
fuit, ergo, &c.

10 An hoc argumentum facilè poteſt reſponderi negãdo
conſequentiam, quia aliud eſt, quod verba iſta proferun-
tur ſimpliciter propter aliud eſt, quando proferuntur cũ
expreſſione cauſæ, præcipuè, quando cauſa eſſet finalis.
Primò.n.caſu in eis non fit fundamentum, cum (& in eorũ
deſcriptione dixi) ad effectum alterius diſpoſitionis pro-
ferantur. Secundo verò caſu fit, vt ex ſupradictis cõſtat. Et
11 ideò mirum non eſt, ſi de opinione horum duorum *Cla-*
*riſs.Iuriſconſultorum dubitauit Magonius, d.deciſ.57.n.53.*

12 Non eſt igitur recedendum à priori ſententia quã pa-
riter confirmando ſequitur *Crau.d.tract. de antiquitatib.*
*p.1.c.4.num.45.cum ſeqq.Tiraq. d.priuil.86.& D.Peregr.*
*de fideicom.art.51.num.60.*

13 Ampliatur tertio principaliter vt regula procedat etiã
in materia odioſa, vt *text.ad litteram, in d.l.qui volebat de*
*hæred.inſtituendis, et ſequitur Vital.in cl.vnic.de prob.n.40.*

14 Hinc videmus, quod ex huiuſmodi verbis ſic prolatis
fideicommiſſum inducitur, ita DD.omnes; Sic expreſsè
poſt *Bar.firmat Pariſ.conſ.31.n.30.in 2.Cæph.conſ.153.nu.*
*49.in 2.Ciof.conſ.ſuo 67.n.4.vol.1. Menoch.conſ.333.n.16.*
*in 4. & tangere videtur Excell.Peregr.art.14. nu.23.*

15 Et nihilominus fideicommiſſum regulariter eſt odio-
ſum, *leg.cohæredi, §.cum filio, de vulgari latiſſimè Intrig.de*
*ſubſtitutionibus, centur.3.q.75.*

16 Exempla autem horum verborum ſunt, veluti, quia te-
ſtator alienationem bonorum prohibuit ſub illis verbis,
videlicet, vt bona conſeruentur in familia, vel in ſubſtitu-
tos, ac eorum ſucceſſores.

17 An autem iſta verba inducant abſolutum, ac ſimplex
fideicommiſſum, an vero in caſum alienationis dumtaxat
hoc non eſt præſentis inueſtigationis, ſed vide *Fach.lib.4.*
*ſuarum iur.controu.c.49.* vbi quamplurimos, de hac mate-
ria differentes deducit, & reſoluit, *Odd.conſil.65.vol.1. Ex-*
*cell. Peregr de fideicom.art.14. & alios.*

18 Ampliatur quarto principaliter, vt regula præcipuè
procedat quoad inducendam actionem perſodalem: ita
*DD.omnes, in l.ſi ſocer, §.Lucius, nu.3.ff.ſolut.matr.*

19 Sed quod ad realem, non eſt omnium eadem ſentẽtia.

20 *Bart.enim in d.§.Lucius, n.3.* quem alij ſequuntur, tenet
pro negatiua.

21 Mouetur per *text.in l.emptor, §.ancillam de rei vendic.*
*vbi ita legitur.*

(Ancillam, quæ non in dotem data, ſed in peculium
filiæ conceſſa eſt, peculio filię non legato mancipium hę-
reditarium eſſe conuenit, ſi tamen pro dotis, ac peculij
contemplatione filiam exhæredauit, & ea ratione reddi-
ta, & nihil ei teſtamento reliquit, aut eo minus legauit, fi-
liam defenſio tuetur voluntatis) ideſt poterit detinendo
illam Ancillam ſibi legatam, tanquam ſuam iure exce-
ptionis ſe defendere.

Hoc præmiſſo ſic arguit *Bart.*

Nemini dubium eſt, quod hic adeſt tacita voluntatis
ipſius teſtatoris tantum, non autem expreſſa, & ſic tacitũ
22 legatum, non expreſſum. Sed tacita prouiſio teſtatoris
non ſufficit ad dominij tranſlationem in eum, qui teſta-
tor loquitur, *leg.ſeruum filij, §.fin.de leg.primo, ergo.*

23 Nec ad realis actionis productionẽ, quæ præſupponit,
dominium ex parte agẽtis, vt in *l.1.C.de alienand.iud.mu-*
*tandi cauſa facta, & in l.item in rem, C.de rei vendic.*

24 Secundo adducitur per *DD.tex.in l.Titia cum teſtam.§.*
*Caius, de l.2.* vbi nõ datur ex huiuſmodi verbis actio vxo-
ri ipſius Caij Seij ad detinenda quædam bona ſibi legata.

Et hanc opinionem communiter receptam eſſe teſta-
tur *Caſtr.in d.§.Lucius, num.9.*

25 His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam
amplector vna cum *Romano, in d.§.Lucius, n.53.& Imola,*
*n.12.Crauet.d.c.4.nu.44.& alijs, Pariſ.in d.leg.ex hac ſcri-*
*ptura, nu.41.verſic.3.concluſione, vbi etiam Soc.iun.nu.37.*
*idem Pariſ.in d.l.num.21.22.& 23.*

Et moueor tali ratione.

26 Hæc verba enunciatiua per modum cauſæ prolata di-
ſponunt in vltimis voluntatibus, vt dixi, quo caſu habent
vim legati, ſeu fideicõmiſſi, vt in *l.1.de falſ.cauſ.adiect.leg.*

27 Sed ex legato, vel ex fideicommiſſo oritur actio realis,
vt in *l.1.C.communia de legat.ergò, &c.*

28 Secundo conſidero, quod iſta verba diſponunt in ma-
teria odioſa ad excluſionem filiæ ab hæreditate.

29 Et ſic tam ab actione reali, quam perſonali. Exhęreda-
tus enim cenſetur excluſus à quacumque actione, quæ
poſſet ſibi competere ex illa hęreditate, à qua fuit exclu-
ſus: *text.eſt in citata lege, qui volebat.*

Si ergo in odioſis diſponunt, quanto magis in fauora-
bilibus, vbi agitur de aliqua re in aliquem transferenda
quoad plenum dominium, & ſic quoad realem actionẽ.

30 Tertio alio fundamento mouentur *Imol. & Romanus,*
*vide per eos.*

31 Non officiunt modo contraria. *Ad text.enim in d.§.*
*Ancillam,* reſpõdetur, quod ideo ibi datur exceptio, quia
filia poſſidebat ancillam illam, vnde in illo text.nõ nega-
tur, quod ſi non poſſideret, quin daretur ſibi actio, & alias
ſequeretur, quod etiam actio perſonalis nõ deberet dari,
ex quo ſola exceptio competeret, quod eſt contra cómu-
nes traditiones nemo enim inficiatur, quin ex huiuſmodi
verbis oriatur diſpoſitio, quoad actionem perſonalem.

32 Sic quoque adeſt alius *text.in l.pater pro filia Auus de*
*dol.et mal.exceptione,* vbi ideo datur exceptio quibuſdam
nepotibus, de quibus ibi, quia detinebant illa 15.de qui-
bus teſtator dixerat.

33 Ad *text.in l.ſeruum filij, §.fin.reſp.* Nos eſſe in diuerſis
caſibus: ibi enim colligitur mens teſtatoris ex iuris inter-
pretatione, ne alias legatum vſufructus ibi ſit inutile: non
autem colligitur ex tenore verborum, quemadmodum in
34 caſu noſtro. Et magis fauet lex voluntati, quæ colligitur
ex tenore verborum teſtantis, quã illi, quæ ex iuris inter-
pretatione, *l.iam hoc iure, de vulg.& l.præcib. C.de impub.*

35 Ad *l.Titia cum teſtamento, §.Caius reſp.* ideò ibi dene-
gari actionem illi vxori, quia, quod tanquam legatum pe-
tebatur, non includebatur in legato ex vi verborum di-
ſponentis, vt ibi dicitur & not.in *l.penes de verb.ſignificat.*
ideò nil mirum, ſi ad illud non competit actio.

36 Quia licet huiuſmodi verba diſponant, non tamen hoc
procedit vltra vim verborum, vt plenè per *DD.omnes, in*
*d.l.ex hac ſcriptura,*

37 Et ſic opinio contra Bartolum remanet veriſſima, quã
etiam ſequutus eſt nouiſſimè *Simon de Pretis, conſ.ſuo 175.*
*n.11.vol.1.videndus Cl.Peregr.conſ.ſuo 146.nu.1.vol.5.&*
*D.Alex.Trentacinq.variar.reſolut.lib.1. tit.de verb.ſignif.*
*reſolut.2. num.49.* vbi hanc eandem opinionem alijs me-
dijs confirmat, ac tuetur.

38 Intellige tamen, vt per *Pariſ. cit.loc. qui duob.modis li-*
*mitant hanc opinionem contra Bar. Pro maiori autem intel-*
*ligentia ſupradictæ quæſtionis videndus Crauet.de Antiqui-*
*tatibus, p.1.c.4.num.34.cum multis ſeqq. Videndus quoque*
*D.Conſtant.Roger.in d.l.ex hac, num.22.*

39 Ampliatur quinto principaliter regula ſupradicta, vt
etiam locum habeat, nullo interpoſito iuramento. Sic
præcisè poſt alios *Soc.iun,in d.l.ex hac ſcriptura, num.53.*
*verſ. aut ſunt prolata per modum cauſæ.*
40 Declaratur modo principalis concluſio, & primo,vt
intelligatur quoties ſunt prolata ab illis,qui poterant tūc
actum inducere, eo enim caſu diſponunt, & actum indu-
41 cunt,alias ſecus,veluti ſi dicatur,quia tu es filius Sempro-
nij, relinquo tibi 10.nam ex hoc non inducitur, quod ſis
filius Sempronij,ſi non erit, cum hoc non ſit in poteſtate
ipſius legantis: ita *Curt.ſen.conſ.40.n.130.in 1.Bulgarinus,*
*conſ 70.n.18.inter conſilia crim. Zillet.vol.2. in 5.Mandell.*
*conſ.740.nu.1.in 2.Soc,iun,in d.l,ex hac ſcriptura, n.36.*
42 Et ita in his terminis loquuntur iura præcitata *tex,vi-*
*delicet in l.emptor, §.fin.de rei vend.& in l.fin, §.fin.de dol,*
*exceptione.* Intelligitur tamen iſtud, quod ad ipſos enun-
ciantes, non quo ad alios, & in præiudicium tertij, ita
*Mand. citato conſ.nu.10.*
43 Declaratur ſecundo,vt regula intelligatur, quando ſu-
per his verbis fundatur intentio diſponentis; ita *Menoch.*
*conſ.ſuo 772.n,14.in* 8.Confert ad hoc mirificè *text.in d.l.*
*Qui volebat de hæred.inſtituendis ſub illis verbis* (te autem
filia,ideò exhæredaui, quoniam contentam in eſſe dote
volui , ecce quomodo ſuper his verbis fundatur intentio
diſponentis . Declaratur tertiò,vt hæc regula procedat ,
44 quando huiuſmodi verba prolata per modum cauſæ de-
pendent tamen ab ipſa cauſa, alia non diſponerent, ita
colligitur *tex,in d.l.qui volebat,in d.§.ancillam,& in l.Ti-*
*tia teſtamento, §.Titia cum nuberet de leg.2.ſub illis verbis,*
Caium Seium virum meum commendo tibi, & ibi .
Erunt enim tua eſt mortem eius, &c.illa enim verba
ſunt enunciatiua,& mea ſententia prolata per modum
cauſæ,quia teſtatrix præcipit filiæ ſuæ,vt virum ſuum cō-
mendatum habeat,& ſtatim reddit rationem,erunt enim
tua,&c, & alias latè diximus.
45 Adde huiuſmodi verba ſic enunciatiuè prolata reſtri-
ctionem recipere , & modificari ab is, quorum reſpectu
ſunt prolata, & vltra non diſponere . Sic per *text.in l.Lu-*
*cius,§.filiam, ff.ad Treb,docuit eleganter Socin.iun.in d.l.ex*
46 *hac ſcriptura,nu.46.* Declaratur vltimo,vt hæc eadem re-
gula locum habeat , quando huiuſmodi verba reſpiciunt
cauſam finalem.Sic *Magon.d.deciſ.57.nu.51.& 52.*
47 Secus ſi impulſiua. Exemplum poteſt eſſe . Veluti ſi in
aliquo priuilegio,quædam verba,vel nobilitatem generis
reſpicientia, vel merita,ſeu virtutes inſerta ſint, & clarum
ſit principem nō eſſe motum ad priuilegium illud indul-
gendum propter illamet verba,ſed aliā ob cauſam in ipſo
priuilegio expreſſam,eo namq; caſu nihil operantur,*not.*
*ita in c.ſi Papa de priuil.in 6.*Sic in terminis ſuperquodam
priuilegio conſuluit *Maluaſ.conſ.ſuo 93.nu.60.vol.1.*

## An verba enunciatiua propter aliud per modum cauſæ probent.

## QVÆSTIO VIII.

### SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua propter aliud per modum cauſæ prolata probant.*
2 *Hoc autem procedit inter eaſdem partes tantum, & nu.3.*
4 *Enunciatiua verba per modum cauſæ nec inter ipſos enunciantes probant , quoties contingit principaliter de ipſo enunciato diſputari.*
5 *Exemplum .*
6 *Enunciatiua verba propter aliud per modum cauſæ bene probant in vltimis voluntatibus .*
7 *Contrarium Vitalinus.*
8 *Item probant contra proferentem.*
9 *Exemplum .* 10. *Et maximè in Antiquis.*

VIſo , an huiuſmodi Verba enunciatiua per modum
cauſæ prolata diſponant, inquirendū eſt,an probēt.
1 Et probare reſpondit *Grat.conſ.143.nu.12.in 2.Mand.*
*conſ.223.nu.3.in 2.Par.poſt multos relatos, conſ.ſuo 77.nu.*
*36.vol.36.ſequitur Maſc.cit.concl.622.n.44.text. eſt etiam*
*ad literam,in d.l.emptor,§.Ancillam, ff.de rei vendit.& in*
*l.18.§.1.ff de condit. & demonſtr.*
2 Declaratur modo regula iſta,vt procedat inter eaſdem
partes tantum,Sic *Burſat.conſ.101.n.18.vol.1.Sic quoque te-*
*nuit Rot.Rom.in vna Bonon.de anno 1552.die 18.Martij te-*
3 *ſte Verall.p.3.deciſ.335.*Et ideò *Berous,conſil.87.nu.16.*in-
quit, quod hæc verba poſita in inſtrumento probant in
illis contenta inter contrahentes ipſos .
4 Fallit tamen iſtud, ſi principaliter contingeret diſpu-
tari de ipſo enunciato,quia eo caſu etiam inter eos, inter
quos ideſt enunciatum,non probarent ; ita poſt alios *Ri-*
*min.ſen.conſ.403.n.8.vol.1.*
5 Exemplum poteſt eſſe , veluti ſi in caſu d.l.qui volebat
de hæredibus inſtituen. vbi his verbis facta exhæredatio
de filia,(quoniam pater eam contentam dote eſſe voluit)
valet , & tenet, contingeret diſputari , an re vera pater
ideò filiam exhæredaſſet, quia eam ſola dote contentam
vellet,necne ?
6 Declaratur ſecundo , vt regula præcipuè procedat in
vltimis voluntatibus, ita *Albenſ.conſ.225 n.4.in 2.*
7 Contrarium tamen tenet *Vitali.in d.clem.vnic.de prob.*
*n.40.motus per tex.in l.Lucius Titius,teſtamento,§.quiſquis*
*il 2.de leg.2.qui text.nil facit* , quia de hac ſpecie verborū
8 mea ſententia non loquitur . Declaratur tertiò, vt regula
præcipuè procedat contra proferentem .
9 Exemplum poteſt eſſe, veluti ſi dicatur, Ego,quia ſum
Liuellarius Excellentiſs.Pauli Tomaſini , velo, ne ipſe D.
Paulus moleſtetur ab hærede meo. Hæc enim verba,quia
ſum Liuellarius,&c.probant abſque dubio, non docto de
contrario me eſſe Liuellarium prædicti D.Pauli .
10 Declaratur quarto,vt maximè locum habeant, quādo
ſumus in antiquis , tunc.n.non ſolum inter eaſdem, ſed e-
tiam inter alias partes mirificè probant.Hactenus ſaltem
vt contrariæ probationis onus in aduerſarium transfera-
tur . Sic eleganter *Ant Faber poſt hæc edita viſus in ſuo C,*
*Fabrino, lib.4.tit.14.definit.6.*vbi ſubdit id antiquitati tri-
buendum. Adde regulariter verba enunciatiua prolata
per modum cauſæ probare ſaltem præſumptiuè , donec
probetur contrarium, etſi minimè verſemur in antiquis;
ita *Soc.iun.conſ.67. nu.21.vol.4.*

## An verba enunciatiua propter aliud per modum demonſtrationis diſponant.

## QVÆSTIO IX.

### SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua verba propter aliud, per modum tamen demō-ſtrationis,nō diſponunt,& n.2.e 3.Fallit fauore libertatis.*
5 *Item,quando ſunt iuramento vallata, Exemplum ibid.*
6 *Sed dubitat Author. Item, quando ſunt geminata.*
7 *Similiter, quando aliter non poſſet habere locum mens , ac intentio proferentis .*
8 *Exemplum,n.9.&10.* 11 *Item fauore militis.*

QVatuor Verborum Enunciatiuorum propter aliud
prolatorum eſſe ſpecies ſatis abunde ſuperius indi-
cauimus,videlicet per modum cauſæ, per modum modi ,
per modum conditionis, & per modum demōſtrationis .
Hactenus de trib.priorib.nunc congruenti ordine de vlti
ma ſpecie videlicet , de illis, quæ cauſa demonſtrationis
proferūtur,ſupereſt videre.Dubitatur igitur,an diſponāt.
1 Et non diſponere tradiderunt cōmuniter poſt *Bar.Doct.*
*in d.l.ex hac ſcriptura,& ibi in ſpecie Soc.iun.n.48. & Pa-*
*riſ.n.*

*riſ.n.24.& n.41.verſ.4.concl.ſequitur poſt alios Berous,conſ.*
*67.n.35.in 1.Plot.conſ.55.nu.1.Rim.iun.conſ.84.nu.20.in 1.*
*382.n.45.in 4.Mantua 148.n.10.in 2.Simon.de Pret.conſil.*
*ſuo 142.n.37.vol.1.Achil.Pedroc.conſ. ſuo 24.nu.16.vol.1.*
*dum mille concordantibus.addo Trentacinq.variar.reſolut.*
*lib.1.tit.de verb.ſignific.reſolut.2.num.50.*

2 Et de hoc etiam ſunt tex.apertiſſimi. De iure.n. Cano-
nico adducitur *clem. Si ſummus Pontif.de ſent. excom.&*
*not.in clem.literis,de probat.* De iure vero ciuili eſt *text.in*
3 *l.cum tale,§.fin.de cond.& demonſtr. in l.demonſtratio fal-*
*ſa,§.fin.eod.tit.Alia iura citat Berous,cit.conſ.*

4 Fallit autem hæc eadem regula plurib.modis. Et primo
fauore libertatis, eo.n.caſu hæc verba diſponunt, & præ-
iudicant proferenti;ita poſt *Bart.in d.l.ex hac ſcriptura,*
*firmat Aldobr.inſtit.de adopt.§. apud Catonem, nu.15.addo*
*Trentac.d.reſol.2.num.50.*

5 Fallit ſecundo ſecundum *Bart.* quando ſunt iuramento
vallata;*auth.quod obtinet C.de prob.* Exemplum autem po-
teſt eſſe veluti ſi dicatur, ex 10. quæ mihi debet Titius, &
ita iuro,Caio lego quinq;ſequitur *Trent.ic.præcitato, nu.*
50.De hac tamen Fallentia valdè dubito obſcripta per
*Soc.in d.l.ex hac ſcriptura, n.41.& ſub n.53.in fine.*

6 Fallit tertio,quando ſunt geminata, virtute enim gemi-
nationis,quæ ſolet plurimũ operari,*arg.l.Baliſta.ad Treb.*
*diſponũt:ita poſt alios Corn.cõſ.67.n.2.vol.1.et 140.n.3.in 2.*

7 Fallit quarto, quando aliter non poſſet habere locum
mens,ac intentio proferentis: ita poſt alios *Marcabr.ab*
8 *Anguill.conſ.29.n.59.in 1.* Exemplum colligi poteſt ex *d.*
*§.apud Catonem inſt.de adopt.* vbi ſeruus nominatus à do-
mino ſuo in actis filius, ideò conſequitur ibi libertatem,
quia alias non poſſet habere locum mens, ac intentio ip-
9 ſius proferentis. Aliud exemplum v.g. inquit teſtator Sẽ-
pronio. Ex centum,quæ tibi legaui,da Mæuio 10.in hac
Hypotheſi abſq;dubio cenſentur legata illa cẽtum Sem-
pronio,quia alias non poſſet ſortiri effectum mens inten
tio proferentis, quod Męuius illa 10. conſequeretur.

10 Sic etiam ſi teſtator dicat. Volo,& ordino,quod ſorori
meæ non debeat auferri,nec minui aliqua res de eo,quod
tenet,ac poſſidet de præſenti in tali loco. Hæc verba im-
portant legatum in ipſis reb.quia alias non poſſet ſortiri
effectum intentio teſtatoris.Sic *Dec.conſ.ſuo 290.* alij exẽ-
plis limitationem iſtam illuſtrare conatur. *D.Ludouic.de*
*Caſanate* poſt hæc edita viſus qui, & hanc ſequitur, *conſil.*
*ſuo 16.num.15.& 16.vide per eum.*

11 Fallit quinto fauore militis.*Imola d.l.ex hac ſcriptura,*
*num.3.& ibi Soc.iun.nu.39.& 40.* vbi quoque Geminui-
num affert ſenſum *d.leg.ex his,C.de teſtam. milit.videndus*
*quoque Par.in d.l.ex hac ſcriptura,nu.25.*

---

An verba enunciatiua propter aliud per modum
demonſtrationis probent.

# QVÆSTIO X.

## *SVMMMRIVM.*

1 *Verba enunciatiua propter aliud per modum demonſtratio-*
*nis non probant. Ratio ibid.*
2 *Fallit quando per notarium eſſent in inſtrumento inſerta.*
3 *Item in materia hæreditatis; Exemplum ibid.*
4 *Ratio.*
5 *Declara, & num.6.*
7 *Ioannes Vaud opinio lib.2.q.25.affertur.*
8 *Filiũ alicuius ſe aſſerens an probare debeat plenè hanc qua-*
*litatem filiationis? vide remiſſiuè.*
9 *Diſcuritur illa matrimonij probatio, quæ fit per confeſſionem*
*coniugum, & num.10. & 11.*
12 *Matrimonium qualiter probetur,vide Maſc.remiſſiuè.*
13 *Verba enunciatiua propter aliud per modum demonſtratio-*
*nis bene probant contra proferentem.*

1 VIlo,an verba enunciatiua per modum demõſtratio-
nis prolata diſponant,videndum modo, an probẽt.
Et non probare concludunt communiter *DD.in ſpecie*
*autem Bero cit.conſ.n.25.text.eſt de hoc ad litteram, in d.l.*
*cum tale,§.fin.de cond.& dem.* vbi verba illa, ex centum,
quæ Titio legaui,50. hæres Seio dato: non probant cen-
tum fuiſſe legata Titio. Et ratio huius enunciatiuis eſt in
promptu,hæc enim verba non ſunt prolata ad diſponen-
dum,ſed ad demonſtrandum, & deſignandum, veluti ſi e-
tiam dicatur,ex centum,quæ habeo in arca, 50.tibi lego;
hæc enim verba,quippe ad deſignandum prolata, de qua
pecunia ſenſerim, vtique minimè probant me habere illa
100.in arca, ſi re vera non habeam.

2 Fallit autem iſta regula,& primo, quando huiuſmodi
verba per notarium in inſtrumento eſſent inſerta,quia
tunc illud de quo prolata eſſent,probant etiam,ita *Myn-*
*ſing.conſil.ſuo 43.n.15.decad.5.* vbi ampliat hoc procede-
re,prę ſertim ſi actus ſine eo,cuius ſupra mentio facta eſt,
conſiſtere nequeat, & alioquin perſonæ ad contrahen-
dum habiles,& idoneæ ſint: *text.eſt de hoc pulcherrimus,*
*in c.illud de præſumpt.*

3 Fallit ſecundo in materia hæreditatis,veluti ſi dicam.
Ego tanquam hæres talis te ſaluto,& familia,nam eo caſu
probant,*tex.eſt in l.Panthonius in fi. & in d.l.gerit,de acq.*
*hæred.cum alijs deductis per Bart in d.l.gerit, num.15.addo*
*Maſcar.concl.ſua 622.num.24.*

4 Et ratio poteſt eſſe, quia hæreditas ſolo animo aditur
*d.l.gerit,*qui animus ex his verbis colligitur.

5 Aduertendum eſt autem,quod hoc duntaxat procedit,
quoad me,non autem inter alios, quia eo caſu non pro-
bant,opus enim eſt, vt ille,qui dicit ſe hęredem talis, fa-
cto ipſo pro hęrede ſe gerit, veluti, vt fundum diſtrahat,
ędes locet,prædia collat hęreditaria, creditor ſatisfaciat
hęreditarijs,alioue facto animum ſuum re,aut verbis de-
claret,vt apud Iuſt.legitur,in paragr.item extraneus inſt.
de hęred.qualit.& differentia,quæ omnia pulchrè proſe-
quitur *Simon de Pretis de interpret.vlt.volunt. lib.5.dub.3.*
*interpret.1.num.54.cum ſeqq.p.495.*

6 Immo neque geſtio ipſa pro hęrede tertio pręiudicat.
*DD.omnes in d.l.gerit.*

7 Quinimmo *Ioan.Vaudus I.C.eruditiſſimus lib.2.ſuar.iur.*
*qq.c.25.* tenuit indiſtinctè facta,& opera requiri,vt quis
dicatur hęreditatem adire, nec ſolum animum ſufficere,
*& iurib in præcit.leg.gerit.& l.ſi ſorori,Cod.de iure delib.*in
quibus videtur decidi, quod hęreditas ſolo animo adea-
tur,egregiè,& ſubtiliter reſpondet,vide per eum.

8 Sic etiam dicendum eſt,de filiatione, nam ſi quis ſim-
pliciter dixerit. Ego tanquam filius Sempronij peto à
Caio centum: hæc verba inter alios non probant, quo-
niam, qui dicit ſe filium alicuius, debet plene probare
qualitatem filiationis, alioquin in iudicio ſuccumbet, vt
ex infinitis conſtare poteſt per *Dom.Maſcard. deductis de*
*probat.concl.786.vol.1.*

9 Sic tertio loco idem dicendum eſt de matrimonio. Si
quis enim tanquam Margharitæ coniux det mihi cen-
tum, hæc verba quoad ſe probant.

10 Quia matrimonium probatur per confeſſionem con-
iugium, vt poſt alios deducit *Maſcard. concluſ.1030.vo-*
*lum.2.*

11 Non autem ſi agatur de pręiudicio tertij, ſeu inter
alios, quia eo caſu (cum matrimonium ſit quid facti, ex
conſenſu enim conſiſtit,*l.nuptias de reg.iur. & conſenſus*
*eſt facti,l.conſ.de Curat. Furioſ.Ceph.conſil.82. num.89.vol.*
*1.expreſſe deberet probari.*

12 Quatenus autem probetur matrimonium, latiſſimè
diſſerit *Maſcard.incipiendo à concluſ.1023.vſque ad 1035.*
Sed de his duobus latius ſuo loco diſſeruimus.

13 Fallit quarto Regula principalis contra proferentem:
contra enim ipſum vtique probant,*l.ſi ponas,§.1.de inoff.*
*teſtam.* vbi qui contrahit cum aliquo tamquam cum hæ-
rede,videtur fateri illum eſſe hæredem; Sequitur quoque
*Zuchard.conſil.34.num.19.vol.1.*

F I N I S.